SAMUELIS FRIDERICI BUCHERI ... ANTIQUITATES BIBLICAE EX NOVO TESTAMENTO...

Samuel Friedrich Bucher, Josè Maria Fonseca de Evora

SAMVELIS FRIDERICI BVCHERI

ANTIQVITATVM PROFESSORIS PVBLICI
ET LYCEI VITEMBERGENSIS RECTORIS

ANTIQVITATES BIBLICAE

EX NOVO TESTAMENTO SELECTAE

CONSVETVDINES RITVS FORMVLAS
VETERVM EXAMINANTES

CVM INDICIBVS



VITEMBERGAE ET LIPSIAE
APVD IONAM KORTE
MDCCXXIX

ANTIQVITATES BIBLICAE EX EVANGELIO MATTHAEI SELECTAE

A

SAMVELE FRID· BVCHERO
ANTIQ· PROF· PVBL· ET LYC· RECTORE

PRAEFATIO

Adgrediuntur ſane, LECTOR BENEVOLE, rem, quae habet multum difficultatis et laboris, qui explicandis in Antiquitatibus et in defendenda Linguae Sanctae caſtitate ſuam operam ponunt. Si enim datur unquam negotium aditu difficile; certe erit illud, quod circa δυσνόητα SCRIPTVRAE uerſatur, et Philologiae integritatem reſtituendam cupit. Quod ſi uero difficultatibus ex innumeris promptiſſimo te pede uelis explicare, de Grammatices ἀναλογίᾳ nusquam oculos deieceris, quemadmodum Leucoreae Academiae Doctores, aliique ueritatis Euangelicae, ſacratiorumque literarum uindices acerrimi, ſe his in literis aſſiduos, ſtrenuos, praeſtantiſſimosque praeſtitere ſemper uiros, ita ut contra ſolem loqui uideantur, qui Theologiae Exegeticae, addo, Philologiae laudes, uel huic, uel alii Academiae praeripere, uel prorſus in dubium uocare conentur. Philologis et Exegetis certe, quantum eniti uiribus poterant, etiam minima Grammatices praecepta in interpretando SACRO CODICE ferantur in oculis, ſiquidem uel a uiliſſimo punctulo montes aliquando dependent. Illuſtrationis cauſſa exempla duximus adferenda. Sic 1. *Chron. XII.* 10. dicitur *Jaſabeam* princeps τῶν τριάκοντα, unter dreyſſigen, uti plerique uertunt, 2. *Sam. XXIII.* 8. uero in compluribus uerſionibus, etiam apud SEPTVAGINTA SENES, ſalutatur princeps ἐν τοῖς τρισὶ, unter dreyen, quae contra-

dictio manifesta interpretum animos haud raro a ueritatis detorsit semita. Mox tamen ex omni te difficultate sis explicaturus, si ad Grammaticam intentius inflectas oculos, uidelicet שָׁלִישׁ per ָ designat *ducem*, *principem*, *tertium ab rege*, *primarium tribunorum*, שְׁלִישִׁי autem cum ְ in Singulari *numerum* ternarium *ordinalem*, id est, *tertium*, in Plurali שְׁלִישִׁים, *numerum cardinalem*, hoc est, *triginta*, id quod ARIAS MONTANVS, TREMELLIVS et PISCATOR perquam scite notarunt. Atque sic 2. *Sam.* XXIII. 8. Iasabeam salutatur רֹאשׁ הַשָּׁלִישִׁי, *princeps tribunus*, uti Latine dicimus princeps orator, princeps Poeta, et 1. *Chron.* XII. 10. רֹאשׁ הַשָּׁלִישִׁים, *princeps tribunorum*, quam ob caussam ָ in tertia ante tonum, praeter morem, non transit in ְ, ut discerneretur a שְׁלִישִׁים, *triginta*. Eadem obseruatio 1. *Sam.* XIII. 5. lucem adfundit, de quo commate BVDDAEVS et DANZIVS concinne in *Dissert. de Baptismo Initiationis Israelitarum num. 6. et* 7. in Corollar. *Textus* 1. *Sam.* XIII. 5. *de multitudine curruum, in bello a Philistaeis adhibitorum, nec corruptus est, nec quicquam continet a sana ratione remotum. Non tamen triginta millia curruum adhibita adserit, sed* שָׁלִישִׁים, heroas mille curru pugnantes, *qui ne ducentos quidem currus postulant.* Vid. AVGVSTI PFEIFFERI *Dubia Vexata p. m.* 401. Ex mente doctissimi CELLARII *Ps.* XXIX. 1. אשר per Ellipsin dicitur omissum : *Ciuitas resedit Dauid*, id est, אשר, IN QVA *resedit Dauid*; Verum enim uero חנה non est Verbum, sed Nomen Substantiuum, uti bene transfert LVTHERVS : Wehe Ariel / Ariel / der Stadt des Lagers David. IOH. TARNOVIVS, Philologus cetero-

quin

quin inſignis exquiſitae doctrinae, duplicem ſtatuit Ellipſin *Pſ. VII* 7. cum uocem אשר er literam כ interponendam cupit: *Et uigila ad me* כמשפט, IVXTA *iudicium*, אשר, *quod mandaſti*; Cum tamen utramque poſſis effugere Ellipſin, ſi ſcopum, argumentique uim cum *ἀναλογίᾳ* Grammatices, arctiſſimo nexu, coniungas hoc modo: *Domine uigila ad me, iudicium*, uel imperium, *demandaſti*. Quod ſi *ἐξηγητικῶς*, per periphraſin, inferas אשר hunc in modum: Vigila ad me, cui, uel *quod* regimen mihi iniunxiſti, aut etiam uoculam כי, *quia*, uel *nam*, demandaſti, eſt enim argumentum mouens, nos non habebis repugnantes. Verba cum primis *Eſ. IX* 2. הרבית הגוי לא הגדלת השמחה difficultatem quandam habere uidentur. Plerique enim cum HIERONYMO, VVLGATO, PAGNINO, VATABLO, ARIA MONTANO, CORNELIO A LAPIDE, MENOCHIO, OSIANDRO, IVNIO et TREMELLIO, VINARIENSIBVS, BELGIS, LVTHERO ſententiam negatiuam amplectuntur: Du machſt der Heyden viel/ damit machſt du der Freuden nicht viel; Qua quidem uerſione reſpiciunt partim ad peruerſos Iudaeos, quibus SERVATOR ſtimulus in oculis, partim ad diſcipulos CHRISTI et doctores Eccleſiae, qui parum his in terris laetitiae ſint expectaturi. Ioh. XVII 20. *Amen, Amen dico uobis, plorabitis et lamentabimini uos, mundus contra gaudebit, uos autem moerore afficiemini.* Incomparabili CARPZOVIO in Tugend-Sprüchen p. 89. Pronomen אשר *κατ' ἔλλειψιν* uidetur omiſſum, ac ſi Propheta per Apoſtrophen ſe conuertat ad IMMANVELEM: Du machſt/ O Immanuel/ der bekehrten Heyden viel/ אשר, denen du vormahls der Freuden nicht viel gemacht hatteſt.

hattest. WASMVTHVS *in Vindiciis Hebr, p.* 228. לא Datiuum esse pro לו, ipsi, positum per *ἀντιστοιχίαν* emphaticam existimat, cui doctissimi PFEIFFERI, *Dubb. Vexat. p.* 683. uerba opponimus: *Quae assertio propter alia loca non uidetur periculo carere. Sic enim facile quaelibet affirmatiua in negatiuam, et uice uersa, conuerti posset.* Ast, ne multus sim, paucis, quid heic sentiam, indicabo. Particula לא optime explicari potest *αὐξητικῶς, affirmatiue, interrogatiue* cum quadam exclamatione et admiratione: Du machst der Heyden viel/ ey was machst du nicht für Freude! iuxta canonem Exegetarum: *Interrogationes negatiuae adfirmant*, cui explicationi fauent LVDOVICVS DE DIEV, FOERSTERVS, ex parte PFEIFFERVS, Accentus, *συνάφεια* textus, CHALDAEVS et SYRVS, quin immo קרי, siue lectio marginalis, quae per adpositam uoculam לו neutiquam *ἀντιστοιχίαν* Wasmuthianam significatam uoluit, nedum כתיב, hoc est, textum, corrigendum putauit, uerum *ἐξηγητικῶς* saltim, per commentationem perbreuem, ostendit, uoculam לא hoc commate, paullo difficiliore, non nisi significatu adfirmatiuo esse accipiendam, quae nostro quidem iudicio tam manifesta sunt, ut coecus esset, uel omnis literaturae orientalis expers, qui contrariam in sententiam abire sustineat. Quantum uero haec literarum studia tibi sint adiumento, tantum etiam utilitatis ex Antiquitatibus et ueterum cerimoniis capiet assiduus SCRIPTVRARVM interpres, id quod sequentes paginae luculenter euincent, quibus Id. April. anno post recuperatam gratiam MDCCXXVIII ultimam adiecimus manum. Vale, faue!

ANTI-

ANTIQVITATES EVANGELICAE IN MATTHAEVM

Praepostera, ne dicam, insipiens est hominis sapientia, nosse tantum SCHOLASTICORVM tricas, nescire linguarum diuinarum genium, maximeque ignorare. Turpe, rimari longissime remota, peruestigare barbaras THOMAE abstractiones, SCOTISTARVM perscrutari nugas et minus necessaria, contraque maxime necessaria insuper habere, Antiquitates sacras uilipendere, Philologiam, una cum LL· OO, praecipue sanctis, quibus DEVS, leges, olim sancitas, nouissimam in hominum posteritatem, transmissurus, sapientissimo consilio usus est, prorsus negligere. Et quanquam uerus Theologiae Scholasticae, Philosophiae, distinctionum, terminorum utilissimorum, quos Literati uulgo SCHOLASTICIS ab subtilissimis ducunt, usus, plerisque habetur in oculis, non tamen queo satis eorum miserari conditionem, qui, D· ARISTOTELIS & PETRI LOMBARDI microscopiis tantum in auxilium uocatis, discutiendis in sacratiorum literarum intricatissimis difficultatibus, sibi soli sapere uidentur, literatissimos quoscunque, tanquam homines de lapide emtos, unius assis aestimant, alto supercilio despiciunt, in primis de Philologis, Exegetis ac felicissimis Antiquitatum indagatoribus,

nescio quam tenuissime, sentiunt, auditorum animos ab lectione horum scriptorum utilissima, praeter rem et necessitatem, detorquent. Cum uero nihil sit in omni scientia intricatius, nihil maioribus perplexum difficultatibus, quam id ipsum, quod diximus, utriusque codicis scrutinium, et testamentum hoc usque adeo torserit, atque fatigauerit SCRIPTVRAE interpretes, ut in illo, et olim, et patrum nostrorum memoria, nescirent multi, quo sese uerterent, mallentque saepius amplecti τὸ ἐπέχειν, quam certi quicquam definire, dubitare, quam adserere, tacere, quam loqui, omnem in peruestigandis linguis et Antiquitatibus eruendis operam, aliorum uero scholis minime praeteritis, ponere debent, qui de uerbis PROPHETARVM et APOSTOLORVM paullo solidius exponendum ducunt. Antiquitates eo minus praetereo, quo plus ab harum indagatione utilitatis expectandum uidetur, quoque maiores, qui in laude et memoria uersantur, huius rei testes fidissimi occurrunt. Vt uero nostrum corroboretur adsertum exemplis, unum atque alterum locum uexatissimum discutiemus.

Prodeat primum creatura gemebunda ex Rom. VIII· 18. sqq. quae noctes olim et dies detorsit interpretes. Taceo SCHOMERVM, qui uerba Apostoli *omnibus de hominibus* accipit. Mitto priuatam quorundam, qui κτίσιν exponunt *de ordinibus a Deo in terris constitutis, qua genera singulorum*, sententiam. Sino TRILLERI *lenis de Angelis opinionem*, nec sollicite, omne percurrendo aeuum, remotissimorum temporum placita pluribus repetam. Nec minus antiquatam illam ab ERASMO· CLARIO· GROTIO· GLASSIO· BALDVINO· MICHAELE WALTHERO· SEBAST SCHMIDIO et mille aliis, praesertim a plerisque uerbi diuini praeconibus receptam *de uniuerso mundo, de mutis & brutis animantibus*, eorundemque gemitu τροπολογικῶ per προσωποποιΐαν, quae multorum insidet animis, quaeque habetur apud AETHIOPEM, u. 10. *spes enim mundi*, u. 22. *scimus quod totus mundus*, opinionem missam facimus, statuimusque, interpretes, praeter rem et necessitatem, diuersas in sententias distrahi, siquidem, PAVLLVM *de solis loqui regenitis*, in oculis omnium, qui συνάφειαν textus, ex ueterum loquendi formulis, rite pensitant, manifesto

nifesto

nifesto constat, atque argumenta multo grauissima et solidissima euincunt. Hac enim capitis parte PAVLLVS firmissimam adfert consolationem contra quascunque tentationes et aduersantis fortunae procellas, maxime t. t. in persecutionibus Christianorum obuias. Argumentum I. desumit u. 18. *ex comparatione impari*, siue a crucis exilitate, et *gloriae imminentis magnitudine*, II. u. 19. a. συμπαθεία *fidelium*, quos uerissime creaturas DEI uocat, III. u. 20. 21. *a spe liberationis* et υἱοθεσία, quam u. 22. *omnes fideles*, u. 23. *ipsi Apostoli anxie exspectant.* Quod si uero in textum paullo penitius inquiramus, quam ratione Subiecti, tam ratione Praedicati, utrinque, sese offerent argumenta, quae sententiam nostram fidissime tuebuntur.

I. RATIONE SVBIECTI commemorabilis est notio, qua ueteribus homo uenit nomine בריאה et בריה, *creaturae* κατ᾽ ἐξοχήν, quod est homo opus Dei excellentissimum, ברי, *nouus, eximius, regenitus*, בריה, *res ueluti noua et insignis*, dialecto Arabum ברי *sanus*, intuitu mentis κατά τι et comparate. Vnde RABBINIS בריות homines sonant, ut cum dicunt: הקבה יבוא לדין את הבריות, NOMEN SANCTVM BENEDICTVM ILLVD, id est, *Messias ueniet ad iudicandum creaturas, siue homines*, quae loquendi formula, ipsius SERVATORIS memoria, uenit in consuetudinem. Quod enim MATTHAEVS, Cap. XXVIII. 19. transtulit: *docete omnes gentes*, MARCVS, Cap. XVI. 15. notanter admodum reddit: *Praedicate Euangelium omni creaturae.* Hoc ex capite IACOBVS, Cap. I. 8. Christianos adpellat creaturas, cum significanter ait: *Is progenuit* nos λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, *sermone ueritatis, ut essemus primitiae quaedam suarum creaturarum;* Primitias uero hasce N. I. Apostolos esse, et fideles Christianos aetate Apostolorum, qui ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν, Jo. I. 13. et ἄνωθεν Jo. III. 3. per ministerium Apostolorum, Gal. IV. 19. διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ, 1. Pet. I. 23. extra omne dubium positum est. Nihil olim erat antiquius, quam ut doctores patres, et auditores, uel *discipuli, filioli* et *creatura* audirentur, quos, more PAVLLI, *Gal. IV.* 19. ὠδίνωσι, acutissimis cum doloribus eniterentur, qua de re alias data opera exposuimus. Ipsa uox Hebraea ברא in salutis negotio capitur eodem sensu, Ps. LI. 12. ubi Dauid preces fundit in coelum:

Cor mundum crea in me, Deus, et Spiritum firmum renoua intra me, et Ezech. XXXVI· 26. Sapientia DEI promisit: *Dabo uobis cor nouum et Spiritum nouum ponam in medio uestri*, Col. III· 10. Eph. IV·22. et alias noui hominis multum iniicitur mentio. Accedit et illud, quod, intuitu regenerationis, fidelis perbelle 2. Cor. V·17. Gal. VI·15. *καινὴ κτίσις, noua creatura*, salutetur, quo ipso SPIRITVS ueritatis, qui ducit nos in omnem ueritatem, tacite innuit, homines in regenerationis negotio ad sui conuersionem plane nihil conferre, neque ulli renatorum natura aliquid gratiae inesse, sed omnem iustitiam, quam acquisiuerit homo, unice defluere a DEO, *διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ, per uerbum Dei uiui.* 1. Pet. I· 23.

II. RATIONE PRAEDICATI argumenta petimus *α*) ab *ἀποκαλύψει τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ*, quam creatura u. 19. *ἀπεκδέχεται*, per diuinam *ἀποκαραδοκίαν*. SYRVS utitur a) uoce בריתא et Arabs אלברית, huius *creaturae*, uidelicet *κατ' ἐξοχὴν*, quae orientali in literatura designabat hominem, excellentissimum Dei opus, β) uocabulo מסברא et מסכיא, quorum hic prius habet notionem *intuendi, cogitandi, sperandi*, posterius *ingeniose imaginandi, inspiciendi, uidendi, exspectandi*, unde שכוי, CHALD· SYR· סכוי, cor, *mens, quae imaginatur et cogitat.* ARABS *ἀποκαραδοκίαν* uertit per אנקראר, eiusmodi *attentam* et *sollicitam exspectationem*, qua quis accurate prospiciendo et obseruando, *νομίμως* iuxta legum rigorem, partes suas enixe tuetur, id quod, nostro saltim iudicio, *ἀποκαραδοκίαν* illam Graecam non male exscribit. Ἀποκαραδοκία, cuius hic et Phil. I· 20. fit mentio, iuxta דרך לשון, id est, secundum loquendi formulam Hebraeorum, monente GROTIO, idem ualet, quod ipsa *κτίσις ἀποκαραδοκοῦσα*, AMBROSIO frequens exspectatio, GLASSIO uehemens et anxia, ERASMO sollicita, cum ex corde quippiam exspectatur. Ρητῶς παρὰ τοῦ *ἀπό, procul, e longinquo, eminus*, aut, *uehementer*, *κάρα, caput*, et *δοκάω, obseruo*, importat adspectum, quo quis prospiciendo exspectat, sollicite & cupide, siue cum anxietate animi et maxima sollicitudine prospiciendo et caput exerendo, interpretibus SVIDA, POLLVCE, STEPHANO, quam anxietatem cordis EXEGETAE passim *μεταφορικῶς* et *κατ' ὑπερβολὴν* ad muta et bruta animantia male retorquent. VAL· ERN· LOESCHE-

LOESCHERVS talem Hyperbolem, ab ſacris literis longe remotiſſimam, iam dudum dedit exploſam. Occaſione hac octo ueterum ἀποκαραδοκίαι in mentem ueniunt, quae ſingulae faciem ἀποκαραδοκίας fidelium colluſtrant egregie ac inſigniter.

PRIMA ueterum ἀποκαραδοκία commemorabilis erat *neceſſitudinis uinculo conſtrictorum et amicorum*, ubi HERODOTO, EVRIPIDI, ARISTOPHANI exponitur attenta eorum exſpectatio, qui more Iſaaci et uxoris Tobiae, capite ſtant arrecto, oculis in amicos et ſanguine coniunctos peregere aduolantes reflexis; SECVNDA *militum et uigilum*, qui dicuntur EVSTATHIO et ARISTOPHANI καραδοκεῖν, ſiue ἀποβλέπειν, de ſtatione eminus proſpicere. TERTIA *uirginum et ſponſae*, quae non ſine ingenti deſiderio, flagrantiſſimo incenſa amore, accurrentem ſponſum oculis irretortis auide ſpectat, et oculis ſuis fulgentiſſimis in ipſius uultu tota habitat, qualis amaſia, ſpectatiſſime florens, HOMERO ἑλικῶπις, *uolubilis et nigra oculis*, notione elegantiſſima, ſalutatur. QVARTA *uinculis conſtrictorum* et eorum, qui captiui, uel in ſupplicium educebantur, quibus ἀποκαραδοκίας iura inſignem ferebant fructum utilitatis. Ex iure Hebraeorum et Attico קשיבה et שאלה, ſiue ἀποκαραδοκίας, rei, in ſupplicium tracti, anxie circumſpiciebant 1.) ῥήτορας et ϲυνηγόρους, *Aduocatos*, quos פרעים, ἐξαιρέτους et ἐκδίκους adpellabant, a magiſtratu, ut ex officio, quemadmodum fert in JCTORVM ſcholis loquendi mos, rei, cui res anguſta domi, cauſſas defenderent, ſolemniter conſtitutos, 2.) פריקים, qui *iure humanitatis et proximi*, 3.) פרים, qui *iure* (פריק,) *religionis et conterranei*, 3.) גאלים, qui *iure* גאלה, *affinitatis et ſanguinis*, de manu lictorum et hoſtium ſuos liberare, atque priſtinum in ſtatum reſtituere, tenebantur. QVINTA *morientium*, qui ſolent cum Stephano ἀποκαραδοκεῖν, in coelum proſpicere, auideque ἀπόλυσιν, dimiſſionem ſuam, exſpectare, unde mors Romanis *abitio*, Graecis ἀπολειτουργεῖν, et Hebraeis defuncti נפטרים audiunt, *dimiſſi e uinculis et carcere huius mundi.* SEXTA *Patriarcharum et Sanctorum*, qui ante portam tentorii, exemplo Abrahami, et ad uias, ſtabant ἀποκαραδοκοῦντες, quo peregrinantes introducerent. SEPTIMA proſpicientium in theatro, uel ſpectaculis, ubi ſpectatores auidiſſime fixis oculis triſtes et alienas perſonas intuentur,

tur, *καραδοκίνουσι*, qualis significatio Graecis non est infrequens. OCTAVA denique *parturientium*, quae, cum enituntur, ad obstretricis manus sollicite adspiciunt, et ab acutissimis doloribus liberationem obnixe anhelant.

2. Secundo Creatura haec dicitur subiecta *ματαιότητι*, *uanitati, rerum humanarum inconstantiae, frustrationi*, non simpliciter, uti uniuersus mundus, sed *ἐμφατικῶς*, sensu affecto, *ἐπ' ἐλπίδι.* Annihilationem autem mundi *spem, liberationem et restitutionem in libertatem* adpellari, ab rei ueritate quam alienissimum censemus. Homo uero quid est הבל, *uanitas et umbra*, Ps. XXXIX. 6. Qui alterum opprimit, et de fortunae ac felicitatis statu inique deiicit, mox euanescit, uxorem, reliqua fortunae bona, alii relinquere cogitur. Ergo nos *ματαιότητι* subiecti cum regenitis per *ἀποκαραδοκίαν* ad *ἐλευθερίαν* et coelestem gloriam adspiremus, ut aliquando consummatam illam, de qua exponit APOSTOLVS, *υἱοθεσίαν* consequamur.

3. Tertium Argumentum fluit ex *ἐλευθερίᾳ ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ*, *a liberatione ab seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.* Mundus non uindicabitur ab seruitute corruptionis, sed iuxta tenorem SCRIPTVRAE potius corrumpetur et annihilabitur, et quis, bruta animantia ad libertatem filiorum DEI peruentura cum PETERSENIO et illis, qui *ἀποκατάστασιν* Platonicam defensam eunt, crederet? Quartum desumitur a *στεναγμῷ* qui cordis angorem uehementer gementium, repetitis crebro et ampliter suspiriis, quem Hebraei צר uocitant, denotat. *συστενάζειν* et *συνωδίνειν*, quas uoces *Syrus* transtulit מתתנחן et מחבלן, *omnes congemiscentes*, ächzen, winseln, seuffzen, dialecto ueteri Saxonico-Teutonica, greinen, *et parturientes patiuntur dolores*, est metaphora desumpta ex officina parturientium, quam, ne simus offendiculo, missam facimus. Quintum argumentum ducimus ab *ἀπαρχῇ τοῦ πνεύματος*, *a primitiis Spiritus*, quae APOSTOLIS et aliis Pentecostes die, PAVLLO post uocationem de coelo, contigerunt, cuius effusionis intuitu IACOBVS Apostolos et Viros Sanctos *ἀπαρχὴν τῶν κτισμάτων τοῦ Θεοῦ*, *primitias creaturarum DEI adpellitat.* Sed Apostoli non erant primitiae mutorum animantium, non bouis et ouis, non angelorum, uerum Spiritus et filiorum

filiorum DEI, qui noua creatura genita διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ.

Sextum argumentum desumptum est ab υἱοθεσία, quam omnes homines possident qua ius, soli fideles actu, in regeneratione et iustificatione qua inchoamentum, in sanctificatione qua continuationem, in saluatione qua complementum, de qua postrema Paullus l. c. loquitur. Mundus autem ne ius quidem habet υἱοθεσίας, nedum ipsam υἱοθεσίαν.

Loci de induratione et excoecatione Exod. X·1. Es.VI·9.10. interpretes mirum in modum hactenus exercuere, maxime uerba Prophetae animum suspensum reddunt, cum ait: *Vade, et dices populo huic: Audite audientes, et nolite intelligere, et uidete uisionem, et nolite cognoscere. Excoeca cor populi huius, et aures eius adgraua, et oculos eius claude, ne forte uideat oculis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et conuertatur, et sanem eos.* Marc. IV· 12. *ut uidentes uideant, et non cernant, et audientes audiant, et non intelligant, ne quando conuertantur, et remittantur eis peccata.* Luc. VIII· 10. Joh. XII· 20. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excoecauit oculos eorum, et indurauit cor eorum, ne uideant oculis, et ne intelligant corde, et conuertantur, et sanem eos.* SPIRITVS S· indurationem et excoecationem peruersi commemorat populi, quae dum nobis explicanda uenit, omnino uersor in re ardua et difficili, quae multum habet ambiguitatis et laboris. Summi tamen Numinis gratia locos, quoad mortalis poterit, explicatos dabimus. α) Theologi nostrates plerique distinctiones in subsidium uocant, DEO indurationem haud tribui αἰτιολογικῶς, *efficienter*, uerum κατὰ συγχώρησιν, *permissiue, desertiue, punitiue*, ἐκβατικῶς, *euentualiter*, non inscite tradunt. Ita pii Maiores grauiter admodum disputabant de mysteriis. Per diuinam autem permissionem neutiquam, ut exquisitae doctrinae cum Theologis loquar, *moralem tolerantiam*, siue *conniuentiam*, qualis inter homines non est infrequens, significatam uolunt, quippe peccata DEO sanctissimo, qui grauiter iniquitatem punit, abominatur ac cotidie per legem *moraliter* uetat, infensissimo odio sunt et molestiae, sed *physicam*, non κατὰ θέσιν, *sensu positiuo*, ac *determinate* actum malum dirigendo, uerum κατ' ἄρσιν, *negatiue* et *indeterminate*, peccata physice non impediendo, nisi quod DEVS extra ordinem aliquando et physice malum impediuerit.

rit. Hoc igitur ſenſu, qui egregie cum analogia fidei congruit, DIVINA MAIESTAS permittit peccatum, quapropter hominem effinxit ratione praeditum, et poſt lapſum reliquit ipſi bonum, uel malum eligendi libertatem, intellectui humano immenſa circumfuſo caligine lucem per SCRIPTVRAM S. clariſſimam inferendo, quo ſibimet homo per diuinam gratiam conſulere, et, cum deflecteret ab ſemita, in uiam redire poſſit. (β) DEVS in Scripturis ſubinde loquitur ἀνθρωποπατῶς, accommodando ſe ad imbecillitatem intellectus humani, κατὰ τὴν κατάβασιν diuinam, dum paedagogi, patrisque, qui, uelut ex *Orbe Picto* res ſollicite depingendo, puerorum ad ingenia deſcendit, imaginem egregie exſcribit, quae κατάβασις diuina non niſi θεωπρεπῶς, imperfectionibus ab eſſentia et uoluntate DEI quam longiſſime remotis, eſt accipienda. Saepiſſime igitur mihi de gratia DEI cogitanti, maxime illud conſiderandum uenit, quod ſtilo Scripturae omnes in homines a *Summo Numine* proficiſcatur, cuius uniuerſalis gratiae miſericordiae et ſanctitatis intuitu nemo mortalium a DEO in errorem deferri poterat. (γ) Exod. VIII. 32. culpa ad ipſum redundat Pharaonem, qui cor ſuum induraſſe dicitur, quoniam graue eſt, Exod. IX. 7. et Exod. VIII. uerſ. ult. *Pharao indurauit cor ſuum etiam hac uice, ut antea.* Vera ergo indurationis cauſſa fuit Diabolus ſeducens, a quo peccatum ad homines deuenit. DEVS *enim huius ſeculi excoecat ſenſus incredulorum, ne illuceſcat illis lumen Euangelii* 2. Cor. IV. 4. et homo peruerſus libere conſentiens, cui ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται, per parabolas omnia fiunt, non ex diuinae reuelationis defectu, aut SCRIPTVRAE caligine, ſed 1) quod Diabolus excoecauit oculos, (Deus huius ſeculi, 2. Cor. IV. 4.) 2) quod ἔξω foris commoratur homo ψυχικὸς, Marc. IV. 11. *qui non percipit ea, quae ſunt Spiritus DEI. Stultitia enim eſt illi, et non poteſt intelligere*, 1. Cor. II. 14. 3) *quod incraſſatum eſt, non a DEO, ſed diabolo et hominibus, cor populi huius, et auribus grauiter audire ſolent, et oculos ſuos occludere conſueſcunt, ne quando uideant oculis, interprete* MATTHAEO XIII. 15. et PAVLLO Act. XXVIII. 27. Praeierant LXX. SENES Eſ. VI. 9. 10. SYRVS et ARABS, quorum uerba ita ſonant: Auribus audietis, et non intelligetis, et uidentes uidebitis, et non perſpicietis

cietis, ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, ϗ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, ϗ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ϗ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι ϗ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, ϗ ἐπιστρέψωσι, ϗ ἰάσωμαι αὐτούς. Syrus Io. XII· 40. uerbum τετύφλωκε noluit ad DEVM referre, sed transtulit עַורו עיניהון, excoecarunt oculos suos. (d) Fontes Ef. VI· 9. 10. in uernaculam linguam significanter admodum ita uerti, uel sic explicari possent: Gehe hin, allein du must es diesem Volck (därb unter die Augen) sagen: Höret ihrs mit den Ohren, und wollets nicht verstehen, sehet ihrs mit den Augen, und wollets nicht erkennen. (per Epanorthosin) So mache demnach kund, oder zeige an, daß das Hertz dieses Volckes verstocket, ihre Ohren dicke, ihre Augen verblendet seyn. Vielleicht wird es mit den Augen sehen, mit den Ohren hören, mit den Hertzen verstehen, und sich bekehren, auf daß ich ihr Artz sey. 1) NB. Eleganter ac exquisite dixit CELLARIVS Canon. XLI· *Verba, quae fieri, esse, aut agere significant, saepe non tam actum et essentiam, quam eius notificationem et declarationem notant.* Quod si enim in Coniugationem Piel et Hiphil inflectas oculos, singulas Grammatices regulas ad ἀναλογίαν exquirendo sollicite, de canonis huius ueritate ac certitudine tibi facile constabit. Exempla sunt ad manus, Leuit. XIII· 3. וטמאו, et *impurabit* leprosum sacerdos, scilicet בדבר שיאמר שהוא טמא, *sermone*, id est, notione declaratiua et forensi, quemadmodum perbelle ait ABEN ESRA· Cap. eodem u. 13. ac 17. וטהר et *mundificabit*, hoc est, mundum declarabit. Prou. XVII· 15. Qui impium מצדיק, *iustum declarat*, Lutherus bene, wer den Gottlosen Recht spricht, und den Gerechten מרשיע, verdammet, et *iustum declarat impium, abominabilis est uterque apud DEVM*· Deut. XXV· 1. *Si fuerit caussa inter homines, et interpellauerint iudices, qui* הצדיקו, *iustum declarabunt pium, et* הרשיעו, *reum declarabunt impium*, und den Gerechten Recht sprechen, und den Gottlosen verdammen. Vid. 2. Sam. XV· 4. Ps. LXXXII. 3. et SCHINDLERI *Lexic. Pentagl.* uoc. צדק et רשע. BALDVIN· *Comment. ad Rom. XI·* p. m. 692. ubi significanter admodum scribit: *Vnde autem sit ceterorum excoecatio, iam ex Scriptura docet, quae eam in locis a Paullo adlegatis ad DEVM refert*, non αἰτιολογικῶς, sed διακριτικῶς, *tanquam ad iustum iudicem.* (2) Verba ואל תבינו et ואל תדעו, cum adsit *Coniunctiuus*, quem

Futurum apud Hebraeos sustinet, uerbum auxiliare, wollen, uti fert in scholis loquendi mos, habent inuoluta, quapropter bene transferuntur, und wollets nicht verstehen, und wollets nicht erkennen, unde Canon: *Verba, quae actionem, seu effectum et affectum uidentur exprimere, saepe de conatu, consuetudine, debito, facultate, seu de τῶ posse exponi postulant*, non est infrequens. Germanis uerba auxiliaria wollen, können, dürffen, sollen, müssen, werden, gewohnt seyn etc. ex longo usu inualuerunt. (3) פן itidem fortassis designare, quam argumentis aliis, tam ipsa uocis notione etymologica confirmari potest, uenit enim ab radice פנה, uenturum, futurum esse, qua de re uidesis CHRISTIANI KOERBERI Lexic. Particul. Hebraear. p. m. *96.* Ipse MEGALANDER noster, uocis notiones quam optime secutus, פן subinde transtulit vielleicht, u. c. Gen. XI· 14. XXVI· *9.* XXXVIII· 11. Num. XVI· *26.* Deut. XXIX· 18. Ruth. IV· *6.* 2. Reg. II. *16.* Hiob. XXXII· 13. Nec obstat in N· T· Graecum *μήποτε*, quippe Apostoli neutiquam fuerunt *translatores*, uerum *interpretes*, quorum intererat, VETVS INSTRVMENTVM allegare, et si quidem SPIRITVI S· haud displiceret, exponere, unde Scripturam N· T· perlustraturo multi uenient ante oculos loci, quibus interpretes minime fontes Hebraeos *κατὰ πόδα* sunt insecuti, sed, ueri sensus allegatione contenti, scopum SPIRITVS S· attigerunt. Praeterea Graecae peritissimi literaturae Perfecto et Aoristis notionem forensem et declaratiuam quam lubentissime relinquunt. Omnis difficultas enascitur ex particulis *ἵνα* et *μήποτε.* Prior uox *ἵνα* cum *μὴ* non tantum cogitationem significat rei euitandae, uerum etiam idem ualet, quod *quoniam*, uel *quia.* Μήποτε desumptum est ex *μὴ* et *πότε*, ubi illud adprime notandum, quod Aduerbium *μὴ* non modo prohibendi notionem ineat, sed frequentissime etiam *an*, uel *num* denotet. Πότε extra compositionem redditur per *quando, aliquando*, item per *olim*, quod et Futuri significatione gaudet. Vnde *μήποτε* commodius uerti poterat *num quando, forte, an forte, aliquando*, interdum sine interrogatione cum spe, aut uoto successus, uel poenitentiae, quem significatum PAVLLVS intendit, 2. Tim. II· 24. 25. *seruum uero Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, peritum et aptum docendo, clementem cum mansuetudine eru-*

erudientem eos, qui obsistunt, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, *si quando* SCHMIDIVS, *si forte, det ipsis DEVS poenitentiam in cognitionem ueritatis, et sobrii euadant e Diaboli laqueo*, PASOR *experiendo, an DEVS det illis*, LVTHERVS: Ob ihnen GOtt dermahleins Busse gebe, die Warheit zu erkennen. REIZIVS: Ob ihnen GOtt dermahleins gebe eines Sinnes Veränderung zur innerlichen Erkänntnis der Warheit, TRILLERVS: Ob ihnen GOtt einsten gebe Bekehrung zum Erkänntnisse der Warheit. Affirmatiuam etiam significationem habet IOHANNES Cap. VII· 26. μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ χριστὸς, ERGONE, uel *num uere agnouerunt principes, quod hic uere sit Christus.* Notio illa profanis scriptoribus itidem in consuetudinem uenit. *Aristoteles Politicor.* Libr. VIII· Cap. V· editionis Conringianae οὐ μὲν ἀλλὰ ζητητέον, μήποτε τοῦτο μὲν συμβέβηκε. *Enimuero quaerendum est, NVM hoc accidat.* Quae cum manifesta sint, ptaeter ceteros, et MARCVS Cap. VI· 11. 12. ne uerba textus offendiculo esse uideantur, Latine uerti poterat: *Vobis datum est, nosse mysteria regni DEI, istis uero, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, QVONIAM uidentes uident, et non cognoscunt, et audientes audiunt, et non intelligunt.* Nec obstat nobis, quod ἵνα Coniunctiuum regat, ἵνα βλέπωσι, ἴδωσι, ἀκούωσι, συνιῶσι, ac si tum necessario Coniunctionem causalem *ut* inuoluat. Contrarium statuit PASOR ex Joh. XVI· 2. ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς, ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ, et ex 1. Cor. IV· 3. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλαχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ᾽ ὑμῶν ἀνακριθῶ, ueniet hora, *quando* omnis occidens uos putabit etc. mihi uero pro minimo est, *quando* a uobis diiudicer. Vera ergo particulae natura cum genuino usu sedulo uenit examinanda. Poteram plura adiicere, copiosiusque Antiquitatum, Philologiae, Linguarum utilitatem adserere, sed multae rationes, eaedemque grauissimae, hoc ab instituto nos auocant.

Ante tres, et quod excurrit annos, Publicis in Praelectionibus Antiquitates, quae iam in lucem prodeunt, ex uniuerso S· Codice ciuibus Academicis in memoriam reuocare, sum auspicatus. Ne uero qualemcunque operam perlustraturis mirum uideatur, cur, post tot labores aliorum exantlatos, uolu-

men diuulgandum exiſtimarim, paucis, LECTOR BENEVOLE, adhuc monendus es. (1) Antiquitates plerisque omnibus aequis literarum cenſoribus in oculis feruntur, (2) ab utilitate, addo, iucunditate et ſuauitate ſe mirum in modum commendant. (3) Humaniſſimus Vir, IONAS KORTE, *Hamburgenſis*, edendi libri copiam etiam atque etiam enixe ſibi petiit, cuius honeſtiſſimis precibus uoluntas mea nihil unquam abnuere uoluit. (4) Ex infenſiſſimo hoſtium Chriſti odio et inextricabili inuidia, quod de ſolidae ac purioris doctrinae Theologis egregie cordatis CHEMNITIIS· FOERSTERIS· FRANZIIS· BALDVINIS· MEISNERIS· MENZERIS· FEVRBORNIIS· GEYERIS· CARPZOVIIS· CALOVIIS· NEVMANNIS· IANIS, ceteris, Fanaticorum, hypocritarum, mercenariorum placitis ſusque deque habitis, ſenſerim grauiter et honorifice, in Haereticorum numerum in uicinia ueni, nec iniurias temporum ſubterfugere potui. Vt igitur me ex haereſeos laqueis tandem explicarem, atque adeo, ne transuerſum quidem unguem a doctrina coeleſti, quam putarunt Maiores noſtri ſtrenue defendendam, me diſceſſiſſe, in uulgus notum fieret, has paginas, quae ſinceritatem et innocentiam ſat abunde loquentur, in lucem emiſi. Famam, ex more Satanae, clam, palam, laceſſere diſſentientes et priuatis literis et famoſis ſcriptis diu laborarunt, uerum illas Cacodaemonis machinas nihil hactenus ſum moratus, nec promiſſionibus, nec calumniis, quas ſedate et humaniter fero, ab ueritatis me uia Satanas prohibebit, nec, alienis inſeruire Diis, animum unquam induxi. Ne uero, praeter rem et neceſſitatem, multus ſim, ſtatim me ad primum Caput Matthaei uertam. Faxit DEVS feliciter.

CAPVT

CAPVT I MATTHAEI

Quo pateant illuſtrius *Antiquitates* et *Adnotationes Philologicae*, quibus in publicum prodeundem, non longe repetam primae obſeruationis initium, ſed oculos mentis, absque uerborum excurſione, ſtatim inflectam ad examinandi codicis elenchum, qui nunquam piis ex animo lectoribus effluet. *Nouum* autem *inſtrumentum*, quoad repetere poſſumus memoriam ſacri huius uoluminis, nomen tulit ἐμφατικότατον; ἡ καινὴ διαθήκη. Ex lectione ueterum, καινὸν ſubinde idem ualere, quod κόσμον et καλὸν, facile intelliges, unde ἔργον καλὸν, ut eſt apud CAMERONEM *in Myroth. Euang.* ad Matth. XXVI· 10. phraſis Syro-Chaldaea עבדא טובא, *egregium* ac *pulchrum opus*, interprete ERASMO, Syriace שפירא, *elegans, decorum, laudabile*, טובא, *egregium, elegans, pulchrum, integrum, laudabile, excellentiſſimum*, Hebraice, חדש, *nouum*, quod ob excellentiam contemplaturis mouet admirationem, ut *canticum nouum*, שיר חדש, Pſ. XXXIII· 3. Apoc. V· 9. ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, Cap. XIV· 3. Sic et ὄνομα καινὸν, Apoc. II· 17. III· 12. item Marc. I· 27. τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, *doctrina illa mirabilis et inaudita*, ubi ſignificatus per Articuli geminationem omnino creſcit, et admodum augetur. Vetera ſordent, faſtidiuntur, noua placent, unde nouum habetur pulchrum, acceptum, eximium. Eodem ſenſu lex de amore ab SERVATORE ſalutatur belle admodum ἐντολὴ καινὴ, *praeceptum nouum*, quod, ex mente ſaltim Phariſaeorum et Scribarum, ceu plane nouum et horribile, motus concitauit, qua de cauſſa arrigebant aures. Vid. doctiſſimum CLERICVM ad h. l. p. 202. Quod ſi etiam quam maxime, omnibus neruis, omni ſtudio codicem hunc explorare contendas, ante oculos tuos obuerſabitur מכתם, ceu praeſtantiſſimum κειμήλιον et aureum θεμέλιον, quod tecum per omnem miſeriarum uitam circumferas, quemadmodum *Alexander* M· Poetarum et ueterum Graiorum co-

dicem, *Homerum*, auream in ciſtellulam depoſitum, fertur circumtuliſſe, quod, praeſente *Homero*, ineunte nocte, per mediam noctem, per extremam noctem, ceruicalibus ſubiici efficaciter, putauerit. Sed enim arctior ſomnus eos, qui inſtituta DOMINI in cordibus gerunt, complectitur, ſiquidem cura Scripturae perluſtrandae ſomnum ſpirituale ipſis interrumpere intendit. Hanc ad *Noui Teſtamenti* ὑπεροχὴν et excellentiam multae nos rationes grauiſſimae deducunt, 1.) ratione *originis* eſt a DEO PATRE, FILIO et SPIRITV S· ab quibus omnia excelſa, ampla, diuina expectantur, 2) ratione *Obiecti* agit de DEO et CHRISTO, humani generis ſeruatore, qui neruus eſt et nucleus Euangelii. Vnde D· PAVLLVS doctrinae ſummam eſſe ait, *ſcire Ieſum Chriſtum crucifixum.* 1. Cor. II· 2. Gal. VI· 14. Phil. III· 8. Apoſtolo uidentur omnia, ſi cum Euangelica conferantur doctrina, σκύβαλον παραβολικῶς Hunde-Knochen, quod iuxta BEZAM p. 598. non male conuenit cum eo, quod ſupra canes iſtos Pſeud-Apoſtolos uocarat. Vid. CHRYSOST· apud CAMERARIVM ad h. l. p. 76. et STEPHANI *Ind. Theſ.* P. II· p. 45. PHOCYLIDI eſt σκυβάλισμα τραπέζης, *ſceleton*, inſtar oſſis canibus proiecti, id eſt, gentilibus, Mt. XV· 27. quos Hebraei ex contemptu canes adpellitant, quod catuli arrodent. At enim uero *ſacrum Codicem*, cuius carne et medulla ueſcuntur fideles, uitae ſpiritualis nutrimenta abundanter deferre uides. Propoſitionem totius Scripturae, ſi quis quaerat, inueniet in illa V· et N· T· publica confeſſione וצריק באמונתו יחיה, Hab. II· 4. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται, interprete APOSTOLO, Rom. I· 17. Hebr. X· 38. Hic enim eſt πιστὸς ὁ λογὸς, quem נתנו, dederunt, ut Hebraeorum fert loquendi mos, omnes Prophetae, Act. IV· 12. nimirum quod CHRISTVS uenit in mundum, ut peccatores ſaluos faceret, 1. Tim. I· 15. Ciues Academici apud ueteres Hebraeos ſelectiſſimas doctrinas adpellabant λόγους πάσης ἀποδοχῆς ἀξίους, *ſermones omni acceptione dignos*, auctore Goodwino, Moſ. et Aar. Libr. II· Cap. 2. §. 11. p. 379. PAVLLI ſermo haud dubie talis eſt λόγος πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, uerſ. 15. quem non ſemel, ſed iterum, iterumque quam diligentiſſime inculcat, Phil. III· 1. atque κατ' ἀκρίβειαν, tanquam ſummam Scripturae, argumentum, compendium, propoſitionem μετὰ

τῆς

τῆς μεγάλης πληροφορίας explicat. Volumen illud diuinum δύναμιν τοῦ Θεοῦ εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, *uirtutem diuinam*, in se complectitur, *in salutem omni credenti*, cui adplicat uestes iustitiae IESV CHRISTI, ut, ueteri homine dempto, nouus nascatur, ita ut haec καινότης nusquam superiorem, quin immo nec omnino parem, unquam habuerit, 3) ratione *normae* τύπος διδαχῆς et ὑποτύπωσις ὑγιαινόντων τῶν λόγων explicate et planissime traditur, sicuti lux in tenebris hypocaustum illuminat, et uiatorem ab ambagibus in uiam abducit, ita SCRIPTVRA lumen menti praefert, et uiatoribus uiam regiam REGIS SVMMI exoptatissime monstrat, 4) ratione *materiae* N. T. in se continet Euangelium παρὰ τῆς δόξης τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ et ἐντολὴν καινὴν, *nouum praeceptum* de amore, qualem καινότητα nullus liber humanus comprehendit, 5.) ratione *finis* ducit ad DEVM et CHRISTVM, qui est ἀπαύγασμα τῆς δόξης, *splendor gloriae et expressa imago patris*, Hebr. I. 3. Col. I. 15. 6) ratione *Adiunctorum* commendat se ab insigni καινότητι, a diuina auctoritate, ab infallibili ueritate, a diuina efficacia, ab integritate, a nitore et fontium puritate, a perspicuitate, ab authentia, addo, ab utilitate, unde SERVATOR iussit Joh. V. 39. *Scrutamini* SCRIPTVRAS, *quia nos uidemini uobis, in ipsis uitam aeternam habere, et illae sunt, quae testantur de me*, et quanquam VETVS INSTRVMENTVM easdem ueritates complectitur, et istam καινότητα nemo, nisi peruerse impius, ipsi est denegaturus, N. T. tamen explicatius et luculentius de CHRISTO testatur.

Διαθήκη, si notionem et usum uocis spectes, magnum omnino pondus habet, uenit enim a διατίθεσθαι, *lege, sponsione, testamento* aliquid definire, polliceri, praecipere. Legem denotat διαθήκη *Platoni*, apud *Orphicos* et *Pythagoristas*, sponsionem *Aristophani*, testamentum *Isocrati*. Prae ceteris *Pythagorici* praescriptas suo gregi normas διαθήκας uocabant, frequentissime tamen testamenti notionem inuoluit, unde *Plutarchus in Romulo* neruose admodum κτήματα τῷ δήμῳ κατὰ διαθήκας ἔδωκε, *bona populo ex testamento reliquit*, et formula διαθήκην νέαν ἔδωκε, *testamentum nouum*, stilo Romano, nouum instrumentum, dedit. Διαθήκη quandoque idem est, quod συνθήκη, foedus, qua uoce frequentius utitur *Aquila*, unde *Hesychius* exponit

nit per *συνωμοσίαν*, eine Zusammen-Verschwerung, quoniam, ut recte monet BYNAEVS de Morte Christi, in recensendis Sacrae Coenae institutionis uerbis, in sanctione foederum iuramento ueteres utebantur, Gen. XXI. 23. Quare LXX. *Senibus* contrahentes, siue *confoederati*, *συνωμόται* uocantur, et uox Hebraea ברית plerumque uertitur per *διαθήκην*, quod LXX. *Senes*, ut uiri apprime docti sentiunt, *ipsam quoque uocem* ברית *ab alia notione uocis* ברא *natam arbitrarentur. Nam* ברא, *ut proprie creare*, ita *similitudinis iure, ordinare atque διατίθεσθαι significat, quo factum est, ut Iudaei Hellenistae etiam τὸ κτίζειν, quod Hebraeo* ברא *respondet, ad eum significatum produxerint. Neque aliter accipi potest apud* Sir. XI. 16. et XXXIX. 29. et XL. 1. 9. *Hinc et Petrus τὴν ἐξουσίαν, potestatem ab hominibus institutam, uocat ἀνθρωπίνην κτίσιν, humanam creaturam.* Quanquam autem PHILOLOGI in explicatione huius uocis longe excurrunt, ipsi foederis notionem, nec sine fundamento, relinquentes, emphatice tamen *διαθήκη* designat testamentum, ultimam morientis uoluntatem, quo sensu uox Graeca ad Talmudicos uenit, et ab antiquis Graecis, *Aeschyne*, *Demosthene*, aliis quam saepissime adhibetur, qua de re uid. SVICERI *Thesaur. Graec.* et DIETER. *Antiquit. Biblicas*, uoc. *διαθήκη*. Per hanc uero N. T. inscriptionem Christiani ueteres, quam procul dubio ab ipso SERVATORE sunt mutuati, Mt. XXVI. 28. Marc. XIV. 28. Luc. XXII. 20. et ab Apostolis, qui *διακόνους καινῆς διαθήκης* dici, haberique uoluerunt, 2. Cor. III. 6. de indole et N. T. natura sunt testificati. Nam pacta, præsertim publica, qualia fuerunt foedera et testamenta, antiquitus sanguine pecudis confirmabantur, et ipsa uox *sanciendi*, ut bene monuit SERVIVS, a sanguine deriuatur. CHRISTVS N. T. uim et uirtutem dedit non sanguine pecoris, sed proprio sanguine, ex quo Testamento bona coelestia et largissimos gratiae diuinae fructus nobis reliquit. Testamenta fiebant olim, et foedera percutiebantur coram septem testibus, iuramentis ideo praestitis, unde in lingua Hebraea iuramentum sonat שבוע et שבועה, ab radice כשבע, *inter septem testes constitutus est, iurauit*, quemadmodum VAL. ERNEST. LOESCHERVS *in Libr. de Caussis Linguae Sanctae* uocem erudite exposuit. Iuramentum uero praestiturus tenebat librum legis brachio, et

peierans

peierans fidei datae robur addebat per ἀμήν. SERVATOR optimus amorem in genus humanum coniunctissimum sanctissimo iuramento saepius adseuerauit, annexa formula ἀμὴν, ἀμήν. Sed enim quoniam Mt. XXVI· de foedere et testamentis amplissimus dicendi locus nobis offeretur, hic non ero multus. Vid. HENRICI SPEELMANNI *Dissert. de Testamentorum origine* et *ritu apud Veteres*.

Praeter ceteras, quas Antiquitas literarum monumentis prodidit, quasque Caput MATTHAEI primum in memoriam reuocare poterat, cerimonias, *concludendi*, *uelandique feminas ritus* hic uenit explicandus. Ad utrumque nos morem recto ducit tramite notio παρθένος et uerbum γινώσκειν, quem uel eam ob caussam, quod multis SCRIPTVRAE commatibus magnam lucem adfert, et uirginitas Mariae ab hostibus CHRISTI in dubium uocitatur, ex uoluminibus, decem abhinc annis monumentis literarum consignatis, repetendum, et ea, qua decet, breuitate praemittendum putaui, reliquas MATTHAEI adnotationes iusto ordine adnexurus. Vestales memoria Prophetarum et tempore V· T· neutiquam in populo DEI, nisi quod mos ille alendi moniales inter Gentiles ex longo usu inualuerit, receptae fuerunt, interim feminas cum γυναικωνῖτιν habitasse, ac se domi assidue continuisse, non quidem perpetuo, sed maximam uitae partem, manifestum est, siquidem hoc de Hebraeis Gen. XVIII· *6*. XXIV· *67*. XXXI· 31. Cant. III· 4. VIII· 2. et complures loci testantur. Locus in primis Gen. XXIV. 67. commemorabilis est, ubi Rebecca sub uesperam, de more uirginum, παρθένωνα egressa, uerbis serui perceptis, adproperat in בית אם, *domum matris*, id est, in Gynaeceum, cui addideris Cantic. III· *4*. ubi uirgo sponsa Messiam est ductura in בית אם, *domum matris*, in חדר הורתא, *conclaue conceptricis*, hoc est, in cubiculum, quo sponsus cum sponsa prima nocte concumbere solebat. Non uero solis Hebraeis, uerum aliis quoque gentibus, praesertim Persis, mos in consuetudinem abiit, *Esther II·* בית הנשים, in domum mulierum, neruose TOSSANVS: Ins Hauß der Frauen, das ist, der Jungfrauen. In dem ersten Frauenzimmer, von welchen droben u. 3. waren nur Jungfrauen, und hatte ein jedes Frauenzimmer seinen besondern Kämmerer, et GODOFREDVS MEIS-

NERVS

NERVS in der niedrigen, aber nachmahls erhöheten Esther ad Cap. II· u. 14. uerba: **In das andere Frauenzimmer.** In dem einen wurden die reinen Jungfern verwahret, im andern aber die schon vorgestellten Kebs-Weiber. Vid. *Auctores in Antiquit. Select. de Conclusis Veterum Hebraeorum et Graecorum Feminis* citatos. Apud plerasque Graecorum gentes sexus sequior in Gynaeceis aetatem, intra parietes, in lana et linis colo aptandis, in filis scite ducendis, in arte parce frugaliterque uiuendi, ducere sueuit. Vnde claustris, quae uirorum nemini uolebant patere, qua de caussa uocabulum, *παρθενὼν*, *παρθένευμα*, *θάλαμος*, *ὦον*, *ὑπερῷον*, *γυναικὼν*, *γυναικείων*, *γυναικωνῖτις* in Graecorum lectione non infrequens, sedulo continebatur. Hebraei ritus primordia a Protoplastis et ex Noae arca ducunt, ac si Adam et Noachus *ἀνδρωνῖτιν*, Eua et mulieres in arca Noae *γυναικωνῖτιν*, in cotidianum sibimet usum, adaptarint, quod tamen ratio temporum, maxime si ad Euam oculos flectas, uix patitur. Inter multas Graecorum leges *Homerus*, *Euripides*, *Theocritus*, complures alii sequiorem sexum ab *οἰκουρία* a Cecrope, Moysi *συγχρόνῳ*, quam acceperit una cum reliquis morum praeceptis a DEO, in Graeciam illata, quam diligentissime commendant. Licet autem uxores, uiduae, uirgines in gente Hebraea tectis promiscue latuerint, praecipue tamen uirgines rarissime foris conspiciebantur, id quod notio uocis עלמה, quae uirginem denotat, tacite submonet. Nam in Hebraeorum עלמה antiquitas delitescit, in praesentiarum discutienda, siquidem dialecto *Chaldaea*, *Syria*, *Arabica*, *Hebraea* ab radice עלם, *occultandi, celandi, abscondendi* significatum implicat, ut עלמה adeo uirgo sit domi seclusa, custodita, neque cognita uiro. COCCEIVS, *Lexic.* p. 617. *Adolescentula*, Jungfrau, Jonge Tochter, Maegt (haec enim uox dialecto ueterum Germanorum significabat uirginem.) LXX· Senes *νεᾶνις*, *παρθένος*, alii *κατάκλειστος*, *ἀπόκρυφος*. HIERON. *L· I· adu. Iou. Tom. II· it. L· III· ad Es. VII·* עלמה *apud eos uerbum ambiguum est, dicitur enim et adolescentula et abscondita, id est*, *ἀπόκρυφος*, et in Gen. legimus, ubi Rebecca dicitur עלמה, *Aquilam non adolescentulam, nec puellam, sed absconditam transtulisse, E· alma non solum puella, uel uirgo, sed cum ἐπιτάσει* VIRGO ABSCONDITA *dicitur et secreta, quae nunquam uirorum patuerit aspe-*

ctibus,

ctibus, sed magna parentum diligentia custodita sit. Vid. CASAVBONI *Exercit.* I· 23. p. 87. 88. Consentit ERASMVS, Matth. I· p. 10. עלמה non solum uirginem significat, sed *κατ' ἐπίτασιν, uirginem absconditam, et a uirorum conspectu seclusam. Qui mos et hodie fere manet Italis.* HILDEBRANDVS *in Antiquit.* p. m. 109. *apud Hebraeos*, inquit, *uirgo dicitur* עלמה, *uel abscondita, ob duas caussas, (1) quod secretior eius educatio esset, (2) quod non nisi uelamine tecta, uel abscondita, ad sacra in publicum prodiret.* Neruose PFEIFFERVS, *Dubb. Vexat. Cent. 3.* p. 651. dicitur עלמה *ab occultando. Virgines se apud Hebraeos et Orientales quosque studiosissime domi continebant. Hinc e contrario* נפקת ברא, *seu euagatrix, est epitheton meretricis apud Chaldaeos*, et *Cent. 4. pag. 676.* ad Esa. 7. de Virgine Puerpera, Graecorum *παρθένον*, Matth. I· 23. Hebraeorum עלמה respondere, pereruditе notat, quam ad sententiam accedit *πολυμαθέστατος* illle MICH· NEANDER SORAV· *Op. Aur. ad Phocyl. p. 46.* quibus subiungimus DIETERICI *Antiquit. Bibl.* p. 763. qui in more, inquit, laudabili positum fuit ueteribus, uirgines in interiori quadam domus parte, quam nunc Gynaeceum, Graeci *παρθενῶνα* appellare solebant, custodire, unde et *κατάκλειστοι*, conclusae dicebantur, Graecis et Hebraeis in eundem sensum elegantissima adpellatione עלמות, *absconditae*, ab עלם, quod est *κρύπτειν, κατακλείειν*, eo, quod *ἐν θαλάμῳ*, antequam uiro iungerentur, quasi concludebantur et *ἔνδον μίμνουσαι*, quod de eiusmodi uirginibus dixit POETA ASCRAEVS u. 518. *ἥτε δόμων ἔντοσθε φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει.* Hanc praecipue uirginum *οἰκουρίαν* priscis, in more positam, itidem GROTIVS ad Matth. I· 23. commemorat. Neruose COCCEIVS, *Lex.* p. 617. ABEN ESRA, MAIMONIDES *ad Cantic. I·* בתולה קטנה (a Syr. בתל, concludit,) innupta puella, quae domi continetur, et uiro non est cognita, quae *κατάκλειστοι* dici solebant.

Ritus huius documenta, non enim desunt antiquitatis testimonia, nisi praefixus nobis scopus aliud suaderet, plurima daremus, qua de caussa in pauca multa conferam. Cum Heliodorus in aerarium Templi irrumperet, tumultu concitato, *κατάκλειστοι τῶν παρθένων* ad urbis portas excurrisse, in muros ascendisse, de fenestris prospectasse leguntur. AVCTOR GLOSSAE ORDIN· nec inscite, hanc adiecit *ἐπίκρισιν*

Virgines

uirgines, quae conclusae erant, id est, de domibus parentum non exibant, ratione uerecundiae et pudicitiae uirginalis, tamen in illa perturbatione exibant, praeter morem solitum. Cum Antipater 3. Maccab. I· 25· Sanctum ingredi uellet Sanctorum, prorumpebant uirgines, una cum matribus θαλαμένομεναι. Proinde uxores Graecis οἰκουρήματα dicuntur. Vid. CASAVBONI *Exercit. I·* n. 53. DIETERICI *Antiquit. Biblic. ad* 2. Maccab. III· 19. HEINSIVM *in Hesiod.* p. 292. SALMASIVM *in Polluc.* p. 177. Sed enim οἰκουρία non ita presse uenit intelligenda, ut nunquam abiuerint a domo patria, sed cum certo temperamento, siquidem, exemplo Rebeccae, et ex more Graecis non infrequente, maxime sub uesperam, quamuis non sine comitatu, excurrerent, sacrisque interessent, unde SCHINDLERVS, *Lexic.* p. 1329. perbelle monet: *Olim educabantur puellae, ut domi apud matres delitescerent, nec prodirent in publicum, nisi necessitas, uel cultus diuini ratio postularet.* Vid. MENOCHIVM *in Republ. Hebr.* p. m. 541. Hanc ob caussam, monente HIERONYMO, in Es. Cap. VII· ALMA ab Hebraeorum עלמה in Latium uenisse uidetur. Erat enim antiquitus ALMVM idem, quod *sacrum*, sacrum autem absconditum, seclusum, secretum pronunciat Antiquitas, qua de re uid. *Antiquit. Select. nostras citatas* p. 64. HEINSII *Lection. Theocriti* p. 3113. et MICHAEL· NEANDRI SORAV· *Anthologicum Graeco-Roman. p. 301.*

In primis uiduas decebat assidue se domi continere, unde Iudas nurui quam diligentissime demandat οἰκουρίαν his uerbis; שבי אלמנה בית אביך, *mane uidua domus patris tui*, hoc est, mane in patria domo, quemadmodum uiduae, mortuis maritis, ad patrem redire solebant, more Graecis usu recepto, *Odyss. α.* p. m. 38. edit. Giphan. teste MAIMONIDE *de Coniugio L· Siph. P· II· Cap. V· ad Leu. XXII·* 13. *Edit. Venet. fol. 236.* sq. p. 2. Vid. SELDENI *Vxor. Hebr.* et DASSOVII *Differt. de Vidua Hebraea, Thes. XIV· p. 23.* Quapropter pellices 2. Sam. XX· 3. צררות, iuxta LXX· SENES συνεχόμεναι, *conclusae*, dicuntur, interprete LVTHERO: Sie waren also verschlossen, und lebten Wittwinnen. Vid. RAB· SAL· BEN MELECH ad 2. Sam. XX· 3. Prae ceteris uiduae iunioris aetatis a uirorum abigebantur commercio, quippe quae lasciuiores sunt, quam

intactae

intactae uirgines, ab quibus *Timotheum* PAVLLVS abduxit, παραιτοῦ, quoniam non uiuunt μεμονώμεναι, sed περιεχόμεναι τὰς οἰκίας. Nam περιέχεσθαι τὰς οἰκίας et τὸ γαμεῖν θέλειν idem est, quod in literatura profana, sigillatim apud ATHENAEVM ὀργασμὸς, et apud ARISTOPHANEM τὸ κυαμίζειν. ARISTOPHANES κυαμίζειν τὰς ἀκμαζούσας ἔφη, floridae aetatis puellas dixit *catillare*, *nupturire*, *uirum adpetere*, id quod APOSTOLVS exprimit per suum καταστρηνιᾶν. Vid. HILDEBR. *Antiquit. Bibl. Libr. I* p. 111. Iuditha, quae gentis suae mores in oculis ferebat, dicitur καθίζειν sub σκηνῇ ἐπὶ τοῦ δώματος, *sub umbraculo tecti*, more feminarum, quae ᾠὸν et ὑπερῷον, superiorem aedium partem, incolebant. Vid. BVXTORFII *Lexic. Chald. Syr.* p. 5. LVDOV. DE DIEV *ad Matth. Cap. V. 4.* Sal. Schweiggers *Itinerar. Lib. I. Cap. II.* p. 25. SCVLTETI *Exercit. Lib. II.* Cap. 56. COCCEII Tit. *Maccoth. p. 3.* L'EMPEREVR *ad Middoth.* p. 160. sqq. Iuditha igitur sub umbraculo ἀπόσκηνος, ab aliis seiuncta, uiduitatem egit, ἐπὶ τοῦ δώματος, sie hatte, LVTHERVS ait, oben auf dem Dache ihres Hauses eine Hütte, oder Sommer-Laube. Sub eiusmodi σκηναῖς θαλίας, *conuiuia*, habere olim moris erat, de quibus uid. *Antiquit. nostras p. 73. sq.* Vxores ac matronae itidem domi commorabantur APOSTOLO Tit. II. 5. οἰκουροὶ, *domus custodes, assiduae domus*, Germanis, Hauß-Frauen, adpellatae, Graecis οἰκουρήματα et φυλάσσοντες τὰς οἰκίας. Quod si uero foras excurrerent, ad Templum, omni festinatione, strenue properabant, ad imaginem Hannae, uirginis, ut est in Hebraeorum fabulis, uiduae. Vid. DIETERICI *Antiquit. Biblic.* p. 765. et DASSOVIVM *l. c. Thes. XI.* §. 4. LIGHTFOOT. *Hor. Hebr.* p. m. 1002. Nec contemnenda sunt, quae SELDENVS *in Vxore Hebr. Libr. III. Cap. XVI.* p. 307. praeclare memoriae prodidit: *Secundo inuerecunda nimis habita est ea, quae in publico neret, ita, ut ornatu suo, seu manuum, brachiorumque uenustate transeuntes illiceret.* Ideo bona materfamilias assimilatur uiti, fructum ferenti in lateribus domus, Ps. CXXX. 3. Perpetua haec erit Hebraeorum mulierum uerecundiae fama, aeterna, immortalis, nunquam deficiet, consenescet, peribit, nulla dies laudem hanc terminabit, nulla uetustas corrumpet, nullum temporis spatium circumscribet.

Virgines Graecorum, quarum laudes omnis posteritas excipiet, ac tuebitur, οἰκουρίας amantissimae, in re domestica tuenda, in administranda re familiari, in curanda domo immortalitatis praemium consequebantur. Dicitur autem uirgo Graece παρθένος, interprete MICHAELE NEANDRO, παρὰ τοῦ παραθέειν τῇ μητρί. Sic enim πολυμαθὴς ille uir pererudite scribit in libello, cujus titulus: ἀνθολογικὸν ἑλληνιστὶ καὶ ῥωμαϊστὶ περὶ παρθένων καὶ εἴδους, *Florilegium Graeco-Romanum de Virginibus et Forma* p. 301. Vid. Etymologiam uocis παρθένος, quam Grammatici deriuant a παραθέειν τῇ μητρὶ, quod domi apud matrem maneat abscondita. Veterum enim uirgines non prodibant in publicum ante nuptias, et in *Opere Aureo in Phocyl.* p. 46. pro παρθένον, posito suo pro primitiuo posito, παρὰ τὸ παραθέειν τῇ μητρὶ, quod cum matre semper moretur, domi maneat et curet res domesticas, quemadmodum apud Homerum Andromachae et Penelopae praecipitur; ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, *quin in tecta abiens, tua propria munia cura*, quod Hebraeorum עלמה, *iuuencula*, ab עלם, proprius exprimit, et παρθένιοι κρύφα τικτόμενοι παρὰ τὸ ἔτι εἶναι νομιζομένης παρθένου, quemadmodum scribit DION, *Orat.* 7. PINDARI quoque Scholia alicubi meminerunt. Et mos iste adhuc hodie alicubi durat, ut ante nuptias in publico non conspiciantur. Itidem in *Theol. Syn.* p. 10. Vt recte uirgo μένανδρος ueteribus dicta sit, quod domi expectet maritum, quemadmodum id refertur a θαυμασιωτάτῳ Athenaeo l. 3. ac ex Euripide, tum etiam Aristophane manifestum est. Idem in *Phocyl. p. 46.* θάλαμος proprie est οἶκος, inquit Pindari interpres, ἐν ᾧ κατακλείονται αἱ νυμφευόμεναι, ὅτι θάλλουσαι τῇ ἡλικίᾳ συνέχονται γάμῳ, *in quo concluduntur puellae, donec maturae fiant uiro.* Miraberis forte, cur MICHAEL NEANDER tanto mihi habeatur in pretio; Sed cum in animo tecum uolutabis, quanta scribendi laude, quanta industria, quanta eruditionis fama, maxime si literaturam spectes Graecam, alter post PHILIPPVM Germaniae praeceptor excelluerit, extra omnem erroris me culpam facile pones. Ritus mentionem fecit Poetarum inter Graecos facile princeps HOMERVS *Iliad.* γ. p. 110. δ. p. 126. ξ. ubi Hector in urbem, domumque uenit Priami.

ἀλλ'

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πριάμοιο δόμον περικαλλέ᾽ ἵκανε
Ξεστῇσ᾽ αἰθούσῃσι τετυγμένον, αὐτὰρ ἐν αὐτῷ
Πεντήκοντ᾽ ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο
Πλησίον ἀλλήλων δεδμημένοι· ἔνθα δὲ παῖδες
Κοιμῶντο πριάμοιο παρὰ μνηστῇς ἀλόχοισι.
Κουράων δ᾽ ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἔνδοθεν αὐλῆς
Δώδεκ᾽ ἔσαν τέγεοι θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο.

Sed quando iam Priami ad domum perpulchram uenit,
Politis porticibus extructam: Ceterum in ea
Quinquaginta inerant thalami ex polito lapide,
Proxime inter sese aedificati, ibi autem filii
Cubabant Priami apud legitimas uxores.
Filiarum autem e regione oppositi intra atrium,
Duodecim erant excelsi thalami ex polito lapide etc.

Cum Hector uxorem quaereret, inueniebat illam *ἐν πύργῳ, in turri*, *Iliad.* ζ. p. 230. Vid. *Iliad.* ζ p. 228. p. 236. ξ p. 498, ρ p. 610. χ. p. 794. Idem HOMERVS in *Odysseis*, de mulierum officio disputans, inter cetera quoque de *οἰκουρίᾳ* disserit.

Ἀλλ᾽ εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
Ἱστόν τ᾽ ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι· μῦθος δ᾽ ἄνδρεσσι μελήσει
Πᾶσι, μάλιστα δ᾽ ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔστ᾽ ἐνὶ οἴκῳ.
Ἡ μὲν θαμβήσασα πάλιν οἶκον δὲ βεβήκει
Παιδὸς γὰρ μῦθον πεπνυμένον ἔνθετο θυμῷ
Ἐς δ᾽ ὑπερῷ᾽ ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξὶ
Κλαῖεν.

Sed in domum profecta, tua opera administra,
Telamque et colum, et ancillis impera
Opus accelerare: Sermo uero uiris curae erit
Omnibus, potissimum uero mihi.

Huius

Huius enim imperium est in domo.
Illa quidem attonita rursus in domum iuit.
Filii enim dictum prudens ponebat in animo.
Ad coenaculum ubi conscendisset cum ancillis mulieribus.
Fleuit.

Et POETA ASCRAEVS de Graecorum uirginibus canit 2. ἐργ. u. 518.

Ητε δόμων ἔντοσθι φίλη παρὰ μήτερι μίμνει
Ουπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Αφροδίτης.

Quae intra domum charam apud matrem permanet,
Nondum opera sciens aureae Veneris.

Apud EVRIPIDEM in *Danae* u. 22. custodienda traditur Gynaececo ἐγκατάκλειστος;

Εν παρθενῶσι δ' εὐθὺς οἷν ἐδείματο
Δίδωσιν ἀργείαισιν εὔφρουρον κόραις
Εις ἀνδρὸς ὄψιν εὐλαβούμενος μολεῖν.

Et postea u. 38. EVRIPIDES *in Oreste* u. 108. uirginem, non decere in publicum prodire, tradit, ac in *Andromache* praecipitur: πρὸς τὰ δ' ἐυ φυλάσσετε κλείθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας, *aduersus haec igitur bene munite seris et pessulis aedium fores.* Apud STOBAEVM, *Sentent. Serm.* 72. Naumachii extat praeceptum: σοὶ δ' οἰκοφελίη μελέτω μεγαρόν τε φυλάσσειν; *Tibi uero curae res familiaris sit et custodia domus, cui adplaudit* MENANDER *ad Rhoden*: Υπερβαίνειν ὅρους γύναι etc. *uestibuli fores ultra domum esse, ab ingenua matrona existimatur.* Bene SOPHOCLES: ἔνδον μένουσαν γυναῖκ' εἶναι χρεὼν ἐσθλήν. Θυράσι δ' ἀξίαν τοῦ μηδενός: *Intus manere mulierem oportet bonam. Egredientes autem foras nullius sunt pretii.* PLVTARCHVS *in Praeceptis coniugii, non decet*, inquit *mulierem* φιλοσοφεῖν, ἱππέυειν, ἀγορεῖν, ἴδια δὲ γυναικὸς τὸ οἰκουρεῖν καὶ ἔνδον μένειν, *philosophari, equitare, uenari, propria uero mulieris sunt, domum curare, et*

et intus manere. HEINSIVS *ad Theocriti* uerba κακαῖς μανίαις ϗ παρθένον ἐκ θαλάμοιο ϗ νύμφαν, p. 314. *Theocritus opponit haec duo* παρθένον ἐκ θαλάμου et νύμφην. *Sicut* νύμφη *dicitur* ἡ νεόγαμος, *ita* παρθένος ἐκ θαλάμου *dicitur* ἡ μήπω γεγαμημένη, *uirgo, intacta,* παρθένος ἐκ θαλάμου, ἡ ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ ἀναστρεφομένη. *Iam puellas in ea aedium parte uersari solere, quam mulieres frequentabant, ut procul a uirorum congressibus haberentur, notissimum est.* Eum locum ab iis, qui Homerum secuti sunt, θάλαμον dici, notarunt ueteres. Vnde PHOCYLIDES praecipit alibi, uirginem diligenter ἐν θαλάμῳ seruare, ne foris conspiciatur usque ad nuptiarum tempus, παρθενικὴν etc. Eo se cum matribus suis subducebant. Hinc est, quod HORATIVS Pholoae puellae, iam nubili et maturae, suadet, ut, matrem sequi, desinat, id est, παρθένος ἐκ θαλάμου εἶναι. HOMERVS feminas ἐν μυχῷ δόμων collocat, et puellas Patrocli cadauer circum excurrisse, miratur, quum, ex antiquo more, pectora palmis atque floribus tangerent, *Iliad.* σ. 29. 30. Δμωαὶ ἐκ δὲ θύραζε ἔδραμον, *ancillae foras discurrebant praeter morem.* Cum uero, ueterum memoria, matres cum uirginibus οἰκουροι, *assiduae* essent *domus*, testudinis imagine, οἰκίσκον circumferentis, repraesentari solebant. Hanc ob causam priscis numisma circumferebatur, quod uno ex latere testudinem domiportam, uirginem ex altero, retulisse creditur. IVLIVS POLLVX *Onomast. L. IX. VI. p.* 484. καὶ μὴν τὸ Πελοποννήσιον νόμισμα, χελώνην τινὲς ἠξίουν καλεῖν ἀπὸ τοῦ τυπώματος. ὅθεν ϗ παροιμία, τὰν ἀρετὰν, ϗ τὰν σοφίαν, νικᾶντι χελῶναι. ἐν δὲ τοῖς Εὐπόλιδος εἵλωσιν εἴρηται, ὀβολὸν τὸν χαλλιχούλωνον etc. *Insuper Peloponnesem monetam nonnulli testudinem a sculptura dictam putant. Vnde et paroemia:* Virtutem et sapientiam uincunt testudines. *Sed in Eupolidis captiuis dictum est, obolum pulchram testudinem insculptam habentem. Atheniensibus erat numisma coram referens, id est, uirginem facie Palladis.* Vid. MICH. NEANDRVM SORAV. ad *Phocyl.* p. 101. Hanc οἰκουρίαν testudo, feminarum symbolum, teste HILDEBRANDO, significabat domiporta, Phidiacae Veneris pedibus supposita, qua monebantur imagine, domi feminis commorandum esse, merito in uitio poni, si οἴκοθεν οἴκαδε discurrant, et nescio quas ὁμηγύρεις instituant. Optime THEOCRITVS, *Idyll.* 2. u. 136. *p.* 24.

p. 24. Edit. Scal. et Casaub. παρθένον ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ ἀναστρεφομένην, *uirginem esse, quae adhuc domi occultata et custodita latebat*, et Telemachus ideo matrem reprehendebat θύραζε τροχοῦσαν, ante ianuam discurrentem, quae legum rationem habens illico ἐς ὑπερῷ' ἀναβᾶσα, Gynaeceum rursus ascendit, HOMER· *Odyss. δ. u. 328.* Penelopen initio pudicam Vlyssis describens uxorem, eam nunquam loquentem inducit, nisi e conclaui, quod ille uocat ὑπερῷον, facie uelo tecta, et pedissequis innitentem.

Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια
Κλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσατο οἷο δόμοιο
Οὐκ οἴη, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο.
Ἡ δ' ὅτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο δῖα γυναικῶν
Στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο,
Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα.

Filia Icarii prudens Penelope
Cochleam uero altam descendit suae domus,
Non sola, una cum hac ancillae duae sequebantur.
Illa uero quando iam ad procos peruenerat diua mulierum,
Stabat sane, iuxta limen aulae bene fabricatae,
Ante maxillas habens tenues uittas.

Conf. HOMER· *Odyss.* ψ. u. 1. 20. 24. etc. ac *in Hymno ad Venerem* u. 14. et *Odyss. δ. p. 109.* Ἑλένη ἐκ θαλάμοιο ὑψορόφοιο θυώδεος, *ex thalamo odorifero excelso egreditur.* De utroque mulierum et uirorum conclaui DIOGENES agit in eiusdem nominis Cynico. Idcirco HYPERIDES *Rhetor* apud STOBAEVM *Orat.* 74. et ORESTES apud LIBANIVM, *Sophistam*, in declamatione uxori ualedicens hanc commendat οἰκουρίαν: Οἰκούρει καὶ φύλαξ ἴσθι τῆς οἰκίας πίστη, *rem domesticam cura, et custos esto domus fida.* Vnde significanter admodum DIETERICO *in Antiquit. Bibl.* p. 765. dicuntur οἰκωφελεῖς et οἰκουρικαὶ, quoniam, HOMERO teste, debent οἶκον ὀφέλλειν, *Odyss. ο. u. 21.* δῶμα κομίζειν, *Odyss. π. u. 74.* ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν, *Odyss. λ. u. 176.*

n. 176. Enitere debent induſtria, quapropter Antiquitas feminam uocitat *οἰκουρὸν* et *περίδρομον*, id quod NEANDER notanter reddit, ſie trägt das Heiligthum herum, iſt haußhältig, iſt ſelbſt Magd. Erant eum in finem Graecis *γυναικόνομοι*, *praefecti mulierum*, qui, POLLVCE interprete, in parum pudicas animaduerterent, et mulctas earundem in platano et ceramico exponerent.

Atrium in Templo Hieroſolymitano mulierum erat diſtinctum ab atrio uirorum, ut eſt in *Tract. Middoth Cap. II. 5.* paullo infra: *Erat olim planum, ſiue apertum, ſed poſtea podio circumdederunt*, שהנשים רואות מלמעלן, *ut mulieres ſuperne proſpicerent, uiri autem inferne, ne miſcerentur.* Vid. LIGTHFOOT *Op. T. II. pag. m. 192.* BVXTORFFIVS *in Synag. Iud. C. IX.* SCHINDLER. *Lex. p. 1306. et p. 639.* GOODWINI *Moſ. et Aar. Libr. II. Cap. II. §. 7. p. 373*, uel *Libr. II. Cap. I. p. 151. in Not.* LVNDII Jüdiſche Heiligthüm. *p. m. 353.* In priuatis aedibus hinc ſuperiorem aedium partem, hinc mediam, occuparunt. Sic Iuditha ſub *σκηνῇ ἐπὶ τοῦ δώματος* duxit aetatem in ſolitudine, et Graecis *ὑπερῷα*, id eſt, interprete EVSTATHIO, *τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων*, *ſuperiores aedium partes*, feminarum uſui patebant, quo pertinet, ſi matronas Hebraeorum ſpectes, formula, Deut. XXI. 12. *inducere* אל תוך בית, *in mediam domus.* Vid. MENOCH. *in Republ. Hebr. p. m. 675. ſqq.* et MAIMONID. *Tract.* מורה נבוכים, *P. III. C. XLI. p. 467. ad Deut. XXI. 10. ſqq.* Mulieres, ut breuis ſim, aſpectum quoque maxime familiarium formidabant, unde notanter ſcribit PHILO: *Γύναια κατάκλειστα μηδὲ τοῦ αὐλείου προερχόμενα, καὶ θαλαμευόμεναι παρθένοι δι' αἰδῶ τὰς ἀνδρῶν ὄψεις, καὶ τῶν οἰκειοτάτων ἐκτρεπόμεναι*; *Mulieres concluſae nunquam e conclaui egredi ſolitae, et uirgines in thalamis ſuis habitantes, et prae pudore declinantes aſpectum etiam maxime familiarium.* Bene CALOVIVS *in Comment. in Gen. XXIV. p. 1013. de Rebecca, in domum ergo*, inquit, *matris cucurriſſe dicitur, quia apud Orientales Gynaecea ſeparata ſunt, ubi filiae uirgines cum matribus degebant a parente et fratribus ſeiunctae.* Conf. u. 26. ut et Gen. XIIX. 10. Denique nec illud ſilentio praetereundum, quod feneſtrae ferramentis, uel lignis directis et transuerſis, in modum retis,

 inter

inter se structis et compactis fuerint munitae, ad arcenda furta rei non modo familiaris, sed etiam uenerea, *Cantic. II. 9.* Vid. FVLLER. *Miscell. Libr. VI. Cap. XIII. p. 142.* Graeci propterea mulieres ἐν μυχῷ θαλάμοιο καὶ δομάτος locabant, in ὑπερῴῳ, hoc est, iuxta EVSTATHII scholia, *sub umbraculo* τῶν μετεώρων τῶν οἰκημάτων, *superiorum aedificii partium.* Exemplum illustre occurrit apud LYSIAM, *Orat. I. pro Caede Eratosthenis:* οἰκίδιον ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν, ἵνα δὲ μὴ ὁπότε λοῦσθαι δέοι, κινδυνεύῃ κατὰ κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. Καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν, ὥστε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀπῄει κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον, ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῷ, καὶ μὴ βοᾷ. Καὶ ταῦτα πολλὸν χρόνον οὕτως ἐγίνετο, καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα. Ἀλλ᾽ οὕτως ἠλιθίως διεκείμην, ὥστε ᾤμην τὴν ἐμαυτοῦ γυναῖκα πασῶν σωφρονεστάτην εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει. *Domus mihi est non ampla in duas diuisa partes, cuius superiora magnitudine respondent inferioribus, ac altera uiris, altera feminis sunt destinata. Cum autem puer nobis esset, ac mater ipsum lactaret, ne ipsa lauandi caussa, per gradus descendendo, in aliquod incommodum incideret, ego in superioribus aedibus me continebam, inferioribus feminarum usui relictis. Atque hac iam consuetudine fiebat, ut uxor saepe abiret, ac descenderet, apud puerum dormitura, ut, ubere porrecto, fletu ipsum prohiberet. Atque haec longo tempore ita obseruata fuerunt, neque ulla mihi suspicio fuit, sed adeo eram stolidus, ut uxorem meam omnium, quae in ciuitate sunt, castissimam iudicarem.* Erat ergo Gynaeceum in superiori aedium parte, ut eo difficilior ad eas aditus pateret. Vnde DIDYMVS, οἱ ἀρχαῖοι, inquit, ταῖς γυναιξὶν ὑπερῴους τοὺς θαλάμους κατεσκεύασαν ὑπὲρ τοὺς δυσεντεύκτους εἶναι, *ueteres mulieribus in superiori aedium parte thalamos, siue cubicula, extruxerunt, quo non ita facile adiri possent.* Celebris iterum locus apud LYSIAM, *Orat. II. in Simonem,* reperitur: Πυθόμενος γὰρ, ὅτι τὸ μειράκιον ἦν παρ᾽ ἐμοὶ, ἐλθὼν ἐπὶ οἰκίαν τὴν ἐμὴν νύκτωρ μεθύων, ἐκκόψας τὰς

τὰς θύρας εἰσῆλθεν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν, ἔνδον οὐσῶν τῆς δὲ ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς καὶ τῶν ἀδελφιδῶν. Αἳ οὕτω κοσμίως βεβιώκασιν, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ὁρώμεναι αἰσχύνεσθαι. Οὗτος τοίνυν εἰς τοῦτο ἦλθεν ὕβρεως, ὥς τ' οὐ πρότερον ἠθέλησεν ἀπελθεῖν, πρὶν αὐτὸν ἡγούμενοι, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἡγούμενοι δεινὰ ποιεῖν οἱ παραγενόμενοι, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐλθόντες, ἐπὶ παῖδας, κόρας καὶ ὀρφανὰς εἰσιόντα, ἐξήλασαν βίᾳ. *Cum enim audisset, hunc adolescentem diuersari apud me, uenit nocte ad aedes meas bene potus, et, effracto ostio, irrupit in mulierum conclaue, in quo et soror mea erat, et sororis filiae, quae tanta in uerecundia fuerunt educatae, ut etiam a domesticis conspectae erubescerent. Atque hic eo contumeliae processit, ut non prius inde auelli potuerit, quam qui auxilio nobis ueniebant, et qui istum comitati erant, ui eundem expellerent, arbitrati, grauiter ipsum peccare, quod in puellarum, uirginum et orphanorum cubile intrasset.* Poteram plura subnectere, sed haec sufficiant.

Gentiles, quemadmodum apud ROSINVM proditum legimus, eum in finem *Deam Bonam* colebant, quam seclusam ferunt ueteres, hinc si mares adirent, turpe ac nefas putabatur, teste SEXTO PROPERTIO, *Libr. IV. Eleg. 10.* IVVENAL· *Satyr. VI· u. 316.* ALB· TIBVLL· *Libr. I· Eleg. 6.* Ne Dearum quidem picturae tolerabantur apertae, IVVEN. *Satyr. VI·* u. 337. Hoc etiam conclaue tutum erat puellis refugium, quo a uiris seiunctae se ornarent. OVIDIVS, *Libr. III· de Arte: Quae male crinita est, custodem in limine ponat, orneturue Bonae semper in aede Deae.* De conclusis aliarum gentium feminis uid. *Antiquit. Selectas.* de eodem argumento, Cap. V· p. 156. sqq. Ne tamen omnino tacuisse uideamur, pauca saltim notatu dignissima Lectori, ut officiorum fructum ferat, contemplanda et diiudicanda proferam. MEISNER· *in Cantic.* p. 50. ad uerba Cap. III· 4. **In meiner Mutter Kammer.** Sintemahl züchtigen Jungfrauen nicht zukommt, mit Manns-Personen umzugehen, ohne in Beyseyn ihrer Eltern, allermeist der Mutter, die auf alles genau Achtung geben, und die Töchter nicht von sich lassen, sondern in ihren Kammern, **nach der Morgenländischen Gewohnheit,** bey ihnen haben, Gen. XXIV· 28. 65. 67. XXXI· 33. 34.

34. Zumahl solche Völcker sehr eyfersüchtig sind, und nicht leichtlich iemand mit ihren Weibes-Bildern zu reden vergönnen. Die Perser bauen ihren Weibern ihre Gemächer mitten im Hause, in welchen sie allzeit, als in einem Gefängnis, bleiben. Es kömmt kein Mann hinein, es sey denn ein Verschnittener, und deswegen wird dieser Ort Aram, das ist, **verbothen**, genennet. Wenn sie die Weiber mit auf die Reise nehmen, so thun sie dieselbige auf Cameele in Wiegen, die auf allen Seiten zugedeckt, und gehen Leute voran, so die Reisenden von Wege abweisen, gleiches thut der König in Persien, wenn er auf die Jagd ziehet. OLEAR· *Itiner. p. m.* 405. Als des Persischen Abgesandten Weib zu Narva d. 31. Mart. 1639. aus dem verdeckten Schlitten steigen solte, und viel zuliessen, es zu sehen, hats den Sultan so verdrossen, daß er eher wieder zur Stadt hinaus, als jenes sehen lassen wollen, vorbringend, ob denn die Weiber allda, welche mit blossem Gesichte giengen, alle Huren wären? Denn in Persien kein ehrlich Weib sich von Fremden unter Augen sehen lässet. OLEAR· *Itin. Mosc. et Pers.* p. 137. De Turcis *Stat. Turc. Libr. I· Cap. IX· p. 5. Tom. XXII· Diar. Europ. p. 207.* Keine Manns-Person, so über 12. Jahr alt, darff zu denen Türckinnen kommen, sie seyn denn verschnitten, und werden so genau verwahret, daß man sie selten an der Thüren siehet. Sommers **Reise nach der Levante** Cap. IX. §. 3. p. 86. Die Frauen müssen stets zu Hause sitzen, und dürffen nicht ausgehen, ohne Erlaubnis mit verdecktem Angesichte. Virginum accuratam rationem habuerunt Romani, qui, conuiuiis, ubi solet esse liberalior lingua, interesse, negarunt. Testis est ex Latinis VARRO *in Agathone* p. 306. scribens: *Virgo de conuiuio abdicatur, ideo, quod maiores nostri, uirginis acerbae aures Veneris uocabulis imbui, noluerunt. Eleganter uirgo acerba, quae ἄωρος Graecis, μὴ ὡραία γάμου, quae nondum matura uiro dicitur, sumta metaphora a fructibus acerbis. Idem adhuc mos in Italia obtinet*, ERASM· *Institut. Christiani Matrimonii p. 575. Virgines innuptae domi continentur, apud Venetas, si foris prodeunt, nec sine custode id faciunt, nec nisi caput ad scapulas usque tegente uelo, Nonnas esse diceres.* Interim Graecae arctiori sub tutela uiuebant. Idem mos Indis in consuetudinem abiit, uti proditum legimus in dictis *Bartrouherri* apud *Rogerum*, p. m. 521. Diese Heyden sind wegen ihrer Weiber so eyfersüchtig, daß sie solche versperren, und wohl bewahren,

wahren, und nicht gerne haben, daß sie von andern mögen geschehen werden. *Bernhardus a* **Breitenbach**, *Decanus Moguntini Capituli*, alios inter ritus in *Surianis οἰκουρίαν* obseruauit, f. 129. b. Ihr Huß-Frauen verwahren, und inschliessen sie mit grossem Fließ, und lassen weder Wiber, noch Tochter uff die Strassen gan, anders den mit Lilachen umgeben, und ihr Angesicht bedeckt mit einem schwartzen Tuch. Das halten die Jungfrauen bi ihnen also streng, daß auch ihr Männer, so sie vermeelt werden, sie nicht mögen unter dem Angesicht sehen, die erste Nacht sey den verschienet, als sie zusammen werden gelegt. Als denn auch die Saracenische Jungfrauen auch thun, nachfolgen hierinn dem Exempel, als sie sagen, des Patriarchen Jacobs, der da meinet, er wäre die erste Nacht gelegen bey Rahel, der Liebsten. Sicut omnibus in rebus, antequam suscipiantur, necessaria finis consideratio praecedit, ne coeco quodam impetu in rem aliquam incidamus, ita nos de usu eorum, quae de feminis proposita uides, antequam manus adplicaremus operi, nusquam oculos deiecimus. Consuetudinem hanc si omnes Germani, apud plerosque enim in usu est, susciperent, praestantem utilitatis fructum colligerent. Quod si autem horum rituum et utilitatis, exinde prouenientis, habeamus rationem multis Scripturae commatibus accenditur facula. *Gen. XIIX. 6.* וימהר אברהם האהלה אל־שרה, *et festinauit Abraham* in tabernaculum *ad Saram*, *Gen. XXXI. 33.* ויבא לבן באהל־יעקב ובאהל לאה ובאהל שתי האמהת, *ingressus itaque Laban* tabernaculum Iacob et Leae, et utriusque famulae, *et non inuenit*, *et egressus* ex tabernaculo Leae *uenit* in tentorium Rahel, *Gen. XXXIV. 1.* ותצא דינה־בת לאה לראות בבנות הארץ, *et egressa est Dina*, *filia Leae*, *ad circumaspiciendum inter filias terrae*, Hebraice sich unter dem Sichemitischen Frauenzimmer umzusehen. *Gen. XXXVIII. 11.* שבי אלמנה בית־אביך, *mane uidua in domo patris tui. Gen. XXXIII. 14. Deuter. XXI. 12.* והבאתה אל תוך ביתך, introduces eam, uidelicet אשת־יפת־תאר, *mulierem forma uenusta*, iuxta textum Hebraeum, in die Mitten deines Hauses, uel in conclaue interius, *γυναικωνῖτιν*, *2. Sam. XX. 3. Cumque uenisset rex in domum suam Ierusalem, sumsit decem mulieres concubinas*, *quas dereliquerat* ad custodiendam domum, *et tradit eas* in domum custodiae — *et non est ingressus ad eas*, sed erant clausae usque in diem mortis

suae

ſuae in uiduitate uiuentes. Eſther. II. בית הנשים, Gynaecei fit mentio, quo ſeiunctim uirgines intactae, ſeiunctim pellices continebantur. Prou. VII. 11. והנה אשה לקראתו שית זונה ---נצרת לב המיה היא וסררת בביתה לא --- ישכנו רגליה: *Et ecce occurrit illi mulier ornatu meriticio, et praeparata ad capiendas animas, garrula et uaga, quietis impatiens, nec ualens in domo conſiſtere pedibus ſuis. Cantic. I. 6. 7.* ubi dicuntur περιβαλλόμεναι LXX SENIBVS et ῥεμβόμεναι SYMMACHO. *Cantic. II. 9.* הנה-זה עומד אחר כתלנו משגיח מן-החלנות מציץ מן --- החרכים: *Ecce ille ſtat, poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos, Iud. V. 28. per feneſtram reſpiciens ululabat mater eius, et de coenaculo loquebatur. Cant. III. 4. VIII. 2.* nec demittam amicum, donec introducam אל --- בית אמי *in domum matris meae*, ואל --- חדר הורתי, *et in cubiculum genetricis meae. Iud. VIII. 5.* Iuditha inducitur uitam degens ſub σκηνῇ τοῦ δώματος. 2. Maccab. III. 19. 3. Maccab. I. 25. αἱ δὲ κατάκλειστοι τῶν παρθένων foris prorupiſſe dicuntur. 1. Tim. V. 5. *Quae autem uera uidua eſt*, μεμονωμένη, *adoleſcentiores autem uiduas deuita*, quae cernuntur περιερχόμεναι τὰς οἰκίας. Nihil eſt e re magis Exegetae, quam linguarum notitia, et Antiquitates tantum continent utilitatis in illuſtrandis SCRIPTVRAE commatibus, quantum haud ſcio, an ulla pars eruditionis praeterea. Pergamus ergo, teneamus noſtrum, quem coepimus curſum, conſuetudines noſtras tueamur, ac ſeruemus, quarum utilitatem dies non imminuit, nullo terminatur ſpatio temporis, de quarum, addo, fertilitate nihil fortuna, nihil hominum iniuria, nihil ne temporis quidem tempeſtas ipſa detrahit. Sed ne oratio longe excurrat, illud ſaltim liceat oculis ſubiici, quod hic *Matth. I.* παρθένου notio ex Hebraeorum עלמה, *Eſ. VII. 14.* omnino fluxerit, adprime conueniens Mariae, cuius uirginitatem in explicatione u. 23, defenſam ibimus. Praemittitur Articulus ἡ maxima cum emphaſi, qui reſpondet Hebraeorum ה demonſtratiuo, et ſingulari Chaldaeorum, Syrorum, Samaritanorum Statui, quem pariter emphaticum adpellant, Arabum Articulo אל. Sic *Io. I. 21. et 10.* ὁ προφήτης εἶ σύ, *es tu Propheta ILLE, IPSE* ſcilicet, qui praegnanter dicitur ὁ ἐρχόμενος, et *Io. XIII. 13.* ὑμεῖς φωνεῖτέ με, ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος, *uos uocatis me:* IPSE DOCTOR

DOCTOR ET IPSE DOMINVS· Grammatici et Philologi Articulum ὁ et ה ſaepius *πλεονάζειν*, ac otioſe poni, uulgo ſcribunt. At enim mihi plane certum eſt, argumentisque, minime dubiis, oſtendi poterat, in SCRIPTVRIS omnia eſſe *negotioſe* poſita, nullo punctulo, aut apice excepto. Literae Paragogicae, Epentheticae, et quae ſunt id genus aliae, minime otioſe adponuntur, ſed, uti nos cenſemus, *negotioſe* adiiciuntur, uel ex analogia linguae grammatica, uel ex peculiari emphaſi poſitae. Idem eſto iudicium de Articulis ὁ et ה demonſtratiuis. Quum uero ſtudium antiquitatis haereat aequis rerum cenſoribus in animo, in medullis, in intimis ſenſibus, dabo operam, quod pollicitus ſum, ut re praeſtem, ut a promiſſis exitus rei ne diſſentiat.

Altera uox, quae ueterum ex ritibus illuſtranda uenit, eſt *γινώσκειν*, erkennen, cuius emphaſin nemo, niſi mores antiquos exaſſe, et ex intimo ſenſu, cognitos habeat atque perſpectos, eſt aſſecuturus. Id ergo agam omni ſtudio, quantum eniti uiribus potero, eo ſpectabit animus meus, eo curae, cogitationesque meae referentur, ut ritus perantiqui, qui huic loquendi formulae lucem adfert certiſſimam, memoriam altius a capite repetam. Breuiter: Vocabulum *γινώσκειν* ab ritu uelandi feminas deſumptum legimus, qua de conſuetudine ſequentia literis committenda duximus, ut deinceps emphaſis *γινώσκειν* ſit explorata, omnibusque adeo pateat. Ritum uelandi feminas antiquiſſimum eſſe, ex multis SCRIPTVRAE locis intelligimus. Gen. XX. 10. כסות עינים, *tegminis oculorum*, TARGVM· כסות ריקר, *tegminis honoris*, gloriae, fit mentio, quae uerba KIMCHIVS, R· SAL· BEN MELECH, alii de uelaminibus interpretantur. Vid. PFEIFFERI *Dubb. Vex. Cent. I· p. 529.* Vnde Hebraeorum Magiſtri ritus originem ab oculorum uelamine, quod publicum honeſtae matronae teſtimonium in Sara fuerit, plerique omnes deducunt. Mal. II· 16. iuxta Hebraeorum exemplar Cap. III· 1. כי שנא שלח אמר יהוה אלהי ישראל וכסה חמס על לבושו: *Qui odio habeat, dimittat illam, dicit Dominus DEVS Iſrael*, LVTHERVS: Und gebe ihr eine Decke des Frevels von ſeinem Kleide. *Exod. XXI· 10.* אם־אחרת יקח־לו שארה כסותה וענתה לא יגרע, *quod ſi aliam ſibi*

ſibi acceperit, *puellae alimentum*, LXX· τὰ δέοντα, neceſſaria, *tegumentum et compreſſionem non minuat*. *Huc pertinet* צעיף, *peplum*, in quod Rebecca *Gen. XXIV· 65.* in ſignum ſubiectionis et uerecundiae ſe inuoluit, de quo pererudite LVTHERVS *in Comment. ad h. l.* ediſſerit: *Proferebat uir ille* Nezem, *lunulam*, *ſiue frontale*, *ab una aure ad alteram*, *ſemicirculum quendam. Noſtrae uirgines*, *loco iſtius ornamenti*, *utuntur* Berlin und gúldne Borten. *Sic Aaron ex inauribus fecit uitulum*, *Exod. 32.* Wie die Weiber ihre gúldne Borten unter dem Schleyer tragen. *Eiusmodi ornamentum donat ſeruus Rebeccae*, ein gúlden Haarband, oder Borten um die Haar, *cum duabus armillis*, Tzmidim, Geſchmeid, Arm-Geſchmeid, *et aurea uaſa*, *quae fuerunt ueſtimenta muliebria*, Haarband, Röcklein, Brüſtlein, Schleyer, Hauben. *Arbitror autem*, *ſignificare magnum illud peplum mulierum*, *quo non ſolum capillos uincire*, *ſed et totum caput*, *usque ad humeros*, *uelare ſolitae ſunt*, ein langer Schleyer, oder groß Schüll um den Kopff. Vid. MENOCH· *Reip. Hebr. Libr. III· Cap. XXI· p. 367.* ſqq. MARTIN· de ROA *P· II· Singul. Libr. III· Cap. IV· p. 300.* GEIERVS *de Luctu Hebr. Cap. XI· p. 160.* SELDEN· *Vx. Hebr. p. 304.* CARPZOVIVS *ad Schickard. de Iur. Reg. Hebr. p. 356.* WAGENSEILIVS *in Sota p. 198.*

Virginem Hebraeam extra παρθενῶνα uelatam inſtitiſſe, nemo temere uocabit in dubium. Locus *Eſ. III· 16. ſqq.* id uidetur euincere, quo ueſtes in genere et mulierum et uirginum recenſentur, et ceteras inter מטפחות, *linteamina*, מעטפות, *amicula*, רדידים, *pepla*, בתי הנפש, *pectoralia.* Illuſtris locus eſt *Cant. V· 7.* qui uirginem ἀμίαντον ϰ ἄμωμον, ſponſam, conquerentem inducit: נשאו את רדידי, *detulerunt peplum meum*, ſie nahmen mir meinen Schleyer. MENOCH· *Reip. Hebr. Libr. VI· Cap. VII· Q. 12. p. 541.* HILDEBRANDVS *Antiquit. Libr. I· Sect. IV· p. 109. ſq.* optime rationem reddit, cur uirgo Hebraeis עלמה dicatur, nimirum quod ſecretior eius educatio eſſet, quod non niſi uelamine tecta, uel abſcondita, ad ſacra in publicum prodiret, ac ibidem *Sect. IV· p. 80. Notanda eſt*, inquit, *hoc loco uirginum orientalium caſtimonia*, *quae ſemper domi ſe continuerunt*, *et*, *cum in publicum fuit prodeundum*, *ſemper faciem uelamine*, *totumque corpus pallio*, *contectum habuere. Ob hanc*

cauſſam

caussam apud Hebraeos uirgo, dicitur עלמה, *hoc est, abscondita, quia uirgines in Oriente non domi tantum reconditae erant, sed et in publicum prodeuntes, quoad uultum, immo totum corpus, erant contectae.* His addo DIETERICVM, *Antiquit. Bibl. p. 725. Iam quanti illud*, inquit, *putandum, quod Orientales pudicae uirgines* (Hebraeum עלמה hinc explicatur) *et matronae domi se continebant, atque, cum prodirent, uel ad cultum diuinum, uel ad officia alia necessaria obeunda, honestatis ergo, non incedebant absque faciei uelamine, et totius corporis pallio, quod mulierum caput usque ad coxas tegebat, in quo etiam duo foramina ad oculos patebant. Nam tegebant caput peplo et faciem reticulo, quod erat contextum ex tenuissimo filo, aut serico, minutis maculis et plagulis interdistinctum. Graeci uersores* κεκρύφαλον, *quod de muliebri tegmine utuntur* SYNESIVS, Epist. 3. p. 160. XIPHILINVS *in Auito* p. 370. *et redditur interpretibus reticulum, pellucidum reticulum.* Vid. GIGGEIVS, *Thes. Lingu. Arab. Tom. I. p. 759.* DILHERRVS, *Elect. Libr. III. Cap. VI. p. 431.* MEISNERVS in den Biblisch-*Geograph.* Anmerckungen über Salomonis hohes Lied *ad Cap. V. 7.* uerba: Die nahmen mir meinen Schleyer, uestem tenuem et aestiuam, das dünne und gefärbte Netz-gleiche Tüchlein, womit ich mein Angesicht verhüllte, und nur ein wenig durchsehen konte.

In primis *Hebraeorum sponsa* solemni uelabatur ritu, quo super argumento literaturae Orientalis peritissimi SELDENVS et CARPZOVIVS occupatae fuere. Vox praecipua, quae ritus hic discussos continet inuolutos, חפה, *Chuppa*, dicitur. Non legitur, nisi ter, in SCRIPTVRIS, media litera dagessata, cum praecedente, nempe semel absolute, *Ies. IV. 5.* על־כל־כבוד חפה, *super omnem gloriam Chuppa*, et bis cum affixis, Iud. II. 16. מחפתה, cum affixo ה, et Ps. XIX. 6. מחפתו, cum Vau Cholem. R. DAVID KIMCHI ספר השרשים, ad radicem חפף, REVCHLINVS, DAVID DE POMIS, MVNSTERVS *in Diction.* uterque BVXTORFFIVS *in Concordantiis, in Lexic. Mai. Chald. Talm. Rabbin. p. 807. sqq.* SCHINDLER. *Lex. p. 625.* VARENIVS *in Commentar. ad Es. IV. 5. p. 86.* GEIERVS *in Ps. XIX. 6. p. m. 319.* COCCEIVS *in Lexico*, CARPZOVIVS *in Dissert. de Chuppa*

Hebraeorum Cap. I· §. 1. uocem hanc emphaticam ab radice חפף, *operuit*, *texuit*, deriuandam putant, quod Dagefch forte mediam in literam confpicitur iniectum. Alia uero fententia eft ELIAE LEVITAE in תשבי, qui חפה, *Chuppam*, a חפה, *texuit*, *operuit*, defumtam cenfet. Sed cum utraque uox uelandi et obtegendi ui polleat, haec leuiufcula controuerfia, parum, aut nos nihil remorabitur. Notio et ufus uocabuli triplicem ad antiquitatem nobis uiam monftrat. Γενικῶς, *in genere*, *primario* fignat *protectionem*, *protectorium*, *operimentum* quoduis, id quod, praeter CASTELL· *Lex. Hept. p. 1332.* SCHINDLERVM, *Lex. p. 625.* FOERSTERVM, *Lex. p. 292.* citatus ELIAS LEVITA adnotauit, וחם לשן כסוי כמו חופף עליו כל—היום וג׳, id eft, ut PAVLLVS FAGIVS uertit, *fignificat autem proprie haec uox operimentum*, *ut*: teget fuper eum tota die etc. *Deut. XXXIII· 12.* Ειδικῶς ac *improprie* quidem, feu *tropico fignificatu*, per metonymiam figni, חפה nuptias denotat. Sicut enim Latinorum nuptiae ab obnubendo, ita quoque Hebraeorum a חפף, ab *obnubendo*, *uelando* nomen funt adeptae, unde phrafis Hebraeis non ignota קרוא לחופה, *inuitatus ad nuptias*, et huc refpexit BVXTORFFIVS *filius in Synag. Iud.* ab fe aucta, *quidam*, ait, Cap. XXXIX· p. 632. putant, *nuptias uocari* חופה, *Chuppa*, שחופפן בטלית או סודר או כיוצא בזה, *ab obtectione cilicii*, *aut lintei*, *uel fimilis alicuius rei.* Nam חפה, *Chuppa*, eft *tegere*, *obtegere.* Specialiffime et ἰδίως triplicem fignificationem admittit, dum (1) *thalamum* denotat, feu conclaue interius, in quod ante nuptias undiquaque perfectas, כניסה inftituebatur, Hebraeis כניסה לחופה, *introductio in Chuppam*, adpellata, (2) *tentoriolum*, uel thalamum tegminibus fuperftructum, fub quo fponfus et fponfa in nuptiarum feftiuitate obtegi fueuerunt, (3) *tegumentum* fponforum e findone, aliaque materia, praefertim fponfae, quo fponfus, uel hodie Rabbi, defponfatam tegit. De fingulis figillatim.

Vocabulum igitur חפה initio *thalamum* fignificat, quo fponfus cum fponfa uelut obtegitur, in quem ante nuptias undiquaque abfolutas, fiebat deductio, qua de cauffa R. DAV· KIMCHIVS illud conclaue fic definit: מקום הסתרת הכלה עם החתן נקרא חפה, *locus*, *ubi fe abdit fponfa cum fponfo*, *uocatur*

catur Chuppa. Erat locus ille, ex quo ſponſum cum ſponſa in umbraculum, ſub quo *benedictio* dabatur *ſacerdotalis*, oportebat ſolemni ritu decurrere, quem, finita, ut hodie fert loquendi mos, *copulatione*, repetebant, ſympoſii nuptialis inſtituendi cauſſa, et ſponſus, nocte media ineunte, ut ibi cum ſponſa poſſet concumbere. Thalamus ille erat uel in domo patris ſponſi, uel ſponſae, aut neceſſitudinis adſtricti uinculo. Neque perfectae habebantur nuptiae, antequam eiusmodi, ut SELDENI uerbis utar, fieret deductio. Vid. MAIMONIDES, *Halach Iſchoth*, *cap.* 10. SCHVLCAN ARVCH, LIBR. ABEN HAAEZER, *Cap.* 54. §. 2. GEMARA BABYLON. *Tit. Cetubhoth*, *Cap.* 5. *fol.* 56. *a.* SELDEN. *Vx. Hebr. Libr. II. Cap.* 13. *p.* 133. אין ברכת חתנים עשה הנשואין אלה כניסה לחופה: *Non benedictio ſponſorum perficit nuptias*, *ſed deductio in thalamum.* Huius cerimoniae ueſtigia, quam in VETERI, tam in NOVO TESTAMENTO, inuenies non obſcura. *Deut.* XX. 7. ומי — האיש אשר ארש אשה לקחה, et *ſi quis ſibi deſpondit uxorem*, *et non accepit eam*, LVTHERVS perbelle, und hat ſie noch nicht heimgeholet. *Pſ. XIX.* 6. והוא כחתן יצא מחפתו *et ipſe exit*, *ſicuti ſponſus ex thalamo.* Und dieſelbe (Sonne) gehet heraus, wie ein Bräutigam, aus ſeiner Kammer. Ioel. II. 16. יצא חתן מחדרו וכלה מחפתה, *ſponſus exeat e conclaui ſuo*, *et ſponſa e thalamo.* Der Bräutigam gehe aus ſeiner Kammer, und die Braut aus ihrem Gemach. Quanquam uero חפה ſponſae, חדר ſponſi thalamus eſſe uidetur, nihil tamen inter utrumque interuenit diſcriminis, ut, auctore SELDENO, CARPZOVIVS l. c. §. 5. lit. א. pereruditе ſcribit, his uſus uerbis: *Vocatur locus ille*, *ubi ſe cum ſponſa ſponſus addit*, *alio nomine* חדר, *conclaue*, *cum addito* חדר פנימי, *conclaue interius. In Ioelis Prophetae uerbis ſponſo quidem* חדר, *contra ea ſponſae* חופה *attribuitur*, *adeoque ipſe SPIRITVS S. diſcrimen inter haec duo digitis quaſi intendere uideri poſſet. Neque inficiandum*, *Chuppa a uerbo* חפף, *utpote quod obtegendi ſignificationem habet*, *deductum*, *ex natura ſui locum*, *quo occultantur ſponſi*, *adeoque Thalamum*, *ſeu*, *ut Helleniſtae adpellitant*, παςόν, *denotare*, *cheder autem conclaue*, *ſeu cubiculum. Verum in idem plane recidere uidentur. Hinc et ſponſo Chuppa in SCRIPTVRA tribuitur*, *et B. LVTHERVS Ioelis locum*, *diſcrimine hoc neutiquam obſeruato*, *uertit.*

uertit : Der Bräutigam gehe aus seiner Kammer, und die Braut aus ihrem Gemach. TARGVM utroque ad ritum noſtrum oculo reſpicit, cum uertit Ioelis uerba: *Egrediatur ſponſus* מחדרו, *e cubiculo ſuo*, מאדרון בית משכבה, *e conclaui domus cubilis ſui, et ſponſa* מחפתה, *e Chuppa ſua*, מבית גנונהא, *e domo thalami ſui.* Chaldaei enim thalamum hunc גנן, גנונא, בית גנן, *operimentum*, *domum protectionis*, *tabernaculum*, ab radice גנן, *incubuit*, *texuit*, *operuit*, adpellitant, licet Chuppa et Chaldaeorum גנונא, umbraculum quoque, coeli ſpondae non abſimile, interdum denotet. Vid. SCHINDL. *Lex. p. 328.*

Ritus nuptiales Tob. VII. concinne, ſtrictimque traduntur, inter cetera uero antiquitatis monimenta etiam cubiculi mentio iniicitur u. 18. ἑτοίμασον τὸ ἕτερον ταμεῖον, LVTHERVS: Und hieß sie die andre Kammer zurichten. Exemplar Hebraeum Conſtantin. a PAVLLO FAGIO latinitate donatum ſignificanter admodum tranſtulit: הנה הנערה לפניך תהית לך לאשה כתורת וכהלכה ואל שדי ורחם עליכם ויחיה אתכם מיד קרא לנערה ותפשה בידה ואמר לנער ראה בנו חרי זאת מקודשת לך כתורת יהודה וישראל ולך אל אביך ומיד קרא עדים וקדש אותה בפניהם וכתבו וחתמו שטר כתובתה ומיד ברכו שבע ברכות והתחיל לאכול וקרא רעואל ארת אשתו ואמר לה תקני חדר הפנמי וגו׳: *Ecce puella coram te eſt, ſit uxor tua, ſicut lex iubet, et moris eſt. DEVS omnipotens uobis ſit propitius, et uitam uobis conſeruet. Statim, accerſita puella, apprehenſaque manu eius, dixit iuueni: Ecce, mi fili, tibi ſponſa eſt, ſeu deſponſatur, ut mos eſt in Iuda et in Iſrael. Et perge ad patrem tuum. Statim etiam, accerſitis teſtibus, deſponſauit eam in conſpectu eorum. Et ſcripſerunt, et obſignarunt inſtrumentum dotale. Statim etiam, dictis ſeptem benedictionibus, epulari coeperunt. Vocauit autem Raguel uxorem ſuam, et dixit ad eam, parate*

הפנימי

חדר הפנימי, *conclaue interius.* Thalamus iste seiunctim erat extructus. Gynaeceum se uarias per odas diffudit, et in separatos sparsit thalamos, uidelicet in conclauia uirginum, Graecis παρθενώματα dicta, et in conclauia uxorum, seu matrum, et denique in thalamum sponsaliorum, ubi sponsus et sponsa abderentur, deosculationis et concubitus seiunctim suscipiendi caussa, unde dicitur ἕτερον ταμεῖον, חדר הפנימי, *conclaue interius,* die Braut-Kammer. Eiusmodi solemnis deductio non Hebraeis modo, uerum aliis quoque gentibus in consuetudinem abiit. Legitur in historia Hasmoniaca, *1. Maccab. IX. 37. filios Iamri solemnes nuptias celebraturos, sponsam duxisse e Madaba. Postea renunciatum est Ionathae et Simoni, fratri eius, quia filii Iambri faciunt nuptias magnas, et ducunt sponsam ex Madaba, filiam unius de magnis principibus Chanaan.* E NOVO TESTAMENTO sequentes prodeant loci. Καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα; *Porro media nocte clamor factus est: Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei, et, quae paratae erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, clausaque est ianua.* Quod in fontibus εἰς τοὺς γάμους, a SYRO notanter uertitur לבית חלולו, *in domum chori laetitiae,* seu nuptiarum. Luc. XII. 36. Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, *et uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis,* ubi ἀναλύειν ἐκ τῶν γάμων, ueterum stilo Hebraeorum, nihil est aliud, quam reuerti e thalamo. Nam ἀναλύειν, praeter exsoluendi et dissoluendi significatum, redeundi ac reuertendi ui pollet, quam apud Scriptores Sacros, tam profanos. Sic ATHENAEVS alicubi Libr. I. Deipnos. ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες, et APIANVS *de Bello Ciu. Lib. IV.* ἀναλύοντες ἐκ μέθης. Neque τὸν γάμον saepe παςὸν, seu domum, ac umbraculum signare sponsaliorum, negari potest, qua de re γάμος Io. II. 1. 2. ab Syro uertitur בית משתותא, quod ipsum est Hebraeorum משתה, *symposium nuptiale,* post solemnem deductionem e Chuppa in domo nuptiarum celebratum.

Cum sponsa cubiculum illud esset ingressa, חופפה, siue etiam נשואה, *nuptam, obnuptam,* adpellabant, משתכנס לחופה

לחופה נקראה כשואה, *quam primum est deducta in thalamum, uocatur obnupta.* Vid. MAIMONIDES et AVCTOR SCHVLCAN ARVCH et MAGID· MISN· ad MAIMONID· *ib. f. 243.* b. MOS· MIKOZKI, *Praecept. Affirm. 48.* R· ELIAS LEVITA in חשבי, SELDEN· *Vx. Hebr. Libr. II· Cap. XIII· p. 132.* E thalamis egressos gratulatio comitabatur ac iubilatus, quo trahitur illud, Matth. XXV· 6. *ἰδοὺ νύμφιος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, ecce sponsus uenit, exite obuiam ei,* et item formula *Ier. VII· 34. XVI· 19. XXV· 10. Cap. XXXIII· 11. Apoc. XVIII· 23. Baruch II· 23.* quam Lutherus qua sensum ita reddit: und · · wegnehmen das Geschrey der Freuden und Wonne, Und die Stimme des Bräutigams und der Braut. Ipsa nuptiarum domus ideo בית הלולה, *domus laetitiae,* uel iubilatus, epithalamia in laudem coniugii ac sponsae הלולים, inuitati ad nuptias, בני חופה, *filii Chuppae,* adpellantur, quos nonnulli uolunt distinctos a שושבינים, eo quod horum fuerit ad fores thalami expectare, et de uirginitatis non uiolatae signis testari. REIZIVS apud GOODWINVM p. 480. *Hebraeis,* notanter ait, *dicebantur, uidelicet, υἱοὶ νυμφῶνος, בני חופה, filii conopoei, socii sponsi. Praeter hos autem duo alii fuerunt* שושבינים, *socii dicti, quorum alter erat ὁ φίλος τοῦ νυμφίου, amicus sponsi,* Io. III· 29. *alter sponsae, ministrabantque eis, tempore praesertim ingressus in thalamum, cauentes, ne quid fraudis esset circa signa uirginitatis.* GOODWINVS ipse, filios thalami Matth. IX· 15. *υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος* uocari, horumque mentionem, Iud. XIV· 11. ubi de XXX· Samsonis agitur sociis, iniectam esse, bene monet. Neruose SELDENVS, *Vx. Hebr. Libr. II. Cap. 16.* de Paranymphis, Hebraeorum sponsi amicis: *Ii bini minimum fuere* שושבינים, *id est, socii, comites, amici sponsorum dicti. Sed uero, pro morum diuersitate, siue adhibiti, siue praetermissi.* GEMARA HIEROSOLYTMITANA *ad tit. Cetubboth, Cap. I· fol. 25. col.* אמר ר׳ יודה ביהודה בראשונה היו מעמידין אתן שני שושבנין אחד משל כלה ואחר משל חתן אף על פי כן לא היו מעמידין אותן אלה בשעת נישואין ובגליל לא היו עושין כן ביהודה בראשונה היו השושבנים מפשפשין במקום

במקום החתן והכלה ובגליל לא היו עושין כן ביהודה בראשונה היו השושבינין ישנין במקום חתן ובמקום כלה ובגליל לא היו עושין כן:
Obseruauit R. Ioda, morem antiquitus in Iudaea obtinuisse, ut constituerentur bini paranymphi, socii, seu amici, alter sponsae, sponso alter. Quos tamen non constituebant, nisi tempore nuptiarum, seu deductionis. Neque in Galilaea mos ille obtinuit. Antiquitus etiam in Iudaea paranymphi locum sponsi et sponsae perscrutabantur, quod in Galilaea non solebat fieri. Quin in Iudaea paranymphi pernoctabant in loco sponsi et loco sponsae, (iuxta eos in thalamo) *quod nec in Galilaea fieri solebat.* Certe et horum mentio alibi in *libris Talmudicis*, et etiam *in Ritualibus*, MACHZOT. GERM. *P. I. fol. 3. 7. b. et fol. 337. col. 1.* quibus etiamnum utuntur. GEMARA BABYLONICA *ad tit. Cetubhoth, Cap. I. fol. 12. a.*
ביהודה בראשונה היו מעמידין להם שני שושבינין אחד לו ואחד לה כדי למשמש את החתן ואת הכלה בשעת כניסתן לחופה ובגליל לא היו עושין כן ביהודה בראשונה היו שושבינין ישנין בבית שחתן וכלה ישנין בה וגליל היו עושין כן: *In Iudaea mos obtinuit antiquitus, ut bini sponsis attribuerentur, seu constituerentur paranymphi, socii, seu amici, sponso alter, alter sponsae, qui nimirum tempore deductionis in thalamum eis officia praestarent, quod tamen in Galilaea non obseruari solitum. Quin in Iudaea mos antiquitus obtinuit, ut paranymphi eadem in domo, id est, conclaui, pernoctarent, qua sponsus & sponsa, quod nec in Galilaea obseruatum. Id uero, quod dicitur heic* למשמש, *quod ad officia sponsis praestanda uertimus, explicatur in glossa per* לפשפש ולמשמש במעשי חן באותו הלילה שלא יקלקלו זה את זה במעשיהם בתרמית שלא יראה דם בתולים ואבד ווו לא תביא מפה שיש עליה טיפי דמים: *Ad scrutandum et officiose obseruandum ea, quae sponsi illa nocte* (scilicet nocte deductionis) *fecerint. Ne scilicet alter alteri dolo inferat damnum. Ne sponsus, etiamsi agnoscat sanguinem uirginitatis, illum celet, aut tollat. Et ne sponsa inferat suum pannum, seu sindonem sanguine intinctam.* Huc

perti-

pertinet et illud, quod in sacris Angeli παράνυμφοι CHRISTI ac sponsae, Ecclesiae, dicuntur, et apud ueteres Hebraeos Michael et Gabriel παράνυμφοι Adae, *Bereschit Rabba Parasch. 8.* Vbi sponsalia inter DEVM et Ecclesiam Israeliticam memorant, Mosen fuisse, aiunt, השושבן, παράνυμφον DEO et Ecclesiae illius, R. SALOMON *in Exod. XXXIV.* Hodie quibusdam Germaniae incolis Freyers-Knechte, Braut-Knechte, Briede-Knigths, id est, ministri sponsalitii, adpellantur, qui sponsam deducere solent. Formula, quae in solemni deductione, instrumentis sonantibus musicis, longe lateque uagabatur, et omnes agros, arbores omnes, omne nemus consonabat, sequentis erat tenoris: ברוך הבא, *benedictus qui uenit.* Ex argumentis minime dubiis, et testimoniis certissimis consuetudinem hanc coniicies, Matth. XXV. *6.* ἰδοὺ νυμφίος ἔρχεται, *ecce sponsus uenit*, XXI. *9.* ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ ΕΥΛΟΓΗΜΕΝΟΣ Ὁ ἘΡΧΌΜΕΝΟΣ ἐν ὀνόματι κυρίου, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, *Hosianna filio Dauid* ברוך הבא, *benedictus ille ueniens in nomine Domini, Hosianna in altissimis.* Postea epithalamiis ibatur in laudes sponsae, nam tripudiando cantabatur hocce: *Non opus ei fuco, aut complicatione capillorum, ipsa formosissima est.* Huc trahendum forte et illud, quod inducuntur in Psalmis *non lamentatae*, iuxta CHALDAEVM: *Non sunt lamentatae epithalamiis et hymenaeis*, AQVILAM οὐκ ὑμνήθησαν; SYMMACHVM οὐκ ἐπινέθησαν. Vid. COCCEIVS, *Exc. Gem. Sanh. Cap. II.* §. *76. Not. I.* LIGHTFOOT. *Io. 2.* MENOCHIVS, *Reipubl. Hebr. Libr. III. Cap. XXI. p. 265. sqq.* HVGO GROTIVS *in Not. Euangel. p. 185*, IO. BVXTORFFIVS, *Lex. Chald. Talm. p. 2535.* CARPZOVIVS *in Chuppa Hebr. Cap. III.* §. *11.*

Postmodum חפה significabat *umbraculum*, coeli spondae non absimile, sub quo *benedictio* peragebatur *sacerdotalis.* Figuram huius thalami ספר מנהגים, id est, *Liber ritualis*, anno praeterfluxi saeculi LXII. recusus, et D. CARPZOVIUS in *Dissert. de Chuppa Hebraeorum Cap. III.* §. *I.* oculis subiiciunt. Fructum ex his antiquitatibus in illustrandis S. Codicis commatibus capient Exegetae non contemnendum, quapropter amor hunc in ritum meus ita est accumulatus, ut nihil addi possit,

possit, ex quo quidem capite in consuetudinem tantisper excurrere licet. Equidem Iudaei uel superstitione deperditi, uel fraude maiorum decepti, frustra Chuppam ex Paradiso repetunt, ac si DEVS ipse thalami huius extiterit auctor. Sic enim R. ELIEZER *in Pirke*, *Cap. 12.* quae uerba quoque in BAVA BATHRA *fol. 75.* ut et apud CARPZOVIVM l. c. reperies, una cum aliis fabulatur עשר חופות עשה הקבה לאדם הראשון בגן עדן וכלן של אבנים טובות ומרגליות ושל זהב והלא לכל חתן אין עושה לו אלה חופה אחת ולמלך אין עושין אלה שלש חופות לחלוק כבוד לאדם הראשון עשה הקבה עשר חופות בגן עדן שנאמר בעדן גן אלהים היית כל אבן יקרה מסכתך אדם פטדה ויהלם תרשיש שהם וישפה ספיר נפך וברקת וזהב הרו אלו עשר חופות והיו המלאכים מתופפים בתופים ומרקדים כנקבות שנאמר מלאכת תפיך ונקביך בך ביום שנברא אדם הראשון שנא ביום הבראך כוננו והיו מלאכי השרת כמו שושבינים המשמרים את זה חופות שנא כמלאכיו יצוה לך לשמרך בכל דרכיך ואין דרכיך אלה דרך חתנים כחזן מה דרכו של חזן עומד ומברך לכלה בתוך חופתה כך הקבה עמד וברך לאדם ולעזרו שנא ויברך אותם אלהים:, id est, ex uersione GVILIELMI HENRICI VORSTII, p. 27. sq. *Decem* Chuppas *parauit DEVS primo homini in horto Eden, eosque omnes ex pretiosis lapidibus et margaritis et auro. Sed nonne pro quouis sponso tantum unam construunt Chuppam, et pro rege tantum tres Chuppas? Sed ad discernendam maiestatem primi hominis extruxit decem, prout dicitur.* (Ezech. XXVIII. 13.) In Eden (deliciis) horti DEI fuisti, omnis lapis pretiosus, pyropus, topazius et adamas, berillus, thalassius, sardius et iaspis, sapphirus, chrysoprasus, smaragdusque cum auro. *En isti sunt* decem

cem thalami *(siue Chuppae.) Angeli autem tympana pulsarunt, et choreas egerunt secundum fistulas, iuxta illud:* Opus tympanorum tuorum et fistularum tuarum in te, *scilicet die, quo creatus fuit primus homo. Hinc dicitur* (ibidem) *in die, qua conditus es, praeparata sunt. Fuerunt autem Angeli ministerii ueluti παράνυμφοι, custodientes* (Chuppas) *thalamos, prout dicitur:* (Pſ. XCI· 11.) Angelis suis de te mandauit, ut te custodiant in omnibus uiis tuis. *Non autem per uias tuas,* (intelligit) *nisi uiam sponsorum, iuxta* (morem) *ministri Synagogae. Qualis est mos ministri Synagogae? Consistit et benedicit sponsae in medio* (Chuppae) *thalami sui. Sic quoque DEVS stetit, atque benedixit Adamo, eiusque adiutorio, iuxta illud,* Gen. I· 28. et benedixit iis DEVS. Fabulam repetit auctor SPECVLI ARDENTIS Brand-Spiegel, *Cracouiae in Polonia*, idiomate Germanico, Hebraeis uero characteribus editi, et *Francofurti ad Moenum* A· C· 1675. recusi, cap. 32. *In Pircke R· Eliezer* stehet, daß הקבה (GOtt der HErr) hot selbert gedienet dem חתן (Bräutigam) und כלה, (Braut) und hot die חופה (Chuppa) selbert gemacht, und die מלאכים (Engel) haben getanzet, und GOTT hat die ברכה (den Seegen) gesagt, as es stehet: (Gen. I· 28.) ויברך אתם אלהים, das ist: Und es bentscht (segnet) sie GOTT. Drum sol sich keiner zu köstlich halten, und sol dienen חתן וכלה, (dem Bräutigam, und der Braut) von מצוה (Gebot, Befehl) wegen, und nit von seiner Wollust wegen. Nec tamen illis adplaudendum, qui cum SELDENO, an ueteribus Hebraeis mos fuerit in usu, dubitant, siquidem, si sacer codex frequentius ante nostros obuersetur oculos, nobis plurimi, praecipue sequentes loci, qui consuetudinis laudatissimae, omnique adeo exceptione maioris memoriam ex V· T· repetunt, illico in manus incident, Pſ. XIX· *6.* והוא כחתן יצא מחפתו, *et ipse sicut sponsus egreditur e Chuppa sua*, LXX. ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παςοῦ αὐτοῦ. Cantic. II· 3. בצלו חמדתי וישבתי, *sub umbra illius anxie desideraui et sedi*, ad imaginem sponsae. Ioel. II· 16. יצא חתן מחדרו וכלה מחפתה, *exeat sponsus e conclaui suo, et sponsa ex thalamo.* Luc. I· 35. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ, πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίςου ἐπισκιάσει σοι; *Et respondens Angelus dixit illi: SPIRITVS S· superueniet in te, et uirtus ALTISSIMI obum-*

obumbrabit tibi. Io. III· 29. ὁ φίλος τοῦ νυμφίου, ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου; *Amicus sponsi, ille qui stat, et audit eum, gaudio gaudet*, id est, ex intimo sensu mirifice, quam uehementissime, *propter uocem sponsi.* Sapientis est in ancipiti rerum statu, ac ambiguis in rebus, in controuersia positis, Theologos consulere, et quid Philologis uideatur, quid eruditi sentiant, quid alii censeant et statuendum existiment, acriter exquirere. Quo uero diligentius, studiosiusue libros uirorum πολυμαθεστάτων attendimus, perlegimusque, eo certius inter nos de ritus ueritate constat. Prae ceteris commemorabilis est D· DANNHAVERVS, qui in *Christosf. p. 32. et Hodosf. Phoen. 8. p. 610.* de incarnationis mysterio perbelle scribit: Quae omnia illustrari comparatione nuptiarum clarissime possunt, quas ipse coelestis aulae praeco, Gabriel, intimauit, cum dixit: Δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, Luc. I· 35. Ἐπισκιασμὸς ex ritu Iudaeorum liquidissime exponi potest de ipsa solemnitate nuptiali. ELIAS in *Thisbi* explicans uocem חופה, *Chuppa*, uestis est, inquit, seu uelum, quod super caput sponsi et sponsae quatuor uirgis, seu uectibus, suspenditur, quando fit desponsatio; Et sub eo uelo sponsae annulum porrigi, testatur DAVID de POMIS *in Dictionario*, uoce חפה. Haec fortassis illa pallii pinna, de qua Ruth. III· uestimenti *ala*, de qua *Ezech. XVI· 7. umbra, Cantic. II· 3.* παστὸς, *Ps. XIX· 6. Chuppa* scilicet, ad quam adstitit φίλος τοῦ νυμφίου, *Ioannes Baptista*, Io. III· 29. et D· CARPZOVIVS *in Diss. cit. de Chuppa Hebraeorum*, quibus adde GEIERVM *ad Ps. XIX· 6. p. m. 319.* qui pererudite disserens nobis adplaudit his usus uerbis: מחפתו, *e thalamo suo*, nomen hoc חפה in genere designat *protectionem*, ceu Ies. IV· 5. Speciatim uero sic adpellatur *tegmen* illud *thalami*, quo ueluti occultantur sponsus ac sponsa, Ioel. II· 16. *(exeat sponsa)* Pluries non occurrit in sacris. Radix est חָפָה, texit, operuit. Hodie uero Iudaei sic adpellant coelum illud, uel tegmen, quatuor perticis a quatuor Iudaeis portatum, sub quo sponsus et sponsa conseruantur. E Criticis DAN· HEINSIVM, eruditos inter facile principem, in lucem auoco, perbelle scribentem: ὁ ἑστηκὼς est, qui ad Chuppam stat, dum, ex more Iudaeorum, sponsus cum sponsa, sub uelamine, quod Chuppa dicitur ab illis, collo-

colloquitur. Quae est Iudaeorum prima ὀαριστύς, siue nuptialis congressus. E qua, cum egrederetur sponsus, maximo cum gaudio eorum, qui egredientis audiebant uocem, prodibat. Quod, tum demum ratum esse matrimonium, existimarent. Quo et regius Propheta, ut praeclare annotant *Magistri*, respexit, cum cecinit: Καὶ αὐτὸς, ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας, δραμὼν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ubi ὁ παστὸς *Chuppa*. Subiungimus GOODWINI *Mos. et Aar. Libr. VI. Cap. IV. §. 9.* qui bene monet: Hi solemnes ritus sponsales peragebantur a marito et noua nupta sub tentorio, seu papilione, hunc in finem erecto, quem sua lingua dicunt חופה, *tabernaculum*. Vid. *EL. LEVITAM in Thisbi*, CASP. SANCTIVM, *Comment. in Cantic. p. 89. sqq.* et *Comment. in Es. IV. p. 57.* alios.

Materia Chuppae mutauit pro diuersitate sponsorum, temporis, status, loci. Ditiores Chuppa operuit pretiosa, teste GEMARA TALM. *Massech Sota fol. 49. col. 2.* Qualis autem fuit Chuppa sponsorum? Respondetur: *Coccinum auro intertextum*, (mit klarem Golde gestickter Scharlach) Sed ob temporum iniquitatem decreuere, *ut postero quoque tempore cucullum tantum adhiberent, eique alium pro lubitu ornatum adpenderent.* RASCHIVS ad hunc locum זהורית המוזהבות שלית צבועה שני ובו קבועין טסי זהב עד שמעמידין אותה כמין כיפה, *Sehorith hammushabboth est tegumentum coccinei coloris, cui affixae sunt bracteae aureae, usque dum adeo firmum, aut solidum sit redditum instar cuculli.* CARPZOVIVS l. c. more suo, id est, pererudite: Forma, ait, consistit in expansione, et ornatu circa oram expansi, inque altum euecti lintei, seu cuiusque alterius materiae ad conopeum conficiendum adhibitae, dependente, ut sit instar coeli spondae, cum illud quam maxime exornatum est. R. ELIAS LEVITA *in Thisbi pag. 119.* פורשין הבגד על ראש החתן והכלה בארבע בדים: *Expandunt uestem*, (seu pannum) *super caput sponsi et sponsae quatuor uectibus.* *Ministros* Chuppae uoco quatuor illos pueros, qui perticas, quibus Chuppa alligata est, manibus sustinent. Non enim terrae infigitur, ut firma atque immota consistat, sed instar portatilis alicuius tentorii ad locum consecrationi destina-

ſtinatum defertur, atque a tot pueris, quot uectes adſunt, hoc eſt, a quatuor in altum ſubleuata tenetur, donec conſecrationis actus finiatur. Solent aliquando uiri etiam barbati (quales in figura a LEVSDENIO, *Philol. Hebr. Mixt. Diſſ. 26. p. 173.* ex MINHAGIN expreſſa conſpiciuntur) adhiberi; Sed cum officium illud proprie puerorum ſit, ſic emendare noſtram icunculam uoluimus. Vid. BVXTORFFIVS, *Synag. Iud. Cap. 39. p. 639. Adiuncta* duo potiſſimum ſunt attendenda, temporis et loci. Tempus erigendae Chuppae maxime idoneum fuit uiſum, ſi uirgo duceretur feria quarta, hoc eſt, die Mercurii, ſi uidua, feria quinta, hoc eſt, die Iouis. Cuius inſtituti rationem reddunt in MISCHNA *Maſſech Cethubhoth, Cap. I. §. 1.* Conf. autem de tempore nuptiarum plura apud SELDENVM; *Vx. Hebr. Libr. II. Cap. XI. p. 126. ſqq.* בתולה נשאת ליום הרביעי ואלמנה ליום החמישי שפעמים בשבת בתי דינין יושבין בעירות ביום השני וביום החמישי שאם היה לו טענת בתולה היה משכים לבית דין: id eſt, *Virgo deducitur feria quarta, ſed uidua feria quinta. Nam bis in hebdomada ſeſſiones habentur, forenſes in urbibus, oppidisque, feria ſecunda et feria quinta, adeo ut, ſi quid habeat ſponſus, quod in ſponſae uirginitatem obiiciat, forum ei ſtatim liceat adire. Locus* eſt uel hortus, uel platea, uel area ſynagogae contigua, uel quiuis alius, modo non in conclaui, ſed *ſub dio* Chuppa erigatur, idque boni nominis ergo. MINHAGIM Man pfleget die ברכה (den Seegen, Copulation) unter dem Himmel zu machen, zu einem guten סימן, (Zeichen) daß ihr זרע (Saamen) ſol ſeyn ככוכבי השמים לרוב, (an der Menge, wie die Sternen am Himmel.) *Vſum* quod ſpectat, adhibetur Chuppa ſic confecta in conſecratione et confirmatione matrimonii, quae ſponſo et ſponſa cum Rabbino aſſiſtentibus ſub illius umbra, certis ritibus ac cerimoniis ſuſcipitur, de quibus ordine, et quoad ſingulas circumſtantias, diſpiciendum.

Vterque olim ſponſus ornatu incedebant regio, et, ad ſimulacrum ſacerdotis, albi ueniebant in conſpectum, ueſtibus ſabbathicis, Feyer-Kleider, ad ſe adplicatis, unde hanc ob cauſſam ſponſa כלה uenit nomine, quae uox notione non ineleganti deſignat

ſignat

ſignat ueſtibus quam ſolemniſſime ornatam, atque adeo numeris omnibus uelut abſolutam. Pſ. XLV· 10. Ier. II· 32. Eſ. LXI· 10. *Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in DEO meo, quia induit me* בגדי — ישע מעיל צדקה, ueſtibus ſalutis, pallio iuſtitiae circumdedit me, *ſicut ſponſus* יכהן, ut rex et ſacerdos ſolemniter incedere ſolet. LVTHERVS perbelle: Wie ein Bräutigam mit Prieſterlichen Schmuck gezieret, und wie eine Braut in ihrem Geſchmeide berdet. Hic ornatus umbra fuit regii et ſpiritualis in regno gratiae ſacerdotii, ubi fidelibus ueſtes innocentiſſimae iuſtitiae CHRISTI induuntur, et etiam coeleſtis et aeterni ſplendoris in regno gloriae, *qui uincit*, *οὕτως περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς*, *ſic ueſtietur ueſtimentis albis*, et u. 4. *et ambulabunt mecum ἐν λευκοῖς, in albis.* Hac de cauſſa puer circumcidendus antiquitus uocabatur חתן, *ſponſus*, qui, albis ueſtibus ornatus, populo DEI primum coniungitur, et DEO quaſi deſponſatur, quo referunt uerba Ziporæ Exod. IV· *tu es mihi* חתן דמים, *ſponſus ſanguinum*, TARGVM בדמא דמהולתא הדין אתיהב חתנא לנא, *per ſanguinem circumciſionis iſtum datus eſt ſponſus nobis.* Sed hodie poſt deſtructas Hieroſolymas ſponſus ueſte, qua Sabbathi die ſolet, demiſſa incedit, atro ſupererindutus pallio, *Libr. Rit. l. c.* In etlichen קהלות, *(Synagogen)* gehet der Bräutigam mit einen langen Mantel über die שבת (Sabbath) Kleider, gleich als ein אבל (Traurender.) BRAND-SPIEGEL l. c. In אוכנז (Teutſchland) führet man den חתן (Bräutigam) in einer ſchwartzen Kapp, als ein אבל, (Traurender,) in memoriam euerſae urbis Hieroſolymitanae, *Libr. Rit. l. c.* Man thut dem חתן (Bräutigam) Aſche auf den Kopff, zum זכר לחורב, Andencken der Zerſtöhrung Jeruſalems, item BRAND-SPIEGEL l. c. Das thut man, daß ſie (Bräutigam und Braut) in ihrer Freude nicht ſoll vergeſſen das groſſe Leid, daß das heilig בית המקדש (Tempel) iſt verbrandt geworden. Hot geſogt דוד המלך (König David) in תהלים (Pſalter) גילו ברעדה, das iſt teutſch: Frait euch mit Zitterniß. Das meint, wann ihr ſein frölich, ſo zittert und gedenckt, das es iſt verſtöret worden das בית המקדש, (Tempel) bis auf der Zeit ſol eingedencken, daß ein Menſch nit ewig lebet auf der Welt, und von deswegen auch legt man dem חתן (Bräutigam) Aſche auf ſeinen Kopff. Vterque, ſponſus et ſponſa, ſed ſeparatim, ſponſus

ſponſus quidem a uiris aliquot huc inuitatis, ſponſa uero a mulieribus itidem ad hoc rogatis ad Chuppam deducitur, ſingulis, qui adſunt, adclamantibus: ברוך הבא, *benedictus, qui uenit.* Muſica etiam inſtrumenta inter deducendum pulſant, ut ad hilaritatem omnes excitentur. *Ant. Margaritha* von dem Jüdiſchen Glauben, Cap. von der Jüdiſchen Hochzeit. It. IO. BVXTORFFIVS, *Synag. Iud. Cap. XXXIX. p. 631.* Sub Chuppae umbra conſtitutus ſponſus ſponſam ſuam expectat, donec ipſa quoque cum comitatu acceſſerit, quae, ut primum Chuppam ſubintrat, ſponſo tribus uicibus circumducitur, ut *gallus gallinaceus gallinam circuit*, en egregiam obſeruationem! Cui ritui illud Ier. XXXI. 22. adcommodant: נקבה תסובב גבר, *femina circumdabit uirum.* Hinc acceptam ſponſus ſemel circumducit ipſe, atque ad latus dexterum collocat, quo illud Dauidis trahunt, Pſ. XLV. 10. נצבה שגל לימינך, *collocata eſt coniux ad dexteram tuam.* MINHAGIM l. c. Man ſtellt die כלה (Braut) auf die rechte Hand zum חתן, (Bräutigam.) Sponſus ſponſae manum prehendit, coetu, qui inuitatus adeſt, frumentum in illos coniiciente et adclamante: פרו ורבו, *fructificate, et multiplicamini, Gen. I. 28.* Conf. SELDEN. *Vx. Hebr. Libr. II. Cap. 15. p. 140.*

Magiſter, qui Chuppae ſolemnibus praeeſt, toga indutus, ſponſae ſub Chuppa adſtat, et eius caput uelo ſponſi ſacro, quod *Talles* uocant, tegit. MINHAGIM. Er thut der כלה (Braut) des חתן (Bräutigams) Talles auf den Kopff, etc. ac ברכת ארוסין, *benedictionem ſponſaliorum*, adhibito uini, uel cereuiſiae poculo, recitat. Formula benedictionis illius haec eſt: *Benedictus ſit Dominus, DEVS noſter, rex mundi, qui nos praeceptis ſuis ſanctificauit, et a ſcortatione ſeparauit, deſponſatas nobis prohibuit, et per Chuppam ac deſponſationem ductas conceſſit. Benedictus ſit Dominus DEVS, ſanctificans Iſraelem.* Vid. BVXTORFF. *de Sponſal. Part. I. §. 56. p. 72.* SELDEN. *Vx. Hebr. Cap. VII. p. 111.* Finita hac benedictione, poculum ſponſo ac ſponſae bibendum porrigit, atque mox, accepto a ſponſo annulo pronubo, par teſtium aduocat, quaerens: *Probusne ſit annulus et nummuli ualori exaequandus?* MINHAGIM: Wenn ברכת ארוסין aus iſt, da giebt man dem חתן (Bräutigam) zu trincken,

 und

und der כלה (Braut.) Darnach giebt der חתן (Bräutigam) טבעת קרושין, (den Trauring) dem רב, (*Rabbi*) und der רב (*Rabbi*) rufft עדין, (Zeugen), und weist es ihnen, ob es שוה פרותה, (eines Hellers werth) ist etc. Id illis affirmantibus, in testium praesentia, sponsus annulum digito sponsae indici induens ait *in Col-bo fol. 86. col. 4. item in Seuer Mitzuoth gadol, in praecept. affirm. fol. 125. col. 4. en* את מקודשת לי בטבעת זו כדת משה וישראל, *desponsata mihi es hoc annulo, secundum ritum Mosis et Israelis.* Cautum uero est, ne gemma annulo inserta sit, ad praecauendam fraudem, quae adulterinam pro uera, uilem pro pretiosa, offerendo possit adhiberi, qua ratione confirmatio irrita redderetur. Probant id ex uerbis parentis, Deut. XXII. 16. את־בתי נתתי לאיש, *filiam meam dedi uiro.* MINHAGIM: Man tor nit מקדש (trauend) seyn mit einem Fingerlein (Ringlein) das ein Stein hot. Denn die כלה, (Braut) wird meynen, es möchte mehr werth seyn, als es werth ist. Der סימן (das Merckmahl) darüber ist את בתי נתתי וגו, in diesem Spruch: **Meine Tochter habe ich dem Mann gegeben,** da in dem Hebräischen durch *Rasche tebhos* so viel heraus kömmet, als ob er sage: **Ein Stein ist nicht dar.** Vbi initiales literae trium proxime se insequentium uocabulorum faciunt אבן, *lapis*, ultima autem uox si diuidatur, procedit לא יש, *non esto.* Ex puro igitur auro conficiunt annulum, eique plerumque insculpunt uerba uotiua מזל טוב, *fortuna bona*, id est, *faustum, felixque sit.* Quam formulam in gratulationibus adhibere solent. Vid. BVXTORFF. *de Sponsal. et Diu.* §. 57. p. 73. Annulo tradito, praesentibus duobus testibus, pacta dotalia clara uoce praeleguntur, quorum instrumentum uid. apud BVXTORFFIVM *de Sponsal. et Diuort.* p. 160. SELDEN. *Vx. Hebr. Libr. II. Cap. X. p. 118. sqq.* CARPZOV. *l. c.* §. 18. Publicationem pactorum dotalium, excipit benedictio nuptialis ברכת נשואין, benedictio (sit uenia uerbo) uxoratorum dicta, a priori illa sponsaliorum caute distinguenda, quam pari cum priore modo, adhibito uini aut cereuisiae poculo, recitant, additis postea septem, quas laudant, benedictionibus. MINHAGIM: Man leiet (lieset) hernach die כתובה, (Ehestifftung) und nimmt ein ander Glaß, denn man macht nit ברכת ארוסין, (den Verlöbnis-Seegen) und ברכת נשואין, (den

Hochzeit-

Hochzeit-Segen) auf ein Glaß, man sol die מצות (Gebot) theilen. Ach hat man vor Jahren ברכת ארוסין, (den Verlöbnis-Segen) gemacht lang dervor, ehe man ברכת נשאוין (den Hochzeit-Segen) gemacht hat. Und saget darnach שבע ברכות (die sieben Seegen) auf das ander Glaß. Formula haec est:

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם שהכל ברא לכבודו ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם יוצר האדם ברוך אתה יהוה אלהינו מלך אשר יצר את האדם בצלמו ובצלם . דמות תבניתו והתקין לו ממנו בנין עדי עד ברוך אתה יהוה יוצר האדם שוש תשיש ותגל עקרה בקיבוץ בניה לתוכה בשמחה ברוך אתה יהוה משמח ציון בבניה שמח תשמח רעים האהובים כשמחך יצירך בגן עדן מקדם ברוך אתה יהוה משמח חתן וכלה ברוך אתה יהוה אלהים מלך העולם אשר ברא ששון ושמחה חתן וכלה גילה רינה דיצה חדוה אהבה ואחוה ושלום . ורעות מהרה יהוה אלהינו ישמע בערי יהודה ובחוצות ירושלם קול ששון וקול שמחה קול חתן וקול כלה קול מצהלות חתנים מחפתם ונערים ממשתה נגינתם ברוך אתה יהוה משמח חתן עם הכלה ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם בורא פרי גפן:

Benedictus sis, Domine, DEVS noster, rex mundi, qui uniuersa creauit in gloriam suam. Benedictus sis, Domine DEVS noster, rex mundi, creator hominis, benedictus sis, Domine DEVS noster, qui creauit hominem ad similitudinem suam, et ad similitudinem imaginis archetypi sui, et praeparauit ei ex seipso structuram, seu aedificium usque in seculum. Benedictus sis Domine DEVS noster, creator hominis, gaudendo gaudebit, et exultabit sterilis, colligendo liberos suos in sinum suum in laetitia. Benedictus sis, Domine DEVS noster, qui laetari facis Sion in libris suis. Laetando laetari fac par hoc amatum iuxta laetitiam a te donatam

 creaturae

creaturae tuae in horto Eden ab antiquo. Benedictus ſis, Domine DEVS noſter, rex mundi, qui creauit gaudium et laetitiam ſponſo et ſponſae, exultationem, cantum, hilaritatem, iubilationem, amorem, fraternitatem, pacem et amicitiam. Confeſtim Domine DEVS noſter, audiatur in urbibus Iudaeis et in plateis Ieruſalem uox gaudii et laetitiae, uox ſponſi et ſponſae, uox affectus mutui, ſponſorum ex Chuppa ſua, et pueri e choro modulationis ſuae. Benedictus ſis Domine DEVS noſter, laetari faciens ſponſum cum ſponſa, rex mundi, qui creas fructum uitis. Vid. SELDENVS, Vx. Hebr. Libr. II· Cap. XII· pag. 129. ſqq.

Sponſus, quod inprimis notari meretur, apud Hebraeos tegebat ſponſam *uelamine*, ſeu *ueſtium oris*, id quod hodie per Magiſtrum peragi ſolet. Quod ad ritus huius originem attinet, illum ab Rebecca repetunt Hebraei, quemadmodum nos docet LIB· RIT· l. c. Die Decke (Braut) hot das Flögerlein, (die Decke, ſo ſie der Braut am Hochzeit-Tage über den Kopff und für die Augen machen,) vor, das kommt her von רבקה, (Rebecca) da ihr יצחק (Iſaac) begegnet, nahm ſie den Mantel, und deckt ſich das פנים (Antlitz) zu, von צניעות (Keuſchheit, Schamhafftigkeit) wegen. Vid. ANTON· MARGAR· von dem Jüdiſchen Glauben, cap. von der Jüden-Hochzeit, et CARPZOVIVS l. c. Hanc uero conſuetudinem iam olim obtinuiſſe inter Hebraeos, uel exinde, cenſent, demonſtrari poſſe, quod Rebeccae peplum dono fuerit oblatum. Conf. *Diſſert. noſtram de Velato Hebraeorum Gynaeceo*, Cap. I· Nos ſequentes SCRIPTVRAE locos in ſubſidium uocandos arbitramur. Ruth. III· 9. ופרשת כנפך על — אמתך, *et expandas alas tuas ſuper ancillam tuam.* Pſ. XVII· 8. בצל כנפיך תסתירני, *ſub umbra alarum tuarum proteges me.* Pſ. XXXVI· 8. ובני אדם בצל כנפיך יחסיון, *et filii hominis ſub umbra alarum tuarum confident.* Ezech. XVI· 8. ואפרש כנפי עליך, *et expandi alam ueſtis ſuper te, et operui ignominiam tuam, et iuraui tibi, et ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus DEVS, et facta es mihi.* Perbelle TOSSANVS: Oder den Flügel meines Mantels: Dis war vor Zeiten eine Ceremonie, die bey denen Ehe-Verlöbniſſen gebräuchlich war. Neruoſe FESSELIVS *in Prompt. Bibl. pag. 324.* Das Jüdiſche Volck hatte vor Zeiten dieſen Gebrauch, daß, wenn ſie

sie einander die Ehe zu sagten, der Bräutigam seiner Braut den äusserſten Theil seines Kleides, Mantels, oder Rocks über das Haupt deckte, (welches noch heutiges Tages der Rabbi bey denen Jüden zu thun pflegt. Vid. BVXTORFF. *Synag. Iud. p. 478.*) Wodurch bedeutet ward, daß sie sein Weib, und er mit ihr ein Fleisch worden, und keinem solche Decke, weil sie beyde lebten, aufzudecken vergönnet seyn solte, auch daß er sie, so lange sie unter solcher Decke sich keusch und ehrlich halten würde, in seinen Schutz nehmen, versorgen, und friedsam mit ihr leben wolte. Vocabatur integumentum illud טלית, de quo PFEIFFERVS *in Dubb. Vex. Cent. II. p. 285. sq.* est consulendus. *Iudaei*, inquit, *finxerunt e* ציצית *peculiarem uestem, quam alias* טלית, *seu* Talles, *uocitant, eamque duplicem faciunt, unam, quam Talles paruum uocant, Epomidi, seu thoraci, non absimilem, nisi quod manicis careat. Ea constat ex duabus quadratis particulis, uel panneis, uel bombycinis, uel sericis, quae superne ligamentis quibusdam late connectuntur, et traducto capite humeris iniiciuntur, ut una pars a pectore, altera a tergo dependeat.* Picturam habes apud LEVSDENIVM, *Philol. Mixt. p. 119. Alteram uocant Talles magnum. Ea constat ex panno albo, mappae simili, quam non adplicant corpori, et sub uestibus gestant, ut priorem, sed capiti et collo in schola uel synagoga tempore precum circumuoluunt, cuius figuram graphice expressit clar.* WAGENSEIL. *in Sota ad p. 407.* Cum itaque sponsis adiicerent ornatum regium et sacerdotalem, טלית exornati insistebant, ut testis est R. ELIAS LEVITA *in Thisbi.* Concinne BVXTORFF. *Synag. Iud. p. m. 406.* Magnificam uittam imponunt, uelum oculis obtendunt, et p. 409. Rabbinus, qui utriusque manus iungit, extremitate cilicii (טלית *Talles*, adpellant) sponsi collo circumiecti, caput sponsae tegit ad exemplum Ruthae III. 19. quae affini suo Boaso dixit: *Expande pallium* etc. Et LIBER RITVALIS von Brenlafft und שבע ברכות, id est, *de Nuptiis et septem Benedictionibus p. 56. 6.* Es thut der חתן (Bräutigam) der כלה (Braut) das טלית *(Talles)* ach auf den Kopff, und das ist חופה. Denn חפה ist teutsch bedecken. Und Ruth saget ach zu Boas: Und du solst spreiten dein Fettich auf dein Mait *(Ruth. III. 9.)* Der נביא (Prophet) saget ach ואפרש כנפיך עליך, das ist, da breitet ich meinen Geren über dich, Ezech. XVI. 8. SELDENVS scite, *Vx. Hebr. Libr.*

Libr. II. Cap. XV. p. 140. Velaminis autem, inquit, duplex occurrit genus in nuptiis adhibitum. Alterum, quo sponsorum capita, ut Flameo obtecta, alterum, quod in ipsa benedictione nuptiali eos, uelut tentoriolum portatile, obumbrabat. Genus prius memoratur etiam in *Misna*, paulo post uerba illa, superius de coronis interdictis adlata, sequitur MISNA *Tit. Sota Cap. IX. TALM. Bab. fol. 49. a. Temporibus bellicis, quae sunt insecuta, decretum est, ne prodiret* (in deductionem) *sponsa, uelamine obuoluta, intra urbem. Sed Rabbini nostri postmodum permisere, ut etiam intra urbem uelamine obuoluta prodiret.* Adde uerba ELIAE LEVITAE ad uocem חפה, ubi graphice scribit:

ואנחנו קוראים הבגד. שפורשין על ראש החתן והכלה בארבע כדים בשעת הקידרשין חופה:

Nos etiam uocamus uestem illam, seu pannum, qui solet expandi super caput sponsi et sponsae, ac tenetur quatuor uectibus tempore nuptiali, unde intelligitur, חפה *apud Hebraeorum maiores thalamum quoque denotare, licet de cetero pro integumentis usurpetur.*

Vxores Hebraeis olim uelatas iuisse foras, ex Num. V. 18. colligimus, dum hic adulterii suspecta coram DOMINO uelata et postea facie detecta sistitur, ופרע את ראש, *nudabatque caput eius*, id quod ABEN ESRA exponit: יגלה, *reuelabat, et, prout ego iudico, protrahebat caesariem capitis ipsius, quae fuerat operta*, quocum consentit IARCHIVS יגלה, *non tantum reuelabat scilicet faciem, sed etiam* כותר, *dissoluit plicaturas capillorum eius, ut contemtibilem posthac reddat inter filias Israel, siquidem* גלוי הראש, retectio capitis, *probrosa aestimatur*, et R. SAL. BEN MELECH in מכלל יופי, *Num. V. 18.* יגלה שער ראשה הנסתר תחת הצעיף, *reuelare sustinuit comam, seu plicaturam capillorum, qua contecta erat subter peplo.* Consonat CHALDAEVS, cum hunc in locum ita commentatur: ותנא רבי ישמעאל אוהרה לבנות ישראל שלא יצאו בפרוע ראש האוריתא: *Et tradit Rabbi Ismael, interdictum esse ex lege filiabus Israel, ne capite prodeant non operto.* Similem in modum *Susanna* κατακεκαλυμμένη, *tecta*, uenit in conspectum iudicum, quod tamen peplum lasciui detrahere iubent; ἐκέλευσαν ἀνακαλυφθῆναι αὐτὴν, ἦν γὰρ κατακεκαλυμ-

κεκαλυμμένη: LVTHERVS bene: Darumb hiessen diese Böse-wichter ihr den Schleyer wegreissen, damit sie verhüllet war. Commemorabilis praesertim locus occurrit apud Paullum, dum APOSTOLVS, 1. Cor. XI. 10. τὴν ἐξουσίαν, in capite feminarum gestandam commendat, iuxta uersionem *Megalandri*: Darum soll das Weib eine Macht auf dem Haupte haben. Interpretes in discutienda uoce ἐξουσία diuersas in sententias distrahuntur. Nonnulli cum doctissimo CLERICO textum σφάλματος incusant typographici, ac si, ex incuria describentis, ἐξουσία incurrerit in textum. Sed enim uero haec frustra et praeter rem disputantur a Criticis. Nam ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς nihil est aliud, quam *uelamen capiti adiicere*, siquidem APOSTOLVS opponit ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ et ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, stilo ueteribus non inusitato. Quam ob caussam, missis aliorum opinionibus, τὴν ἐξουσίαν interpretor capitis uelamen, Est enim in dicto Paullino μετωνυμία rei signatae, ἐξουσία, potestas, Macht, quam habet in uxorem maritus, ponitur pro signo, uelamine, quod antiquitus, feminas sub fide et maritorum potestate ducere uitam, significauit. Cum enim APOSTOLVS ex gente Hebraea esset oriundus, non potuit non respexisse ad Hebraeorum רדיד a רדד, *extendit*, *expandit*, *dominatus est*, et sic ἐξουσία eodem significatu, quo Hebraeorum רדיד, tam pro defensione, quam potestate accipi potest, licet HOTTINGERVS GOODWINVM *in Mos. et Aar. Libr. VI. Cap. IV.* §. *10. p. 809.* eo castigauerit. De ἐξουσία fusius egit ICtus IACOBVS GODOFREDI. Conf. MISNA *Tit. Cethubboth, Cap. VII.* GEM. BABYL. *ibid. fol. 72.* a. HIEROS. *ad Tit. Gittim. Cap. IX. fol. 50. col. 4.* SELDEN. *Vx. Hebr. Libr. III. Cap. XVII.* GEIERVS *de Luctu Hebr. Cap. XI.* §. *4.* Peplum רדיד, quod cum צעיף plerisque conuenire putatur, non tantum ad aestiuos calores minuendos, sed etiam pudoris caussa, tam a meretricibus, quam sponsis, ac matronis adhibebatur, qua de re uid. SELDENVM, *Iur. Nat. et Gent. Libr. V. Cap. V. p. 581.* Vtebantur autem feminae linteo, integumento capiti superiniecto, ad coxas usque demisso, quod Esr. III. Ruth. III. מטפחת adpellatur, ab radice טפח in Piel Hebraeis usitata, *manu, seu digitis, explanauit, et disposuit*, ut matres solent distendere infantes recens natos, cum fasciis

fasciis inuoluunt. Syriace טפח, Aethiopice ספח, *expandit, dilatauit*, unde Hebraei pro מטפחות bis in SCRIPTVRIS legunt מספחות. Hoc nomine uenit et linteum, quo תורה, id est, Codex Sacer, inuoluebatur, מטפחת הספרים, *linteum librorum pretiosissimum*, quod Talmudicis alias פלניא dicitur, APOSTOLO 2.Tim. IV· 13. φαιλόνης, ab Hebraeorum פלניא, Syro בית כתבא, item ספח, teste ELIA LEVITA *in Thisbi p. 101.* וכן אנחנו קוראין המעטות שגוללין בהן ספר תורה מפות, *hinc est, quod nos pallia, quibus libros legis inuoluunt,* מפות uocamus. Vid. CASTELL· *Lex. Hept. p. 1551.* SCHINDLER· *Lex. Pent. p. 713.* et *Antiquit. Select. de Velat. Hebr. Femin. p. 83. sq.* LVTHERVS Es. III· uertit Schleyer, quod placet VATABL· PAGNIN· MONTAN· GROTIO, aliis. Eadem de caussa Hebraeorum Magistri מטפחות reddunt per צעיף et רדיד, item per הצעיפים שמכסות בהם הנשים את פניהן, id est, *pepla*, teste SAL· BEN MELECH *in Michlal Iophi p. 128. quibus mulieres faciem obtegunt*, licet KIMCHIVS per צעיף itidem *tegumentum capitis* intelligat, qua natione מטפחות creberrime explicantur, ut uiri docti censent, u. c. FOERSTERVS *Lex. p. 304.* SCHINDLERVS p. 713. MAIMONIDES, alii. Vid. R· OBAD· de BARTEN· *Libr. Mischn. Celim, C. 29.* De hoc capitis tegmine, dubio procul, Ezech. XIII· 18. PROPHETA loquitur. Quid enim ueterum erant מספחות et מטפחות aliud, quam *integumenta*, quibus imagines Deorum, res heroum gestae, atque id genus alia, conspiciebantur intexta? Literas ס et ט ob figurae uel organi analogiam facile commutari, apud Grammaticae peritos, extra omne dubium est positum, unde in Aethiopica lingua datur radix ספח, *expandendi* et *dilatandi* ui pollens. FOERSTER· *Lex. p. 304. Ezechiel usurpat bis Cap. XIII· sed loco teth scribit samech,* מספחות, *et faciunt uela super caput omnis staturae*, et mox iterum: *Et lacerabo uela uestra.* Accedit sententiae R· SAL· BEN MELECH *in Michal Iophi, p. 128.* המספחות הוא כמו מִשפחות והם הצעיפים שמכסות בהם הנשים את פניהן ונקלא כן לפי שהן נדבקות ונצמרות תמיד על הראש: Quae consonant cum uerbis SCHINDLERI: *Velamina, linteola, quibus mulieres uelabant faciem, sic dicta, quod capiti adhaererent*

rerent ſemper. FONTES habent המספחות על ראש, *pepla ſuper capita*, CHALDAEVS כמרין על ריש, *cuculli ſuper caput*, LXX· SENES ἐπιβόλαια ἐπὶ πᾶσαν κεφαλήν. Haec uero Graecis ſunt ἐπιβλήματα, *ueſtimenta ſuperinieċta*, ſiquidem τὸ ἐπιβάλλεσθαι nihil eſt aliud, ac *ſuperimponere*, ὑποβάλλεσθαι contra *ſupponere*, et ſic non ἐπιβλήματα, ἐπιβόλαια, ſed ὑποβλήματα, *ceruicalia*, Haupt-Küſſen, dicuntur. HIERONYMVS uertit: *Et faciunt uelamina ſuper omne caput.* Vatidicae ueſtes confecerunt εἰδωλολατρικάς, quibus prolixam Deorum falſorum falſam uoluntatem, effictam gratiam, a Diis partam, omnis generis beneficia, res ab heroibus geſtas, et alia per imagines adumbrauerunt, לצודד נפשות, *ad irretiendas animas.* Mulieres contexuiſſe ueſtes, ex Prou. XXX·24. 3. Esdr. IV·17. Act. IX·39. adparet. Vid. MENOCH· *Rempubl. Hebr. Libr. VI· p. 535.* εἰδωλολατρικάς effinxiſſe, 2. Reg. XXXIII·7. non obſcure traditur, ſiquidem per בתים לאשרה intelligimus *cortinas*, ex quibus in circuitu luci ſuſpenſis fiebat domus. Vid. SCHINDLER· *ad uoc.* ארג *p. 116.* Veteres inſculptas in ornatu, intextasque gerebant Deorum imagines, res ab heroe geſtas, amantium ſimulacra, formulas incantandi, quas praeſertim ueſtes diebus feſtis adplicabant corpori, ſicut in feſtis Graecorum γιγαντομαχία e ueſtibus enituit. Vid. Gen. XXXV·2. Cant. I·13. Ieſ. XXX·22. Hoſ. II·2. MENOCH. l. c. CASAVBON· *in Theocrit. Cap. VIII· p. 260*, IO· ANDR· SCHMIDIVS *de Puluillis et Peplis Prophetiſſarum.*

Commemorabilis eſt מעטפה, *tegmen faciei*, CHALDAEIS עטופא, SYRIS עטיפא dictum, quod peplum, ex mente KIMCHII, omnem, ſi oculos exceperis, faciem contexerit, licet eidem aliquando ſit pallium, qua notione uertunt IVDAEI et LVTHERVS Mäntel, SYMMACHVS ἀναβόλαια, quae ſunt ἀναβολαί, ἐπιβλήματα καὶ ἐπιβόλαια, interprete POLLVCE, *VII· 12.* CHALDAEVS שושיפיא, pallia, et R· SAL· BEN MELECH *in Michlal. Iophi* Eſ. III. הוא הכסות שמתכסים ומתעטפים בה, *ſunt ipſa tegmina, quibus obuoluunt ſeſe, et operiunt.* *MAGISTRI* עטיפה, *obuelatio*, pallium, plerumque tamen עטיפת הראש, *inuolutio capitis*, in primis tempore luctus uſu recepta, ſicut habetur *in Aruch. fol. 30. col. 1.* Vid. MEISN·

in Cantic. p. 87. ad uerba: Mit deiner Augen einem. Alia uoce insignitur צעיף, *Chald.* עיפא, *Syr.* אררידא, LVTHERVS Schleyer. Vid. eiusdem *Conc. Germ. in Gen. pag. 206.* Iudaei Gen. XXIV. אלזו האט (רבקה) גנומן דעם שלייאר אונד האט זיך צוגרעקט: Also hat Rebecca genommen dem Schleyer, und hat sich zugedeckt. Graeci πέπλος, πέπλον, θέριστρον, θερίστρειον. Radix Arabi צעף designat *infirmus, debilis, subiectus fuit*, ita ut צעיף ratione etymi idem ualeat, quod רדיד a רדד, *subiectus est, dominatus est*, et Graecorum ἐξουσία a *Doctore gentium* commendata. Neruose SELDENVS *ad Gen. XXIV. Libr. V. de Iur. Nat. et Gent. Cap. V. p. 559.* Vocabulum illud, quod in fonte heic pro pallio, theristro, seu uelo usurpatur, interpretantur Orientales per רדיד et רדידא, ut in *Targum Ionathani* tributo, et *Hieros.* item עיפא, ut *Onkel* et רדא, ut *Arabes*, quae omnia R. NATHAN *in Aruch u.* רד denotare, ait, *uelum tenue, quo feminarum uelantur capita* רדיד בלשון ישמעאל רדא והוא צעיף דק האשה על ראש: *In lingua Arabica* רדא idem est, quod רדיד, *nimirum uelum tenue, quo feminarum capita obtegi solent.* Vid. BARTEN. *Libr. Mischn. Celim Cap. XXIX. §. 1.* COCCEII *Lexic. p. 719.* REVCHLIN. ad uocem צעיף, *rectius*, inquit, *translatio dixisset calyptram*, hoc est, linteum, quo mulieres caput uelant, peplum, quod est in capite eius. Hinc LVTHERVS bene uertit *Gen. XXIV.* et *Comment. in Gen. l. c.* eleganter admodum: *Arbitror autem,* צעיף *significare magnum illud peplum mulierum, quo non solum capillos uincire, sed et totum caput, usque ad humeros, uelare solitae sunt*, ein langer Schleyer, oder groß Gehüll um den Kopff. R. SAL. BEN MELECH *in Michlal Iophi, Gen. XXXVIII. p. 13. col. 1.* בצעיף, עטוף שמעטפן הנשים, *tegmine, quo se operiunt mulieres*, et ad illud: ותתעלף idem addit diserte פניהם, *et contegebat faciem*, unde LVTHERVS transtulit Schleyer, et VERSIO IVDAEA שלייאר. Vid. SCHINDLER. *Lex. p. 1559.* et ROBERTS. *Thes. Lingu. S. p. 896.* Eiusdem pepli fit mentio Es. III. 23. et Cantic. V. 7. ubi רדיד CASTELLO est *peplum subtile*, quo caput tegunt mulieres, *Arabi* אררא dictum, id est, peplum, quo per aestatem operiuntur feminae Arabiae et Mesopotamiae, prouti censet SCHINDLER. *in Lex. p. 1698.* Originem habet ab radice רדד, *expandit, diduxit in laminas, attenuauit*,

attenuauit, ausbreiten, gleichlegen, ausdehnen, niederleggen, uytbreyden. Vid. COCCEI· *Lex. p. 790. Targum Hieros.* et *Ionathan* pro צעיף habent רדידא. HIERONYMVS ad Ef. III· hanc fubnectit *ἐπίκρισιν: Et hodie quoque Arabiae et Mesopotamiae operiuntur feminae, quae Hebraice dicuntur* רדידים, *Graece* θέριστρα, *ab eo, quod ἐν θέρει, hoc est, in aestate et caumate, corpora feminarum protegant.* R· SAL· BEN MELECH *in Michlal Iophi ad Ef. III· et Cantic. V·* רדידים כרמות צעיף מעטפות, id eft, *peplis non absimiles fuisse*, exiftimat. COCCEI· *Opp. T· I· p. 694.* רדיד, inquit, *occurrit hic Cantic. V· 7. et Ef. III· 23. ubi inter ornamenta muliebria ponitur, pro* רקע. *Meturgeman dicit, quod habeat significationem* רקיעה et פרישה, id eft, *expansionis. Notat igitur uelum, seu carbasum, tenuius et leuius, quod corpori facile potest circumiici, matronale tegmen, decens τὴν ὕπανδρον, eam, quae maritum habet.* Lubentius tamen ad SELDENI fententiam accederem; qui in *Vx. Hebr. Libr. III· Cap. XVII· p. 305.* רדיד *calyptram* uocat, feu *uelamen faciei, peplum attenuatum*, uti loquitur SCHINDLERVS *in Lex. p. 1559.* Vid. FESSEL· *Nou. Prompt. Bibl. p. 65.* Aus der Chaldäischen und Syrischen Dollmetscher Metaphrasi erscheinet, daß dieser Mantel sey eine dünne und leichte Decke, oder Schleyer gewesen, damit die Frauen, oder Jungfrauen des Sommers (rectius per totum annum) ihre Häupter und Angesichter zu bedecken pflegten. *Arabes* uocitant רציצין, iudice IO· CLERICO *in Comment. in Gen. tegmen faciei*, atque *καλύπτραν ocellatam*, quae uox reapfe Hebraeorum רדידים referre uidetur. Subiungimus legem, fub cuius poteftate Hebraeorum commorabantur mulieres, ex MAIMON· *Tr.* אישות, C. XXIV· *Quaenam est Iudaica constitutio, iuxta quam filiae Israel modestiae student? si aliquod ex sequentibus uiolarunt, tum illam transgressae sunt*, ueluti fi יהודית יוצאה לשוק או למבוי מפולש וראשה פרוע ואין עליה רדיד ככל הנשים: *Iudaea in plateam, aut ambulacrum patens*, nudato capite, fine peplo *prodierit, more mulierum aliarum.* KIMCHIVS morem explicatius tradit: *Explicant id Geonim* צעיף משימות על ראש ומתכסות בו כל הפנים שאין נראה להם אלה העינים: *Peplum imponunt capiti suo, ac tegunt illo omnem faciem, ut non adpareant, nisi oculi. Materia* uelaminum fuit *lana, linum, sericum*, unde uocem משי Ezech. XVI· 10. LVTHERVS

uertit

uertit: Seidne Schleyer. Vid. PRADVS *ad h. l. Tom. I. p. 187.* MENOCH· *Reip. Hebr. p. 269.* RIVETI *Tom. I· Opp. p. 433.* SOPRANES *de Re Vestiar. Disp. III· Cap. I· p. 6.*

Honestiores *Graecorum uirgines* uelamine contectas iuisse foras, nemo facile uocabit in dubium. Hac de caussa uirgo dicitur παρθένος αἰόπεπλος. Vid. PFEIFFERI *Antiquit. Graec. Libr. II· Cap. LVI· p. 365.* Sponsa, ex parthenone proditura uirorum in conspectum, laeta et aperta facie sese ἀνακαλύπτει, indeque ἀνακαλυπτήρια dicta apud *Philostratum*, notante CAELIO RHODIGINO, *Antiquit. Lect. II· 59. p. 599.* et PHVRNVTVS *de Natura Deorum* graphice scribit: τὰς δὲ γαμουμένας νύμφας καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ νῦν πρώτως φαίνεσθαι κρυπτομένας τέως, *nuptas nymphas, seu uirgines, uocant, quod nunc primum adparerent, hactenus occultatae*, et ὀπτήρια et ἀνακαλυπτήρια, teste PFEIFFERO, ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐγκαλύπτει τὴν νύμφην, dies, quo sponsa prodit, et retegitur, et προσφθεγκτήρια a prima adlocutione, quemadmodum testatur IVLIVS POLLVX, *Libr. III· Onomast. Cap. III· n. 4.* Vid. CAELIVS RHODIGIN· *l. c. Cap. XXVI· p. m. 1192.* SPANHEM· *Dubb. Euang. P· I· p. 300.* Ἀνακαλυπτήριον *Hesychio* dies, ὅτε τὴν νύμφην πρῶτον ἐξάγουσι. Sic ἀνακαλυπτήρια dona, quae offerebantur sponsae, quando primum solebat prodire in conspectum uirorum, ut ὀπτήρια, quae sponsus sponsae offerebat, cum primum eam uideret. IVLIVS POLLVX *Libr. II· Onom.* ὀπτήρια εἴρηται τὰ δῶρα τοῦ πρῶτον ἰδόντος νυμφίου τὴν νύμφην διδόμενα. Vnde eadem et προσφθεγκτήρια a prima adlocutione, et *Libr. III· Onomast. Cap. 3.* περὶ μνηστείας γάμων καὶ τῶν περὶ αὐτῶν, de sponsatione nuptiarum, et quae ad ipsas, Edit. Bas. p. 153. τὰ δὲ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενα δῶρα ΕΔΝΑ καὶ ΟΠΤΗΡΙΑ, καὶ ΑΝΑΚΑΛΥΠΤΗΡΙΑ. Οὐ γὰρ μόνον ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐγκαλύπτει τὴν νύμφην, οὕτω καλοῖτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπ' αὐτῇ δῶρα. Τὰ δὲ ἀνακαλυπτήρια καὶ ΠΡΟΣΦΘΕΓΚΤΗΡΙΑ ἐκάλουν. Καὶ διαπαρθένια δῶρα, τὰ ὑπὲρ τοῦ τὴν παρθενίαν ἀφελέσθαι, ὠνόμασεν Ἄγίας ὁ Κωμικός. Τὴν μέντοι οὐ λαβοῦσαν ἕδνα, ὀνομάσαις ἀνάεδνον, ὁμηρικῶς. Καὶ ὁ μὲν τόπος τοῦ γάμου θάλαμος, ὥσπερ ἵνα ἔτρεψο, παρθενών. Καὶ τὸ ἔργον παρθενεύεσθαι. Τὸ δ' ἐπίβλημα τῆς γυναικὸς ἑανὸς καὶ καλύπτρα; *Munera autem, a sponso data, sponsalia dicuntur* uisoria et reuelatoria. *Non enim dies*

dies solum, qua *sponsa prodit*, *et retegitur*, *sic uocatur*, *uerum et munera a sponso huic collata*, *quae etiam* προσφθεγκτήρια. *Et* uirginitatis munera, *quae pro uirginitate amissa dantur*, *Agias Comicus dixit*. *Virginem porro nulla recipientem sponsalia*, ἀνάεδνον *adpellabis secundum Homerum*. *Matrimonii uero locus thalamus est*, *quemadmodum*, *ubi habitat uirgo*, παρθενὼν, *et ipsum opus*, *uirginitatem custodire*, *dicitur*. *Amiculum autem sponsae peplus*; *seu flameum nuptiale*, *uel sponsale*. Vxor, teste GOODWINO *Mos. et Aar. Libr. VI· Cap. IV· p. 882. sq.* ducebatur apud Hebraeos a marito certis donis. Sic famulus, siue *dispensator domus* Abrahami, Isaaci nomine, dedit Rebeccae instrumenta argentea et aurea, ac uestes Gen. XXIV· 53. LXX· SENES ideo *1. Reg. XVIII· 20.* uoce ἔδνα sunt usi, quae dotem et sponsalia munera significat. Vid. HOMER· *Iliad. 1. u.* circiter *140. p. m. 306.* PFEIFFER· *Antiquit. Graec. p. m. 625.* MENOCH· *Rempubl. Hebr. Cap. XXI· p. m. 358.* et CAELIVS RHODIGIN· *Libr. XXVIII· Cap. XXIV· p. 1580.* Chuppa Graecis itidem in consuetudinem uenit. PFEIFFERVS, *Antiquit. Graec. Libr. IV· Cap. XIX· p. 651.* eleganter admodum: *Velum thori genialis*, *cuius obtentu sacra ueneris illa pudentius agerentur*, *uocabatur* παστὸς, *ut obseruauit* Iulius Pollux, *Libr. III· Onomast. Cap. III· scribens*: Τὸ δὲ παρὰ τῇ εὐνῇ παραπέτασμα παστός. *Velum autem lectum ambiens* παστὸς, cortina, *dicitur*. Alias παστὸς idem est, quod παστὰς, ὁ νυμφίων, id est, sponsi thalamus, thalamus nuptialis, unde παστοφορεῖον τὸ φέρον τὸν παστὸν, *quod fert thalamum nuptialem*. Meminit etiam obtensi ueli APOLLON· RHOD· *Libr. IV· Argonaut. u. 1154.* ὄθι τούσγε σὺν ἀλλήλοισιν ἔμιξαν, τεινάμεναι ἑανοὺς εὐώδεας; *Ubi eos inter se coniugarunt*, *obtensis uelis suauiter olentibus*. Sponsi solemniter e thalamis educebantur, id quod HOMERVS *Iliad. 6. u. 490. sqq.*

--- Εν τῇ μέν ῥα γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε
Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὑπολαμπομενάων,
Ηγίνεον ἀνὰ ἄστυ, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει·
Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν

Αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον, αἱ δὲ γυναῖκες
Ἱςάμεναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισιν ἑκάςη.

In una ciuitate nuptiae erant, conuiuiaque solemnia:
Sponsas autem ex thalamis, taedis subaccensis,
Ducebant per urbem, multusque hymenaeus excitatus fuerat.
Iuuenes autem saltatores in-orbem agebant se, interque hos
Tibiae citharaeque sonum edebant, sed matronae
Stantes admirabantur in uestibulis singulae.

Sponsis quoque *Parochi* et *Nymphagogi* comites dabantur. HESYCH· uoc. Νυμφαγωγὸς rotunde: καλεῖται γὰρ πάροχ☉ τῶν φίλων τις, ὁ ἐπὶ τῷ ὀχήματι ἅμα τῇ νύμφῃ ϗ τῷ νυμφίῳ ὀχούμενος, Parochus *adpellatur amicorum quispiam, qui curru una cum sponsa et sponso uehebatur.* IVL· POLLVX ὁ δὲ ἄγων τὴν νύμφην ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οἰκίας νυμφαγωγὸς, ὅποτε μὴ, ὁ νυμφίος μετῄει ὀυ νενόμιςο δὲ μετιέναι τοὺς δευτερογαμοῦντας; *Sed, qui sponsam e patris aedibus deducit*, Nymphagogus, *hoc est, sponsae deductor, adpellatur. Cum scilicet sponsus ipse non transit, ambit sponsam. Neque enim solemne est, bigamos transire.* SVIDAS in uoc. ζεῦγος; Κάθηνται δὲ τρεῖς ἐπὶ τῆς ἁμάξης. Μέση μὲν ἡ νύμφη, ἑκατέρωθεν δὲ ὅτε νυμφίος, ϗ ὁ πάροχ☉. Οὗτος δὲ ἐςὶ φίλος, ἡ συγγενὴς, ὅτε μάλιςα τιμώμεν☉ ϗ ἀγαπώμενος. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἅμαξα ὄχημα ἐλέγετο, ὁ ἐκ τρίτου παροχούμεν☉ πάροχος ἐκλήθη. Καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς συνηθείας ὁ τρίτ☉ παροχ☉ λέγεται, συμπαρών; *Tres autem in illo curru sedent. Sponsa quidem media, utrinque uere et sponsus et parochus. Hic autem est amicus, aut cognatus honoratissimus et carissimus. Quoniam autem currus uocabatur* ὄχημα, *ideo ille, qui tertio loco iuxta sponsum et sponsam uehebatur,* πάροχ☉ *est uocatus, quasi iuxta uectus. Ob hanc autem consuetudinem tertius* πάροχος *adpellatur.* HESIODVS *in Scuto Herculis u. 273.* Πολὺς δὲ ὑμέναιος ὀρώρει, Τῆλε δὲ ἀπ' αἰθομένων δαΐδων σέλας εἰλύφατε χερσὶν ἐν δμώων. *Multusque hymenaeus excitabatur, et procul ab ardentibus facibus fulgor resplendebat in manibus famulorum.* Porro peplum et calyptra sponsae fuit orna-

ornamentum, quam in rem IO· STOBAEVS *Euripidis* adlegat uerba *p. 440. lin. 26.* ὅταν ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς, *cum sub uiri generosi pallium ueneris.* Quibus ex uerbis adparet, sponsam apud Hebraeos a marito tam in signum subiectionis, quam defensionis ac protectionis, fuisse uelatam. Vid. D· CARPZOV· *de Chuppa Hebr. Sect. I· Cap. II· §. 10.* PLVTARCH· *in Praec. Coniug. fol. 138.* IVLIVS POLLVX: τὸ δὲ ἐπίβλημα τῆς γυναικὸς καὶ κάλυπτρα, *amiculum uero uxoris futurae peplus, seu flameum sponsale.* Huiusmodi pepla ferebantur a uirginibus, cuius rei mentio iniicitur apud APOLLON· RHOD· *Libr. IV· Argonaut. u. 1189.*

Αἱ δὲ πολυκμήτους ἑανοὺς φέρον, οἷα γυναῖκες.
Μείλιά τε χρυσοῖο, καὶ ἀλλοίην ἐπὶ τοῖσιν,
Ἀγλαΐην, οἵην τε νεόζυγες ἐντύνονται.

Rursum illae tanquam mulieres laboratos arte peplos,
Et dotalia ex auro, ceterumque praeterea mundum
Domesticum, quo nouae solent nuptae instrui.

VIRGILIVS *Æneid. I. u. 483.*

Interea ad templum non aequae Palladoe ibant,
Crinibus Iliados passis, peplumque ferebant.

ISIDOR· *Libr. XIX· Cap. 25. Theristrum pallium muliebre dictum, quod ἐν θέρει, id est, in aestu et caumate corpora mulierum protegat, quo usque hodie Arabiae et Mesopotamiae mulieres uelantur.* Vid. IVL· POLLVX *Libr. VII. de Vestib. Cap. XIII·* Pepli et reticulorum usus ex sculpturis quoque ueterum colligi potest, cuius rei illustre prostat exemplum apud THEOCRIT· *Idyll. α. u. 24. sq. p. 9. Edit. Scalig. Casaub. et Heinsii.*

Καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἁδέϊ καρῷ,
Ἀμφῶες, νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον.
Τῷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός,

Κισσὸς

Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος. Α῾ δὲ κατ᾽ αὐτὸν
Καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
Εντοσθεν δὲ, γυνὰ, τὶ θεῶν δαίδαλμα τέτυκται
Ασκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι.

Et profundum poculum dabo, dulci cera collutum,
Geminis ansulis, nouum, recentem adhuc sculpturam redolens,
Cui circum labra innectitur superne hedera.
Hedera helichryso adglutinata, et circa illam
Fructu capreolus gestiens croceo.
Intus uero mulier, diuina quaedam imago sculpta est,
Ornata peplo, reticuloque etc.

Mulierem hanc fuiſſe *Pandoram*, κεκοσμημένην πέπλῳ, hoc eſt, uti *Graecus Scholiaſtes* explicat, ἐνδύματι καὶ περικεφαλαίᾳ, plurimi exiſtimant. CASAVBONVS p. 239. κισσύβιον fuiſſe ampliſſimi uaſis paſtoritii genus, caelaturam autem ineptias redolere, putat, cum nemo artifex, caelo oculorum, animique motum exprimere ualeat, et Poetas μιμητὰς τῶν ὄντων καὶ γινομένων eſſe, conſtet. HEINSIVS p. 297. artem, quam ueteres κηρογραφίαν dixerunt, innui, THEOCRITI tempore ualde uſitatam Aegyptiis et Siculis, oſtendit ex ATHENAEO. De cetero Hebraeorum feminae, ſimul ac procul a domo diſcederent, conteċtae, per plateas, et, foris excurrebant. Vid. LVNDII Jüd. Heiligth. *Libr. III. Cap. LV. p. m. 703.* SELDENVS HEBR. *Libr. III. Cap. XIII. ſqq.* R. IECHIEL NATHAN *Sepher Hearuch, fol. 135. col. 1.* et MAIMONIDES *in Antiquit. Iud. Chaſak Maſſ. Schabb. Cap. XIX. hal. 14.* Inter Graecos in primis feminae, loco nobili natae, faciem, ſi foras irent, tegebant, ut eſſent εὐπεπλοι. Sic *Helena* αὐτίκα δ᾽ ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσιν, *ſtatim candidis cooperta uelis ad certaminis ſpectaculum egreditur, Iliad. V. p. 110.* et ideo τανύπεπλος, *longum peplum gerens*, ſalutatur. Concinne COINTVS SMYRNAEVS Νόστων u. 45. p. 101. de Helena a Graecis ſubducta.

Καὶ ῥα καλυψαμένη κεφαλὴν ὑπένερθε καλύπτρῃ.
Ac obuoluens caput peplo.

Addimus

Addimus COLVTHVM de Helenae raptu p. m. 93. Πυκνὰ δ' ἔτιλλε κόμην, χρυσέην δ' ἔρρηξε καλύπτρην: *Crebro uero uellebat comam, auream quoque abiecit calyptram.* MICHAEL NEANDER pereruditе *flammeum*, inde καλυπτήρια ac ζωστήρια, Schleyer-Land, Gürtel-Land, *terrae et ciuitates, quas Persarum reges opulentissimi suis uxoribus concedebant habendas, ut ex horum reditibus, quae ad ornatum, flammea, zonas et huiusmodi alia spectabant, sibi compararent, quemadmodum id a Platone scribitur in Alcibiade, Athenaeo etiam alicubi, qui id, ex Platone repetitum, in suis quoque Dipnosophistis referre uoluit.* De *Romanis* uid. OVIDIVS, *Libr. II. Fast.* MARTIALIS, *Libr. II. Epigr. 79.* NICEPHORVS, *Libr. XVIII. Hist. Eccl. Cap. 8.* FESTVS, *Libr. VI. et XIII.* ISIDORVS, *Libr. IX. Etymolog. Cap. VIII.* VETVS SCHOLIASTES, *Iuuenal. ad u. 225. Satyr. 6.* SELDENVS *de Iur. Nat. et Gentium Libr. V. Cap. 5.* HILDEBR. *de Nuptiis Veter. p. 69. sqq.* De Christianis per Lithuaniam ADAM OLEAR. *Itiner. Moscou. Pers. Libr. II. 9.* Die Braut muß, so lange sie zu Tische sitzet, ein Tuch über den Kopff hangend haben, welches ihr Angesicht verdecket. Gleichen Gebrauch (mit Zudeckung der Braut) haben die **Moscowiter**, item die **Perser** und **Armenier** &c. Es scheinet, daß das Verdecken der Braut gar ein alter Gebrauch gewesen – Daher sol das Lateinische Wort Nuptiae seinen Nahmen bekommen haben. Denn das Wort nubere hat bey den Alten geheissen **bedecken, verhüllen**, davon beym ROSINO *Libr. V. Antiquit. Rom. Cap. 37.* mit mehrern zu lesen. De Abyssinis id testatur FRANCISCVS ALVAREZ, de Armeniis OLEAR. *Libr. IV. Cap. IV.* de TVRCIS Sal. Schweigger, *Itiner. Libr. II. Cap. 61.* Vetustissimis *Germanis* ritus non fuit infrequens, unde in regionibus Hassiae et circumiectis, in primis dioeceseos Moguntinensis, moris illius reliquias inuenies, sicuti formula uetus ICtis notissima nos edocet: Sterbens-Fälle beyder verlobten Persohnen betreffend, so setzen sie **Hut bey Schleyer, und Schleyer bey Hut**, alles treulich, sondern einige Gefährde und Argelist, uel: Im übrigen setzen die iungen Ehe-Leuthe **Hut bey Schleyer, und Schleyer bey Hut**, aut: Sterbens-Fälle betreffend, ist verglichen worden, **daß der Bräutigam seinen Hut bey der Braut Schleyer setzen wolle.** Quemadmodum enim, sub symbolo serarum et clauium, uxor potestatem rei domesticae administran-

dae accipit, qua de consuetudine uid. LOCCEN· *Antiquit. Su. Goth. Libr. II· Cap. 24.* Ita in nonnullis Inferioris Hassiae pagis, nominatim auf dem Hayn, paucis abhinc annis, personas desponsatas capitum suorum tegumenta, Hut und Schleyer, solemni ritu, et certis uerborum formulis, deposuisse, et coniunxisse, percipimus. Vid. IO· GEORG· WERNERI *Differt. de Pactis dotalibus sub formula*: Hut bey Schleyer, und Schleyer bey Hut.

Virgines olim, quas Moniales hodie dicunt Romani, solemni uelabantur ritu, quam in Ecclesia Orientali, tam in Occidentali, prouti ueterum ex Patrum monumentis morem graphice describit HILDEBRAND· *de Nuptiis Veter. Christian. p. m. 73. sqq.* A nuptiali consuetudine uelandi sponsas uelamen Sanctimonialium traductum puto, quae, quia uirginitatem suam DEO deuouerant, peculiari quadam ratione Sponsae CHRISTI aestimabantur, et, dum initiabantur, nuptias spirituales agere ferebantur, ac propterea instar nuptiarum obuelabantur, qui mos (uernacula lingua die Einkleidung) in Papatu est huiusmodi: Monialis futura Episcopo ad consecrandum in templo ad altare, ueluti sponsa, sistitur ea ueste, quae ordini congruit, et quali, quoad uixerit, est usura. Adducitur a paranymphis solemni conuentu, cum candelis accensis, proinde uti in nuptiis ueterum faculae accensae. Stanti coram altari Sacerdos uelum imponit dicens: *Aspice filia, et obliuiscere populum tuum et domum patris tui, ut rex decorem tuum concupiscat!* Inter haec uerba uelo tegitur, tanquam castitatis indice, adclamantibus, qui intersunt, Amen! Vid. *Antiquit. Select. de Conclusis Feminis, Cap. ult. §. de Virginib. Sacris primitiuae Ecclesiae.* In primis Arabiae et Mesopotamiae feminas, uelaminibus sedulo contectas, conspiciendas nobis sistit MEISNERVS, *Comment. in Cantic. IV· 9.* ad uerba: Mit deinet Augen einem. Das Orientalische Frauen-Volck verhüllte sich, wie beym ersten Verß angemercket, uix uno oculo patente, qui uiae nuncius sit, daß nur ein weniges vorm Gesichte und einem Auge offen bliebe, den Weg zu sehen, und die Strasse, wo sie giengen. Dessen gedencket TERTVLLIAN· wenn er de Velandis Virginibus schreibet: *Indicabunt uos Arabicae feminae Ethnicae, quae*

non

non caput, sed et faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo contentae sint, dimidia frui luce potius, quam totam faciem prostituere etc. Mit dergleichen Schulter-Mäntlein überdeckte sich die Rebecca, Gen. XXIV. 65. Massen die Arabischen und Mesopotamischen Weiber ihre Augen und Wangen zudecken. Commemorabile praeceptum extat in ALKOR. ARAB. *Surat. 24.*
וקול אלמימנאת יעצצן מן אבצרהן ויחקטן פרוגגן
ולא יברין זינתהן אלת מא טהר מנהא וליצרבן
בחמרהן עלי גיובהן ולא גברין זינתהן אלת
לבעולתהן או אכאהן או אבת בעולתהן או
אבנאיהן או אבנא בעולתהן או אחואנהן או בני
אחואנהן או בני אחואתהן או נשאיהן או מא
מלכת אימנהן או אלתבעין עיר אולי אלארבת מן
אלרגאל ואל טפל אלדין לם יטהרוא עלו עוראת
אלנשא ולא יצרבן בארגלהן ליעלם מה יחפין מן
זינתהן: *Mulieres credentes obtegant uultus suos, et custodiant castitatem suam. Nec, ornatum et pulchritudinem suam conspici, sinant, praeter partes eas, quae occultari nequeunt* (quin abscondantur uelamine suo, usque in sinus suos) [explicat paraphrastes, ille *Mahumedes Ben* Achmed ישתרן אלרוש ואלענק ואלצדור באלמקאנע obtegantur caput, collum et pectus, uelamine obducto] *Neque conspici sinant ornatum, et pulchritudinem suam, nisi maritis suis, aut patribus suis, aut maritorum patribus, aut filiis suis, aut priuignis, aut fratribus suis, aut nepotibus, siue ex fratribus, siue ex sororibus, aut feminis suis, aut eis, quae in potestate eorum sunt, et ministris seu asseclis, praeter homines, quibuscum negotium habeant, et puerulos, qui ad feminarum nuditatem non incenduntur. Nec abscondantur ab hominibus, a quibus erudiantur de ea ornatus ac pulchritudinis parte, quae obtegenda.* Vid. ALKORAN. ARAB. *33. Lat. 43. et* SELDEN. *Vx. Hebr. l. c. p. 306.* Mulieres itidem Syriae foris contectae eunt, teste MEISNERO *in Cantic. V. 7. p. 116.* ad u. Die nahmen mir meinen Schleyer, uestem tenuem et aestiuam. das dünne und gefärbte Netz-gleiche Tüchlein, womit ich mein Angesicht

gesicht verhüllte, und nur ein wenig durchsehen konte, faciem enim totam reticulo, ex equinis tenuissime contexto, uelant, ita, ut alios spectare, non autem spectari possint. *Arab. Esron. Cap. XII.* 64. Die Syrischen Weiber haben ein Netzlein von Pferde-Haaren vorm Gesichte, so, daß sie andre sehen können, sie aber keiner, welches *Itin. Catouici, Cap. XIV. p. 222.* bestärckt wird. Feminarum uestes splendidissimae sunt ex serico, bysso, argento mirifica arte contextae, quas non nisi praesentibus maritis domi corpori iniiciunt. Idem mos hodie *Graecis* obtinet, uti testatur SCHWEIGGERVS, *Itin. Cap. LXIII. p. 224.* **Von der Tracht der Griechischen Weibs-Bilder**: Eine Griechische Jungfrau (quam in effigie sistit) mit bedecktem Angesicht. *Aegyptiis* consuetudinem relinquit MEISNERVS *in Cantic. p. 118.* Absonderlich befleissigen sich solchen Verbergens die Egyptischen Weiber, die erkennet man, sagt Sommer p. 50. 51. in der Reise an ihren Haupt-Decken. Sie sind alle vermummelt, daß man ihr Angesicht gar nicht sehen kan, iedoch weil die Leinwand gantz dünne ist, können sie iedermann wohl sehen, aber niemand sie. Und wenn ihre eigne Männer entgegen kämen, würden sie sich nicht aufdecken. Denn sie halten es vor die gröste Schande, so eine Frau immer thun kan, wenn sie ihr Angesicht öffnet. Das Frauenzimmer zu Alcair bedeckt das Angesicht mit Cypreß, darunter ein rother Streiff läufft. SAND. *p. 233.* De *Persis* idem testatur MEISNERVS **in der niedrigen, aber nachmahls erhöheten Esther**, *ad Cap. V. 8.* et MANDELSLO **Ost-Ind. Reise**, *Libr. I. Cap. II. p. 6.* MEISN. **in der Heldin Judith** *ad Cap. VIII. u. 5. p. 80.* De *Turcis* uid. **Sal. Schweigger**, *Libr. II. Cap. LX. p. 203. et Cap. LXI. p. 206.*

Quae fusius hactenus disceptata sunt, insignem utilitatis fructum adferunt. Sponsam quidem quod attinet uelatam, atque reconditam, triplicem statuit finem D. CARPZOVIVS, l. c. *Sect. I. Cap. III.* §. 22. *sqq.* uidelicet honestatem, commonitionem, mysticam significationem. *Honestatem* intendebant, ut decenter omnia atque ordine gerantur, et suus matrimonio, per hanc solemnitatem, constet honor. Vnde in *Libr.* החנוך, *fol. 205. col. 2.* additur Chuppae ratio שלא יבא עליה כזונה, *ne* (sponsus) *ad eam* (sponsam) *ueniat, sicuti quis uenit*

uenit ad ſcortum, ſine ulla praecedanea actione. Ad *commonitionem* faciunt, ut officii coniuges admoneantur. BVXTORFF· *de Sponſ. et Diuort. §. 64. p. 76.* כדי שתתן האשה אל לבה לעלם שהיא קנויה לאותו האיש לא תזנה תחתיו ולא תמרוד בו ותתן לו יקר והוד לעלם כעבד לאדונו: *Vt mulier animo ſuo perpetuo recolat, quod ſit empta ab illo uiro, ac proinde ſibi caueat, ne uel clam ipſi ſcortetur, uel ei rebellet, et obſtrepat, ſed potius honorem ei ſemper deferat, ut ſeruus Domino ſuo.* Ad *myſticam ſignificationem* hae reducuntur conſuetudines, ſiquidem Chriſti et fidelium ſpiritualis unio, quam hoc ſub ſchemate non ineleganter in *Cantico Canticorum* effinxit Salomon, et perſonalis in tremendo incarnationis Myſterio peracta, quo et *ἐπισκίασις* illa ſpectat LVCAE, ſignificanter admodum adumbratur. Obtegebantur itidem in ſignum *defenſionis* et *ſubiectionis*, quoad dies uitae, memoriam. Qua de cauſſa uelamen רדיד et *ἐξουσίαν* adpellitarunt, ab רדד, *expandit, defendit, ſubiecit.* Etenim illi, qui rem tuetur expandendo, et protectionem, et dominium, *ἐξουσίαν*, relinquimus, ut adeo femina, uelaminis intuitu, ſubiectionis pariter ac tutelae poſſit habere memoriam. Hinc fruſtra HOTTINGERVS caſtigauit GOODWINVM, quod רדיד cum *ἐξουσίᾳ* idem facere, et ab רדד, *dominatus eſt*, defluere arbitretur. Sic enim egregie phraſeos *ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς*, antiqua uis ac notio expenditur, et explicatur ex intimo ualoris receſſu. Tegmen igitur illud erat intuitu mariti *poteſtatis, dominii, directionis*, reſpectu uero feminae *ſubiectionis* ſymbolum, obtendebatur *defenſionis* ac *protectionis* ergo, dum uxoris cauſſam maritus agere tenebatur. Prius illud pulchre TOSSAN· *Num. V· 18.* explicat: Dieſes geſchahe hiemit anzuzeigen, daß ſie frey, und ihrer ſelbſt mächtig war, und hiermit den Gewalt hatte, einen Eyd zu thun, gleichwie im Gegentheil, wenn ſie eine Decke auf dem Haupt hatte, ſolches eine Anzeigung war der Macht, ſo ihr Mann über ſie hatte. Quem intendit quoque finem APOSTOLVS, *1. Cor. XI· 10. ἐξουσίαν*, id eſt, *uelamen capitis*, quod per Metonymiam affabre poteſtatis nomine uenit, mulieribus iniunctum, non ſine uerborum grauitate ac emphaſi. De cetero, quae circa *ἐπισκιασμὸν* merentur notari,

Luc. I. 35. uides explicata, quo te remittendum duximus. Tegmen praeterea ex *uerecundia*, *deuotione*, *metu* legimus in consuetudinem inductum, quo ex capite *Moses Exod. III. 6. et Elias 1. Reg. XIX.* uelati in DEI conspectum prodeunt. Huc retulit GEIERVS *in Luct. Hebr. Cap. XI.* orandi consuetudinem, facie pileo contecta, quemadmodum illo ex reuerentiae fonte Iudaei preces fusuri ob שכינה, maiestatis diuinae praesentiam, se טלית uelandos censent. Vid. BVXTORFFII *Synag. Iud. Cap. VIII. et* FVLLER. *Miscell. Libr. IV. Cap. VII.* Velamen denique tempestatis, *fortunae aduersae*, *ignominiae* symbolum erat, quin et *luctus* ac *doloris* acerrimi. Sic Dauid exul exit urbe חפוי, *tectus capite*, et flens *2. Sam. XV. 30. Ezech. XII. 6.* Haman חפוי ראש, *tectus capite*, conspicitur, *Esther VI. 12. VII. 8.* ABEN ESRA h. l. *Ita moris erat apud Persas, ut ministri regii obtegerent uultum istius, cui rex succensebat, ne eundem rex ulterius intuerentur. Id quod notum atque obuium in scriptis Persarum.* Vid. GEIER. *de Luctu Hebr. Cap. XI. p. m. 162. sq.* Dauid filium lugens Absalonem לאט, *operuit faciem 2. Sam. XIX. 5.* ubi KIMCHIVS addit: *Quia sic moris erat lugentium, operire semetipsum.* Atque ex hoc ipso, inquit, GEIERVS ritu commode etiam uaticinium *Ies. XXV. 7.* poterit declarari, ubi Messias dicitur amoturus פני הלוט, *facies ueli (uel facies ex moerore uelatas,)* הלוטן, uelum illud, quod operit omnes populos, quo ipso B. LVTHER. *in Comm.* nec non FORSTER. aliique censuerunt, describi remotionem mortis, siquidem haec uelum inducebat tum mortuis ipsis (uti docet pictura Lazari *Ioh. XI. 44.*) tum uiuis, mortuos lugentibus. Contra excurrere ברישׁ גלי, *capite aperto*, intensissimam mentis laetitiam, exoptatissimumque fortunae prodebat statum, quam ob caussam CHALDAEVS formulam *Exod. XIV. 8. Israelem exiisse manu excelsa*, transfert ברישׁ גלי, *capite aperto.* Plura non adiicimus.

Vsus uero, qui in SCRIPTVRAE commata, his ex ritibus illustranda, redundat, uberrimus est. Inter cetera merentur sequentia notari. *Deut. XX. 7. Qui despondit uxorem, et nondum accepit illam.* Ruth. III. 9. *Expande pallium tuum super ancillam tuam.* Psl. XVII. 8. *Sub umbra alarum tuarum protege me.*

me. Pf. XXXVI· 9. *Quam pretiosa misericordia tua, et filii hominis sub umbra alarum tuarum sperare solent.* Bene LVTHERVS: Wie theuer ist deine Gütte, GOtt, daß Menschen-Kinder unter dem Schatten deiner Flügel trauen. Pf. LVII. 2. *Sub umbra alarum tuarum sperabo.* Pf. XIX· 6. *Et ipse, tanquam sponsus, excurrit de thalamo suo.* Pf. XLV· 10. *Collocata est uxor ad dextram tuum* בכתם אופיר*, in clynodio Ophir*, LVTHER· im eitel köstlichen Golde. Cantic. II· 4. *Sub umbra illius sedeo, quem desideraueram.* Ies. IV· 5. *Quoniam super omnem gloriam* חפה*, Chuppa.* Ier. VII· 34. XVI· 9. XXV· 10. *Et quiescere faciam de urbibus Iudae et de plateis Ierusalem uocem gaudii et uocem laetitiae, uocem sponsi et uocem sponsae.* Ezech. XVI· 8. *Et expandi amictum meum super te, et operui ignominiam tuam.* Ioel. II· 16. *Sponsus egrediatur ex conclaui suo, et sponsa de thalamo suo.* Tob. VII· 18. *Et praecipit ei, ut praepararet* ἕτερον ταμεῖον. 1. Maccab. IX· 37. Matth. XXV· 6. *Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei.* Luc. XII· 36. *Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nuptiis.* Io. III· 29. *Amicus autem sponsi, qui stat, et audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi.* Matth. IX· 15. υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος. Marc. II· 19. Luc. V· 34. His SCRIPTVRAE dictis adde sequentia. Exod. XXI· 10. *Quod si alteram ei acceperit, puellae alimentum,* uelamen *et concubitum non imminuat.* Mal. II· 16. *Quando odio habet, dimittat, et* uelamen *det* iniuriae *de uestimento suo.* Ier. II· 32. *Nunquid obliuiscetur uirgo ornamenti sui, aut sponsa* uelaminis sui? *Populus uero meus oblitus est mei diebus innumeris.* Iud. XIV· 11. *Cum ergo ciues loci illius uidissent eum, dederunt ei sodales triginta, qui essent cum eo.* Matth. XXII· 9. *Hosianna filio Dauid,* ברוך הבא*, benedictus qui uenit, in nomine Domini, Hosianna in excelsis.* Pf. CXVIII· 26. Luc. I· 35. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι; *Et respondens Angelus dixit ei:* Spiritus S· superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Gen. XX· 16. *Et Sarae dixit Abimelech:* Ecce dedi mille argenteos fratri tuo. Ecce hoc erit tibi uelamen oculorum apud omnes, qui tecum sunt. Gen. XXIV· 65. *At illa, tollens cito* pallium *suum, operuit se.* Exod. III· 6. *Et Moses operuit faciem suam, non enim audebat, intueri in DEVM.*

Num.

Num. V· 18. *Cumque ſteterit mulier in conſpectu Domini*, diſcooperiet caput eius. 2. Sam. XV· 30. *Et Dauid aſcendebat montem oliuarum, ſcandens et flens, nudis pedibus incedens, et* operto capite. 2. Reg. XXIII· 7. *Deſtruxit quoque aediculas effeminatorum, qui erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant domunculas luci.* 1. Reg. XIX· 13. *Quod cum audiſſet Elias, operuit uultum ſuum pallio, et egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncae.* Prou. XXXI· 24. 3. Esdr. IV· 17. Act. IX· 39. Cant. I· 2. *Oleum effuſum nomen tuum, ideo uirgines diligunt te.* Cant. IV· 9. *Vulneraſti cor meum, ſoror mea, uno oculorum tuorum.* Cantic. V· 7. *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt, et uulnerarunt me, tulerunt* peplum meum *mihi cuſtodes murorum.* Eſ. III· 16. Ruh. III· 15. *Expande, inquit,* pallium tuum, *quo operis, et tene utraque manu.* Eſ. XXX· 22. Ezech. XIII· 18. *Vae, qui conſuunt puluillos — et faciunt* linteamina *ſub capite uniuerſae, aetatis ad capiendas animas.* Ezech. XVI· 10. *Et ueſtiui te diſcoloribus, et calceaui te hyacintho, et cinxi te byſſo,* etc. Hiſt. Suſannae u. 31. 32. *Propterea ſcelerati,* reticulum detrahi, *iubebant, quo abſcondita erat, ut oblectarentur uenuſtate eius.* 1. Cor. VII· 3. Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, ὁμοίως δὲ ϗ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. *Vxori uir.* debitam beneuolentiam *reddat, ſimiliter autem et uxor uiro* 1. Cor. XI· 4. ſqq. in primis u. 10. *Propter hoc debet mulier* ἐξουσίαν, peplum, *habere in capite propter Angelos.* In hiſtoria Tobiae ſocer legitur fauſta haec precatus: ὁ ἐλεήμων Θεὸς εὐοδώσει ὑμῖν τὰ κάλλιςα, DEVS optime faciat uobis ſuccedere. Καὶ λαβὼν τῆς χεῖρα αὐτῆς παρέδωκεν αὐτὴν Τωβίᾳ γυναῖκα, ϗ εἶπεν ἰδοὺ κατὰ τὸν νόμον Μωϋσεως κομίζου αὐτὴν ϗ ἄπαγε πρὸς τὸν πατέρα σου, ϗ εὐλόγησεν αὐτούς. *Et adprehendit manum filiae, et dedit ipſam Tobiae uxorem, et dixit: Ecce ſecundum legem Moſis protege ipſam, et benedixit illis:* DEVS Abrahae, DEVS Iſaaci, DEVS Iacobi uobiscum ſit, et iuuet uos ὁμιλεῖν, et benedictionem diuinam effundat uberrime in uos. Iudaeis τῶν πατροπαραδότων tenaciſſimis, uti loquitur HILDEBR· *de Nuptiis, Veter. p. 81.* ſolemnis benedictio non uenit in deſuetudinem. Rabbi ſacerdotis uices ſuſtinet, et gemina benedictione eosdem uelut inueſtit et conſecrat, quarum alteram ברכת ארוסין, *benedictionem ſponſaliorum*, qua ſimul pro ſponſalibus

iam

iam contractis DEO gratias agit, alteram ברכת נשואין, *benedictionem coniugalem*, uocant, qua gratias DEO agit pro matrimonio et omnia sponsis fausta adprecatur. Christianis primae Ecclesiae solemnes nuptias et benedictionem in usu fuisse, idem doctissimus HILDEBRANDVS tradit *de Nupt. Vet. p. 82. sqq.* Graecorum nuptiarum festiuitates graphice describit IO· PHIL· PFEIFFERVS *in Antiquit. Graecis Libr. IV. Cap. III· p· 604. sqq.*

Hac de caussa Theologi nuptiarum solemnitates et copulationem sacerdotalem, uti fert hodie loquendi mos, recte contra empectas eunt defensas, et ab institutione diuina repetunt. Vsus etiam datur mysticus. Ecclesiam enim uirginis, CHRISTVM imagine sponsi repraesentari, ex hactenus explicatis uidemus. Virginem Ecclesiam PAVLLVS *2. Cor. XI· 2.* CLEMENS ALEXANDRINVS, alii ex Patribus adpellitant. EVSEBIO *Libr. VI· Hist. Eccles. Cap. XXII·* Ecclesia Hierosolymitana παρθένος κατ' ἐξοχὴν salutatur, qua de uid. IOH· ANDR· SCHMIDII *Differt. de Ecclesia Virgine*, et prae ceteris TERTVLLIANVS de *Velandis Virginibus et de Ecclesia Virgine ac Sponsa*, et item HILDEBRANDVS l. c. CHRISTVS uero non sponsi tantum ob incarnationis mysterium insignitur titulo, hoc est ob nuptias hypostaticas, ac spirituales et mysticas exinde fluentes: Verum ita quoque denominari potest, respectu Hebraeorum ad ritus plerosque habito. Sponsi antequam iungerentur olim, in conclaue reconditi educebantur. Sic CHRISTVS sol iustitiae, exit ueluti sponsus e Chuppa, *Ps. XIX·* Sponsa apud Hebraeos sollicite sub Chuppa expectabat sponsum, quo trahebatur illud, *Cantic. II· 4. Sedeo sub Chuppa eius, quem desidero.* Ecclesia sponsa V· T· anxie anhelabat CHRISTVM, *Ps. XIV· LIII·* Sponsus tegebat sponsam extremitatibus uestium in signum protectionis. SERVATOR est Chuppa et umbraculum nostrum, quia nos ab omnibus hostium iniquitatibus quam solertissime defendit, *Ps. XVII· 8. XXXVI· 9. LVII· 2.* Benedictio sacerdotalis fiebat olim sub Chuppa, umbraculo. Cum DEVS uniretur cum hominibus, unio fuit inita sub ἐπισκιασμῷ et obumbratione SPI-

RITVS S· *Luc. I· 35.* Sponſa collocabatur ſub umbraculo ad dextram ſponſi, quem ritum innuunt uerba, *Pſ. XLV· 10. Adſtitit ſponſa ad dexteram tuam in ueſtitu deaurato.* Quae repetit Minhagim l. c. Man ſtellet die כלה (Braut) auf die rechte Hand zum חתן (Bräutigam.) Humana CHRISTI natura, ſponſa, collocabatur, cum ueheretur in coelum, particepsque fieret gloriae et maieſtatis diuinae, ad dextram DEI. Sponſus amicae dono dedit ὀπτήρια, προσφθεγκτήρια, ueſtes reliquas. Humanae naturae reddebantur plenituto Deitatis, gloria, maieſtas, omnesque adeo ſapientiae theſauri. Inter deducendum praeſentes amici prae laetitia magnum in iubilatum prorumpebant: ברוך הבא, *benedictus qui uenit, Matth. XXI· 9.* quo referebantur uerba *Ier. VII· 34. XVI· 9. XXV· 10· Matth. XXV· 6. 10. III· 29.* Vbi CHRISTVS ſponſus noſter in lucem edebatur, Angeli erant paranymphi alta uoce concinentes: Δόξα, ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία; *Gloria in altiſſimis Deo, ac in terra pax, in hominibus beneplacitum.* Cum ingrederetur urbem, clamitabant: ברוך הבא, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος, *benedictus qui uenit Matth. XXI· 9.* Aduolantem in die nouiſſimo ſponſum comitabitur omnium creaturarum κέλευσμα, *1. Theſſal. IV· 16.* coeli, ſtellarum, terrae etc. tacite uelut haec in uerba porrumpent creaturae: *Ecce ſponſus uenit, excurrite ei in occurſum*, qui iubilatus, futuro quoque ſeculo, mutatis mutandis, futurus eſt, cum Angeli coeleſtium nuptiarum paranymphi canent: *Sanctus, Sanctus, Sanctus eſt Deus Dominus exercituum*, Eſ. VI· *Laetemur et exultemus, quod nuptiae agni adpropinquarunt*, quo nos ducat omnes coeleſtis ſponſus, cum dierum et rerum omnium accurret finis. Illud tandem apprime commemorandum, quod Graecis uetuſtioribus, ex antiqua Hebraeorum loquendi formula, reſpectu ritus ad ueterum habito, cohabitatio uiri cum femina perbelle χάρις fuerit adpellata, teſte PLVTARCHO· Vnde χαρίσασθαι, eſt *gratificari*, χάριν δοῦναι, ידע, γινώσκειν, erkennen, quod obſequium APOSTOLO *1. Cor. VIII· 3.* uocatur ὀφειλομένη εὔνοια, *debita beneuolentia*, id eſt χάρις. Hoc ex argumento priſci Deam χάριτα et amaſiam χάριτα, Ihr Gnaden, peramanter ſalutarunt. SCRIPTVRA ergo uerecunde loqui-

loquitur, unde *γινώσκειν ἰδίως* ex ritu ueterum erat, aliquam, ſublato uelamine, agnoſcere pro uxore, *μετωνυμικῶς* habere rem cum aliqua, *χάριν δοῦναι*, cum aliqua concumbere. Vid. PFEIFFERI *Antiquit. Graec. Lib. IV· Cap. XXI· p. m. 655.*

Ad u. 19. Ἰωσὴφ *δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὤν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν*, quae uerba INTERLINEARIS VERSIO tranſtulit : *Ioſeph autem uir eius, iuſtus exiſtens, et non uolens eam* EXEMPLVM FACERE, *uoluit occulte repudiare eam.* ARABS ſignificanter admodum : וקאן יושף חטנהא צדיקא לם ירדאן ישהרהא *Erat autem Ioſeph ſponſus eius iuſtus, nec uoluit eam diuulgare, traducere, denunciare cum ſolemnitate,* IN SPECTACVLVM DVCI, unde Subſtantiua שהרה, שוהרה, אשתהאר, *notificatio, denunciatio cum ſolemnitate*, משהר, *ſpectaculum, παράδειγμα*, quae uox Arabum ישהרהא inſignem emphaſin nominis *παραδείγματος*, exempli, et uerbi *παραδειγματίζειν*, EXEMPLVM STATVERE, ſpectaculo exponere, una cum orientalium ritibus, iam explicandis, non male exprimit. Nec SYRVS a mente SPIRITVS S· multum abludit, cum TEXTVM GRAECVM ſic interpretatur : יוסף דין בעלה כינא הוא ולא צבא דנפרסיה : *Ioſeph autem Dominus*, uel maritus, *eius iuſtus erat, et noluit eam diffamare*, id eſt, in omnium oculorum *παράδειγμα*, ſpectaculum exponere, unde פרסי, ſpectaculum. VVLGATVS : *Et nollet eam traducere*, de cuius translatione audiendus eſt ERASMVS, qui notanter ſcribit : *Illud demiror hoc loco, qui factum ſit, ut interpreti Latino, ſermonis politiem alias negligere ſolito, tam elegans uerbum in mentem uenerit. Nam ad uerbum uertendum erat* EXEMPLIFICARE, *ſiue per periphraſin*, EXEMPLVM FACERE. Eſt autem uarius uſus apud Latinos huius uerbi *traducere.* Verum ut nullus elegantior, ita nec rarior alius, quam cum ſignificat, *promulgare quempiam, et in publicum uulgi ſermonem efferre.* Sic enim MARTIALIS :

> *Rideris, multoque magis traduceris Afer,*
> *Quam nudus medio ſi ſpatiere foro.*

K 2 Et

Et Arbiter PETRONIVS : *Neue traducere uelitis tot amicorum consilia secreta, quae uix mille homines nouerunt*, hoc est, ne uelitis in uulgus efferre. Apposite usus est hoc uerbo SENECA *in Epistola ad Lucilium centesima : Volo luxuriam obiurgari*, LIBIDINEM TRADVCI, *impotentiam frangi.* Quoniam enim libido latebris gaudet, ac lucem *hominumque conspectum fugitat, optat, ut traducatur hic morbus, quo uel pudoris remedio sanetur.* Translatum apparet ab iis, qui, quo conspicui sint omnibus, per celeberrima urbis loca producuntur, id quod uictis, aut facinoris alicuius damnatis, ignominiae caussa, fieri solet. Ita LIVIVS *Libr. ab Vrbe condita 2. Vos omnibus ciuibus, peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse, uestras coniuges, uestros liberos traductos per ora hominum.* Vtitur in eundem sensum TRANQVILLVS *in Vespasiano* D. CHRYSOSTOMVS hunc edisserens locum apertissime uim indicat huius uerbi, cum ait : *Non solum noluit eam damnare, sed ne publicare quidem.* Nam hoc uerbo usus est interpres CHRYSOSTOMI, cum pro damnare sit κολάσαι, pro publicare παραδειγματίσαι. Rursum idem uerbum traducere, IN IVDICIVM TRAHERE, item publicare, et IN IVDICIVM TRADERE interpretatur. Nec ab hoc multum abhorret HILARIVS, qui παραδειγματίσαι putat, esse *legum exemplum edere in quempiam.* Sic enim ait in *Expositione Canonis*, quem composuit in Matthaeum : *Quia iustus ipse nollet in eam lege decerni.* Quin *Num. XXV.* quod nostra habet editio : *Tolle cunctos principes populi, et suspende eos contra solem in patibulis*, D. AVGVSTINVS iuxta illius regionis editionem legit hunc in modum : *Ostenta Domino duces populi contra solem.* Ceterum quod ille uertit ostenta, GRAECVS uerterat παραδειγμάτισον, *uelut in exemplum ede, quo ceteri hoc exemplo terreantur* -- Atque his omnibus consentiens THEOPHYLACTVS, *Bulgariensis Episcopus*, Graecus interpres N. T. παραδειγματίσαι, inquit, τοῦτ' ἔστι φανεροῦσθαι καὶ κολάζεσθαι, , id est, *palam facere, ac punire.* Sed, missa uoce Latina traducere, uim et emphasin τοῦ παραδειγματίζειν eruere, conuenientas duxi.

Si

Si quis, uerbi antiquam παραδειγματίζειν notionem paullo penitius circumspicere, intendit, debet in forum et militiam redire ueterum, praecipue antiquorum *iura castrensia* bene habere cognita atque perspecta. Significatum ad utrumque recto nos tramite ducit APOSTOLVS antiquae consuetudinis apprime gnarus. Victi enim solebant per triumphos circumduci, palamque, ut ERASMVS denuo scite loquitur, ostendi populo, quo apprime uerba spectant PAVLLI *ad Coloss. II 15.* Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. *Exspolians principatus ac potestates ostentauit palam*, CIRCVMDVXIT TRIVMPHANS *de illis per semetipsum:* Et quanquam aliquod interdum discrimen inter δειγματίζειν et παραδειγματίζειν Graecis intercidit, siquidem illud simpliciter connotat *exempli caussa ostendere*, hoc ob adpositam praepositionem, quae malam in partem sonat, *omnium oculis in spectaculum exponere*, aliquando cum ipsius famae periculo et intermixtis irrisionibus, quales in agendis triumphis non erant infrequentes. DIONYSIVS *Halicarnass. Roman. Antiquit. Libr. VII* Δηλοῦσι δὲ αἱ τῶν θριάμβων εἴσοδοι παλαιὰν καὶ ἐπιχώριον οὖσαν Ῥωμαίοις τὴν κέρτομον καὶ σατυρικὴν παιδιάν. Ἐφεῖται γὰρ τοῖς κατάγουσι τὰς νίκας, ἰαμβίζειν τε καὶ κατασκώπτειν τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας αὐτοῖς στρατηλάταις, ὡς Ἀθήνησι τοῖς πομπευταῖς τοῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πρότερον ἅμα τοῖς σκώμμασι παρορχουμένοις. *Sed et triumphorum deductio arguit, Romanis iam olim uernaculos fuisse scurriles istos et satyricos lusus. Permittitur enim, uictores deducentibus iambos et dicteria iacere in clarissimos uiros et ipsos Imperatores, quemadmodum Athenis solebant pompam in plaustris ducentes scommatibus obuios impetere.* Vnde MARTIALIS, *Libr. IV Epigr. XXXIII.*

Consueuere iocos uestri quoque ferre triumphi,
Materiam dictis, nec pudet, esse ducem.

Egregia tradit hanc in rem πολυμαθέστατος CASAVBONVS *ad Matth. I 19.* Αὐτὴν παραδειγματίσαι. Adferunt docti uiri e POLYBII *Libr. II* hunc locum: καὶ μετὰ τιμωρίας παραδειγματιζόμενον. Ille uero saepe hac uoce utitur, actiua autem *Libr. 15.*

Διὸ καὶ συνεχῶς ἰδόν ἄγειν κελεύοντες, καὶ παραδειγματίζειν τοὺς πάντων τῶν κακῶν αἰτίους. Hinc nomen παραδειγματισμὸς apud eundem Libr. VI· et παράδειγμα ποιεῖν pro παραδειγματίζειν dixit *Libr. IX*· Sunt et aliae quaedam uoces in his libris, quas uel non facile alibi, uel nusquam frequentius, quam apud POLYBIVM, reperias, cuiusmodi sunt εὐδοκεῖν, ἀθετεῖν, ἀντοφθαλμεῖν et φαντασία in ea significatione, qua utitur Lucas in Actis. Nec inerudite GROTIVS de uerbo παραδειγματίζειν scribit, quod POLYBIO de mortis supplicio usurpetur, ideoque et Demosthenes διακριτικῶς sensu ciuili dixerit, ζῶντα παράδειγμα ποιῆσαι, *uiuum, facere, ut emplum sit.* Apud HELLENISTAS autem de mortis poena usurpatum τὸ παραδειγματίζειν, adparet tum ex LXX· interpretatione *Num. XXV· 4.* tum ex additamentis ad *Estherem XIV· 9.*

Illud in primis uidetur commemorabile, quod in triumphantium honorem, et in uictorum et irridendorum ludibria, τροπαῖα, uel τρόπαια, selemniter fuerint erecta, hoc est, monimenta ἀπὸ τῆς τῶν πολεμίων τροπῆς. Consueuerant enim uictores, monente LYDIO in *Dissertat. de Triumpho Iesu Christi* eo loci, ubi uicissent, hostesque in fugam uertissent, stipitem quernum, addo, statuas et columnam, adornare, in quo exuuias et spolia, hostibus detracta, suspenderent, malorumque effigiem depingerent. Hebraeis constituebantur ידים, *manus*, trophaea, columnae, ad manus similitudinem effictae. Sic *1. Sam. XV. 12.* Saul Israelitarum rex, post uictoriam, erexisse sibi manum triumphalem dicitur. Volunt autem, ex sententia CORNELII a LAPIDE, MENOCHII, LYDII, interpretes arcum triumphalem, aut tropaeum intelligi, quod manus in summitate effigiem haberet. Allusum etiam ad tropaea *Ps. LX· 6.* Belgae notant. Portas etiam urbium et castellorum ablatas tropaeis esse exornatas ueteres commemorant, quos inter VIRGILIVS, *Aeneid. Libr. VII.*

-- -- -- Sacris in postibus arma
Et multi currus pendent, curuaeque secures,
Et galeae capitum et portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.

Huc

Hûc refert MENOCHIVS portas urbis Gazae a Samſone ſublatas, et in montis uerticem aſportatas, *Iud. XVI. 3.* Ea propter non aduerſabitur LYDIVS, ſi quis, CHRISTVM Dominum portas inferorum, *Matth. XVI. 18.* in Caluariae montem quaſi abſportaſſe, atque inibi, per Crucem tropaeum ſibi fixiſſe atque erexiſſe, contendat. Eodem nonnulli trahunt uerba *Zach. IX. 16.* Lapides coronarii pro uexillis erunt in terra illius. IOSEPHVS, *Antiquit. Iudaic. Libr. XV. Cap. 11.* ſtatuas armis ornatas ac circumdatas, uel potius ſpolia pendentia, notanter adpellat ἐπιθέσιμον κόσμον. GOTHI ET SVEVI, ex ritu inter ipſos perantiquo, cum uictoriam erant conſecuti, ſaxa ingentia erigebant, quibus praeclare geſta breuiſſimo titulo inſculperent, ut de iis refert OLAVS MAGNVS, *Libr. I. Cap. XXX.* PAVSANIAS *in Atticis*, PLVTARCHVS, MEVRSIVS, alii tropaeorum ex ſaxis imaginem plenius deſcribunt. Vid. IAC. LYDIVS l. c. *p. 297. ſqq. et Syntagm. Sacr. de Re Militari, Libr. III. Cap. VI.*

PLATONI in Gorgia inter genera poenarum collocat παράδειγμα, exemplum, quemadmodum *exemplum* TERENTIO pro atroci poena ſumitur. VALLA ad hunc locum itidem citat uerba DEMOSTHENIS contra AESCHINEM: ἂν μέν τοι διὰ πονηρίαν ἀργύριον λαβὼν καὶ δῶρα, καὶ τοῦτ' ἐξελεγχθῇ σαφῶς ὑπ' αὐτῶν τῶν πεπραγμένων, μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, ἀποκτείνατε. Εἰ δὲ μὴ, ζῶντα τοῖς λοιποῖς παράδειγμα ποιήσατε. *Quod ſi per facinus pecunia, muneribusque acceptis, et hoc plane congruatur ex rebus ipſis, quas geſſit, praecipuum quidem fuerit, ſi poteſtis, ut occidatis: Sin minus*, VIVENTEM CETERIS FACIATIS EXEMPLVM. In primis CAMERO perbelle monet, uocem παραδειγματίσαι expoſiturus: *Voluit exprimere Rabbinicum* פרסם, *quod proprie ſignificat* PROPALARE, EVVLGARE, PVBLICARE, addo, TRADVCERE, DIFFAMARE, EXEMPLVM FACERE, unde מוסר מפורסם eſt *caſtigatio publica*, παραδειγματισμὸς, *infamia, contemptus*, id quod colligi poteſt ex collatione *Cap. VI. u. 6. et Cap. X. 29.* Epiſtolae ad Hebraeos. Nam quod altero loco eſt παραδειγματίζειν, altero eſt ἐνυβρίζειν. Hactenus CAMERO. Sed propius ad Hebraeorum conſuetudines

nes eſt deueniendum, quas ut eo accuratius atque plenius poſſis percipere, pauca de poenis Hebraeorum Eccleſiaſticis, iure eorum canonico comprobatis, ſunt adferenda, praeſertim de elencho ueterum et caſtigationibus antiquis, quae ſingula ſequentes te paginae ſuccinčte et breuiter docebunt.

POENAE, quibus Hebraei feruntur adfecti ECCLESIASTICAE, commode poterant diuidi in VERBALES et REALES. Primum de his dicemus, quo deinceps eo promptius animum noſtrum ad παραδειγματισμὸν queamus adplicare. Primus poenarum gradus ſalutatur TALMVDICIS נדוי, *remotio*, (*ἀποσυναγωγία*) *excommunicatio*, quae

1.) NATVRALIS in menſtruis ac immundis, praeſertim in leproſis. Haec conſiſtebat α) in ſecluſione per ſeptem dies, *Leu. III· 8. Num. XII· 14.* β) in ſeparatione ab hominum contubernio et contactu, *Matth. VIII· 1. 13.* quem locum a nobis expoſitum uide *Matth. VIII·*

2.) CIVILIS excluſio e ſynedriis et ab libertate per ſexennium in ſeruitutem detruſio, quam ultimam facilius ex *2. Reg. IV· 1.* intelliges: והנשה בא לקחת את—שני ילדי לו לעבדים *Et mutuans uenit, ut accipiat duos filios meos ipſi in ſeruitutem, uel ſeruos;* Et ex *Matth. XVIII·* Μὴ ἔχοντος δὲ ἀυτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν ἀυτὸν ὁ κύριος ἀυτοῦ πραθῆναι, ϗ τὴν γυναῖκα ἀυτοῦ, ϗ τὰ τέκνα, ϗ πάντα ὅσα εἶχε ϗ ἀποδοθῆναι; *Ceterum quum is non eſſet ſoluendo, iuſſit eum Dominus eius uenundari, et uxorem eius, et liberos, et omnia, quae habebat, ac fieri ſolutionem, qua de conſuetudine fuſius iam ſuo loco nobis eſt dictum.*

3.) ECCLESIASTICA, quam SCRIPTORES *Noui Foederis ἀποσυναγωγίαν* adpellitant, ad quam praecipue debebamus oculos inflectere, cuius mentionem Paullus et Iohannes iniiciunt, *Ioh. IX· 22.* ἀποσυνάγωγος γένηται, *e Synagoga eiiceretur*, ad quem locum DRVSIVS perbelle admodum: Vtrum per נדוי, *Niddui*, an per חרם, *Cherem?* De Niddui olim ſuſpicati ſumus, et perſuaſimus uiro dicto. Vid. *Quaeſt. meas Libr. I. Quaeſt.*

Quaest. 9. De Cherem alius opinatur, sed non persuasit mihi. Relinquamus hoc in medio. Descendit autem נדוי a נדה, *separauit*, *proscripsit*, et γενικῶς designat quamcunque exclusionem, seu excommunicationem, εἰδικῶς autem in libris Talmudicis ἀποσυναγωγίαν, *eiectionem ex synagoga*, quam Hebraeorum Magistri nonnunquam שמתא, a שמת, *separare*, adpellitant, quod ex MAIMONIDE *Hilc.* תלמוד תורה, *Cap. VII. 2.* intelligi poterat, quum significanter ait: כיצד הוא הנידוי אמרים פלוני יהוה בשמתא: *Quomodo instituitur Niddui?* Dicunt: *Esto in Schammata*, excommunicatione. Cauendum tamen, ne haec שמתא ab radice שמת, *separauit*, comminiscatur cum שמתא, uel שמאתא, a שם, *nomen κατ᾽ ἐξοχὴν*, *Messias*, et אתא, *uenit*, quae excommunicationis species cum מרנאתא, facit idem, siquidem illa consistebat in nuda ἀποσυναγωγίᾳ, *eiectione ex synagoga*, haec uero summus fuit anathematis gradus, quod ex sequentibus euidenter patebit. MAIMONIDES loco citato tempus excommunicationis relaturus, triginta fuisse dierum, existimat, et non minutum, sed auctum esse, putat: מי שישב בנידוי שלשים יום ולא בקש להתירו מנדין אותו שניה ישב שלשים יום אחרים ולא בקש להתירו מחמירין אותו: *Is, qui excommunicatus erat triginta dies, neque ut soluatur, rogat, is alios triginta dies excommunicatus esto. Si ne tum quidem anathemati subiiciatur.* Ad fruges autem rediturus dicitur ueniam consecutus. Formulae, quas tradunt passim TALMVDICI, sequentis sunt tenoris: שרוי לך או מחול לך *Venia tibi data est;* פלוני שרוי לו ומחול לו *N. ueniam habeat.* Priore utuntur, quum excommunicatus sit praesens, si absens fuerit, posteriori. Excommunicatos tamen habuisse potestatem intrandi loca sacra, ueluti Templum, quamuis ad alios introitus leges adstrictos, ex *Hilc.* מרות, *Cap. II. 2.* clarius constat. Audiamus doctissimum uirum, a nobis iam laudatum: Qui per Niddui excommunicatus erat, inquit, dicebatur מנודה, *Menudde.* Qui excommunicabant eum מנדים, *Menaddim*, uocabantur, XXIV. erant caussae, ob quas aliquem ita excommunicabant, de quibus liber, qui inscribitur *Principium sapientiae breue, 21. 1.* Qui in hac excommunica-

nica-

nicationis specie moriebatur absque resipiscentia, eum iudicabant dignum lapidatione, itaque lapidabant urnam eius, *Libr. Musar. 121. 2.* Eleazar F. Henoch uilipendit χειραςσίαν, quam uocant נטילת ידים, eleuationem manuum. Coetu mouerunt eum, mortuus est in hac excommunicatione sua, et urnam eius lapidarunt. Olim in Templo Salomonis porta erat, per quam intrabant sponsi, et alia, per quam ingrediebantur lugentes et המנרים, *qui separati et coetu moti erant.* Licebat ergo his ingredi templum. An etiam synagogam? Non puto. *R. Iuda in Libr. Musar. 95. 1. Cum Salomo exstrueret domum sanctuarii, exstruxit duas portas, unam sponsis, alteram lugentibus et separatis, siue summotis. Israelitae autem ueniebant Sabbathis, et sedebant inter duas istas portas. Qui ingrediebatur portam sponsorum, eum sciebant esse sponsum, cui dicebant: Is, cuius nomen habitat in hac aede, laetificet te filiis. Si intrabant aliqui per portam lugentium et separatorum, si labrum superius uelauerat, sciebant esse lugentem. Itaque dicebant ei: Qui habitat in hac aede, is exhilaret, et consoletur te. Quod si labrum superius non erat uelatum, cognoscebant esse separatum, i.* מנודה. *Ei dicebant: Qui habitat in hac aede, indat cordi tuo, ut audias uerba sociorum tuorum etc. Ex quo destructa fuit domus sanctuarii, statuerunt, ut sponsi et lugentes intrarent synagogas et gymnasia, siue scholas; et uiri, qui illic erant uidentes sponsum, laetabantur cum eo, et cum lugentibus sedebant in terra etc.* Quae certe merentur attendi, sed cum occasio alibi sit oblata, ex instituto hanc in ἀποσυναγωγίαν inquirendi, plura hic, nisi quae commemoratione perquam digna sunt uisa, non adiiciam.

SECVNDVS EXCOMMVNICATIONIS GRADVS, qui נדוי, *Niddui*, excepit, dicitur חרם, ANATHEMA, et Niddui multum grauior erat. APOSTOLVS hanc speciem uocitat παραδοῦναί τινα τῷ Σατανᾷ, *tradere aliquem Satanae 1. Cor. V. 5.* εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, *ad interitum carnis, 1. Tim. I. 20.* qua iuste prosequebatur incestuosum, Hymenaeum et Alexandrum. De hoc anathemate HOTTINGERVS pereruditе fatur: *Ad terrorem omnibus incutiendum inflantur buccinae, promulgantur delicta, deuotionibus et execrationibus horrendum in modum ἀποσυναγωγὸς*

γωγὸς

γωγὸς *subiicitur.* Solenniter, adstante tota Ecclesia, accensis luminibus, euoluitur uolumen legis. Anathematizans uero ipsum sic effatur: פלוני מוחרם וארור בך אלה בך שבועה בך נידוי והיו עליך מכות גדולות ונאמנים וחלאים רבים ומשוני אשר כתובים בתורה הזה׃ *N. anathematizatus et maledictus esto. Inuadat te execratio et iuramentum, excommunicatus esto: Sint super te plagae magnae et fideles, morbi magni et horribiles,* qui scripti sunt hac in lege. Hic non tantum ἀποσυνάγωγος fertur, sed et exclusus ab omni populo Israelitico, Satanae εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς traditus. Concinne R. ELIAS *in Thisbi uoce* נידוי: *Tres sunt species excommunicationum, scilicet* נידוי, חרם et שמתא. *Niddui* הריחוק הוא *consistebat in segregatione; Quod si ita quis non resipisceret,* היו מחר יומי אתו, *deuouebant eum per Cherem: Et si nec tum resipisceret,* היו משמתים אתו, *deuouebant illum per Schammata.* Vid. etiam DAVID DE POMIS, *Lexic. 226. 2.* IOSEPH. KARO *in Schulchan Aruch Chôsen hammischpat n. 11. et Iore deah n. 334.* COCCEIVS *ad Sanhedrin p. 146.* SELDENVS *de Iure Nat. et Gent. Libr. IV. Cap. VIII. p. 529.* BVXTORFF. *Lexic. Talmud. p. 2463.* LIGHTFOOT. *Hor. Hebraic. p. m. 113.* PFEIEFER. *Antiquit. Hebraic. p. 172. sqq.* LVDOV. CAPPELLVS, *Capit. Esdr. X. u. 8.* facere ad illustrationem huius phraseos et moris Iudaeorum, arbitratur, cum de isto ita scribit: Locus hic est: *Proclamarunt per totam Iudam et Ierusalem omnibus illis, qui redierant a captiuitate, ut congregarentur Hierosolymam; futurumque, ut quicunque intra tres dies non uenisset Hierosolymam, ex sententia principum et seniorum:* יחרם כל רכושו והוא יבדל מקהל הגולה׃ ANATHEMATE CONSECRARENTVR *omnes eius facultates,* IPSE *autem* SEPARARETVR A COETV EORVM, QVI A CAPTIVITATE REDIERANT. Quanquam in eo uidetur hallucinatus, quod eiectionem illam ad ἀποσυναγωγίαν referat, siquidem חרם, praeter eiectionem ex Synagoga, insimul inuoluit separationem a coetu Israelitarum. Nonnulli quoque locum *Num. XV. 30.* huc referendum censent: והנפש אשר תעשה ביד רמה מן האזרח ומן הגר את יהוה הוא מגדף ונכרתה הנפש ההיא

ההיא מקרב עמה: Quae uerba LVTHERVS, nec male, transfert : Wenn aber eine Seele aus Frevel etwas thut, es sey ein Einheimischer, oder Frembdling, der hat den HErrn geschmähet. Solche Seele soll ausgerottet werden aus ihrem Volck. Et u. 31. הכרת תכרת הנפש ההיא עונה בה, id est, *exscindendo exscindatur;* Sie soll schlecht ausgerottet werden, die Schuld sey ihr. Sed enim quia *1. Tim. I. 20.* amplissimus hoc de argumento disserendi locus nobis dabitur, beneuolum Lectorum ad locum istum uolumus remissum.

TERTIVS EXCOMMVNICATIONIS GRADVS, omnium grauissimus, uocatur TALMVDICIS aliquando שמאתא, siue שמתא, id est השם אתא, *quando Dominus*, hoc est Messias *uenit ad iudicium;* Aliquando מרן אתא, sicuti PAVLLO *1. Cor. XVI. 22.* quod itidem sonat : *Quando Dominus ueniet ad iudicium;* Interdum חרם למיתא, uel מחרם מותא, *anathema ad mortem*, quo te tamen etymo inter Philologos non conuenit. Videsis ea, quae disceptauimus fusius in notis ad *1. Cor. XVI. 22.* Illud ὡς ἐν παρόδῳ monendum puto, quod LVTHERVS, cum uertit : Der sey *anathema Maharam motha*, et in glossa interiecta : Verbannet zum Tode, lapsus crimen neutiquam incurrat, siquidem non respicit ad peruersam interpretationem, ex male intellecta lectione desumptam, sed ad ritus Iudaeorum, quibus hic excommunicationis species non raro מחרם מותא nomine uenit, quod talis excommunicatus mortis aeternae reus iudicaretur, id quod contra nasutulos et empaectas apprime obseruatione dignum.

Multi fuimus hactenus in tradendis praecipue poenis Ecclesiasticis, quas REALES adpellare ueteres amant. Scopus ergo praefixus, ut VERBALES attentis etiam oculis contemplemur, iam postulat. Traditur uero a MAGISTRIS duplex uelut ἔλεγχος 1.) quidem REPREHENSIO PATERNA תוכחה non ineleganter dicta, quam prodere consueuerunt lingua, sicuti loquuntur Hebraei, submolli, intra priuatos parietes, unde et TALMVDICIS תוכחת בסתר ובלשון רכה ודבר נחת: *Reprehensio in occulto et lingua molli et uerbo quietis*, ἐμφα-

ἐμφατικοτάτως dicta. 2.) נזיפה, OBIVRGATIO, quae uel priuata, uel publica, siue solemnis, ubi scelera perditorum hominum מחרפין exprobrabant, *παραδειγματίζοντες*, utramque R· LEVI BARSELONITA graphice describit subsequentem in modum : בתחלת התוכחה ראוי להוכיח בסתר ובלשון רכה ודבר נחת כרשלא יתבייש ואין ספק שם לא חזר בו בכך שמכלימין החוטה ברבים ומפרסמין חטאו ומחרפין אותו עד שיחזור למוטה : *Initium reprehensionis fieri debet clam, lingua submolli et uerbis placidis, ne in ruborem conuertatur. Sine dubio tamen, si hac ratione in regiam non redeat, peccatorem publice confundunt, peccatum eius παραδειγματίζοντες, et exagitantes, usque dum ad frugem redierit.* In ipsa historia N· T· has ad consuetudines adlusum uidemus. Sic enim CHRISTVS ipse *Matth. XVIII· 15. 16.* in mandatis suis hunc elenchum dedit : Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξύ σου καὶ αὐτοῦ μόνου. Εάν σου ἀκούσῃ ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου. Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο. Ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα. Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ. Ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. *Porro, si peccauerit in te frater tuus, uade, et argue eum inter te et ipsum solum, si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Sin uero te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, aut duos, ut in ore duorum, aut trium testium, consistat omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiae, quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi uelut Ethnicus et Publicanus.* Vid. omnino HOTTINGERVS *de Iur. Hebraeorum p. 321. et 322.* Sed propius ad *παραδειγματισμὸν*, quem nobis Euangelista uidetur in memoriam reuocare, est deueniendum, qui quidem animos interpretum suspensos relinquit, cum SPIRITVS S· nihil hic, utrum publica sit intelligenda poena, et qualis? definiat. Interim in ritus Hebraeorum expendendos jam excurrere, pium aequumque ducimus, quanquam in tam ardua, tamque incerta ac ambigua controuersia, iudicium aliquando suspendendum erit. Quatuor Synedrio

TALMVDICI supplicioru genera relinquunt, quod ex *Sanhedrin. Cap. VII*. euidenter patet : ארבע מיתות נמסרו לבית דין סקילה שריפה הרג וחנק: *Quatuor supplicia tradita sunt Senatui :* LAPIDATIO, VSTVLATIO, OCCISIO *per gladium*, STRANGVLATIO. Lapidationis supplicio plerumque adulterii suspecti et conuicti afficiebantur, id quod ex historia Susannae et *Ioh. VIII. 5.* adparet, quanquam Hebraei *Sanhedr. Cap. X.* adulterio etiam strangulationem dictant. Qui lapidatos adulteros censent, non destituuntur argumentis, ex antiquitate Hebraea desumptis. *Sanhedr. Cap. VII. §. 4.* Qui rem habet cum uxore patris, חייב עליה משום אשת אב ומשום אשת איש: *reus est lapidationis ob eam, tum quod sit uxor patris, id est*, OB INCESTVM, *tum quod sit maritata, id est*, OB ADVLTERIVM. Consentit *R. David Kimchius ad Ezech. XVI. 40.* MOSES KOTS. *fol. 188. col. 4.* octodecim lapidationis candidatos numerat, quos inter et ille, qui concumbit cum puella desponsata, quod tamen cum grano salis intelligendum esse censent Phil-Ebraei. Vid. *Ioh. VIII. 5.* COCCEIVS *ad Sanhedrin Cap. X. p. 79.* LEVSDEN. *Phil. Mixt. p. 327.* SIXTIN. AMAMA *Antib. Libr. III. p. 610.* SIGONIVS *de Republ. Hebr. Libr. VI. c. 8.* PFEIFFER. *Antiquit. Hebr. Cap. II. p. 16. sq.* LIGHTFOOT. *Hor. Talmud. ad Ioh. VIII. 5.* Nonnulli cum LEVSDENIO existimant, mulierem CHRISTO adductam uiro tantummodo desponsatam, nondum uero ductam fuisse, quales ex traditione TALMVDISTARVM lapidibus obrutae, quod tamen PFEIFFERO non uidetur uerisimile.

Edidit ANONYMVS aliquot ante annos Hagae, licet in Germania typis uideatur impressum, Schediasma de Locis SCRIPTVRAE quibusdam, ex ritibus illustrandis, quo imagines saltim, non filias sacerdotum et aliorum scortantes crematas et occisas esse, nimis audacter contendit. Verum enim uero haec opinio magis uidetur erudita, quam solida, siquidem nulla huius rei uestigia in lege et antiquitate Iudaica deprehendimus. Interim difficilius est, tacente SBRIPTVRA, explicatius tradere, quid EVANGELISTA intenderit phrasi: Nolebat eam παραδειγματίσαι. CASTALIO ad h. l. rotunde:

NEC

NEC IN EAM VELLET EXEMPLVM EDERE, *hoc eſt, publice ſupplicium ſumere, quod fieri lex iubebat in adulteras. Quod ſi cum ea clam diuortium feciſſet, putaretur uitiata coelebs. Nam ſponſalia, quae fieri ſolent intra priuatos parietes, poterant celari. Ita uitaſſet Ioſephus Mariae non infamiam* (nam coelibem comitaretur infamia ſtupri) *ſed mortem. Malebat autem uir clemens, eam uitiatam coelibem uideri, quam ut adulteram capite plecti.* Quanquam ſponſa ſalutabatur ante deductionem ſolemnem in ſponſi domum, ſponſalibus rite peractis, per πρόληψιν uxor, in rei ueritate tamen nondum uxor extitit, cuius ultima uelut plenaria iura demum poſt benedictionem ſacerdotalem, quam ברכת כשואין, *benedictionem coniugalem*, uocant, in nouam nuptam uenerunt. Quod ſi mulier poſt hanc benedictionem et concubitum adulterii conuinceretur, atrociorem utique poenam tulit, ſiquidem tum poena capitalis per modum inquiſitionis in eam ſtatuebatur, cuius proceſſus graphice הלכות סוטה, *Cap. I· 4.* deſcribitur: היו מעלין אותה לבית דין הגדול שבירושלים ומאיימין עליה בדרך שמאיימין על עדי נפשות ואומרים לה בתי הרבה יין עשה הרבה שחוק עושה הרבה ילדות עש׳ הרבה שכני הרעים עושים עשי לשמו הגדול שנכתב בקדושה שלא ימחה על המים: Quae WAGENSEILIVS ſequentem in modum tranſtulit: *Adducta fuit mulier, adulterii ſuſpecta, in magnum iudicium Hieroſolymitanum: Ibi eam territabant, ſimili prorſus modo, quo in cauſſa capitali teſtimonium dicturis, formidinem iniicere ſolebant. Et uero aiebant illi: Filia chariſſima, forſitan* (VT DELINQVERES,) *uinum immodicum in cauſſa, aut petulantia, uel etiam iuuenta nimia. Fortaſſe multitudo improborum uicinorum occaſionem praebuit. Age in gratiam nominis illius Magni, quod ſanctiſſima cerimonia deſcribitur, non committe, ut id aqua delere oporteat.* Tract. סנהדרין, Cap. VI· 2. recenſetur formula, quam uidere poteras apud IOHANNEM, *Cap. IX· 24.* Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ, ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν, Da gloriam Deo, nos ſcimus, quod hic homo peccator ſit. Confeſſionis formulas legendas exhibet HOTTINGERVS ad GOODWIN· *Moſ. et Aaron. Lib. V· Cap. VI· p. 803.* Poenae ſuppli-

ſupplicium deſcribitur MISCHNA SANHEDRIN, *Cap. VI. 1. 2. 3. 4.* היה רחוק מבית הסקילה עשר אמות אומרים לו התודה היה רחוק מבית הסקילה ארבע אמות מפשיטין אותו בגדיו האיש מכסין אותו מלפניו והאשה מלפניה ומאחריה דברי רבי יהודה וחכמים אומרים האיש נסקל ערום ואין האשה נסקלה ערומה: Quae, ex COCCEII uerſione, ita ſonant: *Quando decem cubita abeſt a loco lapidationis, iubetur confiteri, et quando a loco lapidationis abeſt quatuor cubita, ueſtes ei detrahuntur. Maris anteriora uelantur, mulieris et poſteriora. Sic cenſet* R. IEHVDA. *At ſapienter ſic pronuntiant: Marem nudum lapidibus obrui, mulierem non item.* In ſumenda adulterii poena prouocant ad *Ezech. XVI. 38. Iudicabo te iudiciis adulterarum,* dicit Dominus, quae iudicia u. 40. commemorantur: *Obruent te lapidibus,* in quo lapidationis actu apprime commemoratione dignum, quod praeiuerit הקורא, ſeu הכרוז, *clamans*, ſeu *κηρύσσων*, uel *κήρυξ*, (uox enim Talmudica כרוז Graecae originis eſt,) praeco publicus, qui clamabat ex ſententia MOSIS KOTS. *Sanhedr. Cap. VI. 1. Hic, uel haec, uadit ad ſupplicium: Vir iſte, mulier haec* etc. Textus ſic habet: כרוז יוצא לפניו איש פלוני בן פלוני יוצא ליסקל על שעבר עבירה פלונית ופלוני ופלוני עדיו כל מי שיודע לו זכות יבא וי[illegible] עליו: *Praeco praecedebat damnatum, et clamabat:* Vir iſte N. filius N. lapidandus *dicitur ob perpetratam culpam N. Teſtes ſunt N. et N. Quicunque uero ipſum innocentem probare poteſt, accedat, atque doceat.* Hinc intelligitur locus Paullinus, quo, licet adhuc inter uiuos commoraretur, lapidibus tamen fertur obrutus. Nimirum acceſſit unus, uel alter Aduocatus, qui, cauſſam Apoſtoli iuſtiſſimam palam oſtendendo, ab imminente morte ipſum eriperet. Poſt latam legem, ex Magiſtrorum mente, mulier maledicta, in quam aquae amaritudo uirus ſuum, cum ipſius mortis ſubſecutae fructu, euomuerat, mortua, lapidibus obruebatur, ſed poſtea cum aqua amara amplius non poſſet affundi, uiua fuit lapidata. Iam ſi hiſtoriam N. T. intentiore animo perpendimus, euidentiſſime patet, Mariam hoc ſenſu neutiquam uxorem adpellari poſſe Ioſephi. Ergo nec potuiſſet Maria

Maria, secundum leges et traditiones Iudaeorum, hac adulterae uxoris capitali poena, qua singulas circumstantias, uel iisdem ritibus, affici.

Nonnulli coniiciunt, Iosephum uel ideo Mariam clam uoluisse dimittere, ne in uulgus fieret notum, ipsam fuisse desponsatam. At enim cum testes in celebrandis requirerentur sponsalibus, factum illud non potuisset usque adeo celatum mansisse, Iosephum uero clandestina cum Maria suscepisse sponsalia, uel priuatos intra parietes, uti sentit CASTALIO, nullam ueritatis imaginem ostendit. De testibus, ad sponsalia conuocatis, uelim, consulatur denuo MAIMONIDES, *Tract.* אישות *Cap. I.* שנתנה תורה נצטוו ישראל שאם ירצה האיש לישא אשה יקנה אותה תחלה בפני עדים ואחר כך תהיה לו לאשה שנ׳ כי יקח איש אשה: *Lege data Israelitica, qui uxorem ducere uolebat, eam PRAESENTIBVS TESTIBVS primum sibi acquirere iubetur; Postea demum est uxor eius.* Accedit et illud, quod sponsa ante concubitum, per aliquod tempus, suauiter fuerit per πρόληψιν, uti diximus, more deamantium, salutata אשה, cuius rei rursus MAIMONIDEM testem auoco, qui loco citato significanter ait: כיון שנקנית האשה ונעשית מקורשת אף על פי שלא נבעלה ולא נכנסה לבית בעלה הרי היא אשת איש והבא עליה חוץ מבעלה חיב מיתה בית דין ואם רצה לגרש צריכה גט: *Postquam femina emta, et sic desponsata est, quamuis nondum compressa, aut in domum introducta fuerit, nihilominus uxor mariti cognoscitur. Hinc qui cum illa, si maritum exceperis, congreditur, ille se reum facit mortis, per synedrium inferendae. Ita si illam dimittere uult, libellus repudii requiritur.* Luce uero meridiana clarius esse, puto, Genus semper in eiusmodi loquendi formulis Masculinum sub se complecti femininum. DRVSIVS Antiquitatum indagator sagacissimus et longe felicissimus ad uerba *Gen. XXIX. 21. da mihi uxorem meam*, et *Matth. I. 19. uxorem tuam*, haec adiecit: id est, SPONSAM MIHI PACTAM. Nam VXOR dicebatur post קרושים, *sponsalia*, quae fiebant uel *pecunia*, uel *instrumento*, uel denique *congressu*. Quae omnia

mnia requirebant testes ad minimum duos. Nam sine testibus irrita erant sponsalia, licet ambo confiterentur. Videndus MOSES DE KOTSI *in Libr. Praeceptorum Magno*, ubi agit *de sponsalibus, fol. 124. col. 1.* Quibus addo, quae habentur *Libr. Precum fol. 364. p. 2. Qui despondet mulierem, adducit testes, et desponsat coram eis pecunia, aut re aliqua aequiualente, etiam obolo, quem dat ei coram illis, et dicit: ESTO MIHI DESPONSATA HAC RE SECVNDVM LEGEM MOSIS ET ISRAEL. Quod si non adfuerint testes, desponsatio eius nulla est, etiamsi ambo confessi fuerint. Quod si desponsauerit eam socio suo, seu alteri, dicit: Esto desponsata N. annulo hoc secundum legem Mosis et Israel.* Ceterum fumus in oculis meis, quod ait, uel congressu. Nam post congressum non sponsa erat, sed uxor re uera. Congressus autem, siue coitus, id est, ביאה fiebat post benedictionem, cum iam sponsa in thalamum introducta esset. Vid. *Autor. Libr. Musar. Cap. VI.* Interim sponsam post sponsaliorum benedictionem, supra expositam, uxoris uenisse nomine, Hebraeorum Magistri unanimiter consentiunt. Videsis SELDENVM *in Vxore Hebraea* et LIGHTFOOT. ad hunc locum, et item HOTTINGERVM, qui in notis ad GOODWIN. *Mos. et Aar. Libr. VI. Cap. IV. p. 887.* perbelle scribit: Ex hoc iure Iosephus cum Maria desponsatus *ἀνὴρ Μαρίας*, Maria uero *γυνὴ τοῦ Ἰωσὴφ* uocatur. Iura Hebraeorum in tali casu mortem adulterae dictitabant, nisi sponte maritandus eandem dimitteret, mediante enim libello repudii, et intercedente sponso, inprimis si sponsa tenuiori adhuc esset aetate, ac in ceteris actionibus uitae non perdite transactae testimonium prae se tulerit. Quod si sponsus pro ipsa rogaret coram Synedrio, et illam uitae redderet, *παραδειγματισμοῦ* incurrebat poenam, hoc est, publice in forum trahebatur, ut exemplum statueretur, ut solemne spectaculum, corona in caput posita, et famosis uestibus induta, omnium risui ac ludibrio exponeretur, ut infamiae nota inureretur, id quod MAIMONIDES l. c. dicit: מפרסמין חטאו ומחרפין אותה, *peccatum eius παραδειγματίζοντες, et exagitantes ipsam*, similem fere in modum, quo *καθάρματα* excipiebantur, et SERVATOR ipse, cum in forum et supplicium duceretur. Si uero sponsus nullam actionem contra ipsam institueret, nec ullam uel famae, uel impensa-

pensarum restitutionem in foro peteret, clam dimissa credebatur, atque sic *παραδειγματισμὸν*, iam a nobis descriptum, poterat effugere. Quod si ergo, singulos ritus hos Iosephi memoria fuisse in usu, satis constaret, MATTHAEVS facilius intelligeretur. Sed hac in re ambigua *ἐπέχειν* malo, quam incerti quid statuere. Sufficit, Iosephum noluisse Mariam in iudicium trahere, et infamiae periculum ab ipsa auertendum putasse, quam ob caussam Euangelista dedit ipsi testimonium ad posteros commemorandum, de quo DRVSIVS perquam belle: CVM ESSET IVSTVS, id est, *uir bonus*. Nam ταυτὸν τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἀγαθόν. *Siquidem uir bonus, qui uirtute praeditus.* Virtus autem iustitia dicitur, ut *ibi Corona decora senectus, in uia iustitiae inuenietur.* CAMERO concinne: Δίκαιος ὤν. *Phrasis est Hebraica,* צדיק *nempe illis idem est, quod* חסיד, ἐλεήμων, *quomodo et* צדקה *passim* ἐλεημοσύνην *significat. Non hic ergo significatur Iosephi iustitia commutatiua, aut distributiua, sed probitas, benignitas, clementia et animi mansuetudo.* Nec GROTIVS ab hac Cameronis opinione multum abludit, dum צדקה, δικαιοσύνην Iosephi, interpretatur per χρηστότητα, siue misericordiam, quam BONITATEM adpellamus, sicut apud Danielem et alibi צדקה acciperetur. Sed enim tria quatuor hic praecipue monenda duximus, 1.) quod Iosephus procul dubio iustus fuerit, uera fide tum ἐρχόμενον expectans ita, ut praecipue collaudetur a iustitia fidei, sine qua nemo nec iustus, nec bonus dici poterat, 2) quod hic praeter fidei iustitiam significetur in genere uirtus, ad quam omnia referuntur, iuxta prouerbium: *Iustitia in sese uirtutes continet omnes.* 3) Quod Iosephus praesertim laudem tulerit a iustitia, quae ab ἐπιεικείας iure proficiscitur, de qua non male GROTIVS: *Propius huc pertinet, quod* ARISTOTELES *ait* τὸ ἐπιεικὲς (aequum) *esse* δίκαιον δικαίου τινος βέλτιον, *iustum aliquod melius iusto altero*, et τὸν ἐπιεικῆ *uirum aequum describit* τὸν μὴ ἀκριβοδίκαιον, ἀλλ' ἐλαττωτικόν, *non summo iure utentem, sed cedentem de suo. Praecipue autem bonitas haec se ostendit, quoties poenas legibus praescriptas non rigide exigimus. Nam ut ait* SOPATER PHILOSOPHVS: τὸ ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι κείμενον τῆς δίκης οὐκ ἀναλύεται τὸ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον τῶν χαρίτων πρόσωπον; *Pars iuris, quae circa*

delicta uersatur, non repudiat mitem et humanum uultum Gratiarum. CHRYSOSTOMVS bene hoc loco: *Δίκαιος οὖν ὤν, τοῦτ' ἐςι χρηςὸς ϰ ἐπιεικής, iustus cum esset*, id est, *bonus ac facilis*. PRICAEVS tandem subnectit: Hinc δίκαιοι et χρηςοὶ apud Aristophanem παραλλήλως positi et δίκαιος ϰ χρηςὸς ἀνὴρ apud Plutarchum. Δίκαιος ergo, praeter illam iustitiam fidei, subinuoluit uirum ἐπιεικέα, qui non summo ubique iure agit, sed remittit aliquid, cum legum auxilio uti poterat. Hebr. סלח, *propitius*, *Ps. LXXXVI. 5.* Vocatur alias συγγνωμονικὸς, cui opponitur ἀκριβοδίκαιος, qui ius suum pertinaciter tuetur, cum remittere possit, et debeat. Vnde uoluntatem DEI Euangelicam in Theologia adpellamus ἐπιείκειαν, ubi DEVS non summo iure agit, sed remittit de rigore legis, *1. Ioh. I. 9.* Ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιςός ἐςι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, ϰ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας; *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et iustus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate.* Nulla certe uirtus, quam haec δικαιοσύνη, poterat esse homine Christiano dignior, siquidem haec in CHRISTO affulsit ita excellentissime, ut pro ipsis intercederet hostibus. Sed ubi sunt homines hodie, quibus huius δικαιοσύνης iura semper animo sint infixa, et decenti more in usum ueniant? 4) Apud Danielem quidem occurrit uox צדקה, cuius in examine interpretes desudant, diuersasque in sententias abeunt, praesertim *Dan. IV. 24.* Sed nihil minus, quam eleemosynas denotat.

Fontes habent l. c. להן מלכא מלכי ישפר עליך וחטיך בצדקה פרק ועויתך במחן ענין הן תהוה ארכה לשלותך: *Arabs* ex Vers. Anglic. *Quapropter o rex, gratum habens consilium meum, redime peccata tua misericordiis, et impietates tuas pietatibus erga pauperes; Forsitan erit Deus longanimis* עלי, *erga lapsus tuos.* SYRVS מטלהדא מלכי נשפר עליך וחטהיך בזדקא פרוק ועלותך במרחמנותא דמחילי ערמא דנרחק מנך סכלותך: *Proinde consilium meum pulchrum sit tibi, et peccata tua iustitia redime, et iniquitatem tuam*

tuam misericordia erga imbecillos, usque dum longe amoueat abs te insipientias tuas. SEPTVAGINTA SENES: Διατοῦτο βασιλεῦ ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἁμαρτίας σοῦ ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων, ἴσως ἔσαι μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου ὁ Θεός. VVLGATVS: *Quam ob rem, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua* ELEEMOSYNIS *redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum. Forsitan* IGNOSCET DELICTIS TVIS. D. LVTHERVS: Darumb, Herr König, laß dir meinen Rath gefallen, und mache dich loß von deinen Sünden, durch **Gerechtigkeit**, und ledig von deiner Missethat, durch Wohlthat an den Armen, so **wird er Gedult haben mit deinen Sünden.** Videntur uerba haec pugnare cum Analogia fidei, siquidem non eleemosynis et ex operibus, sed sola fide iustificamur. MENOCHIVS, CORNEL. a LAPIDE, BELLARMINVS, alii retorquent ad satisfactionem operis. HVTTERVS et FRANZIVS trahunt ad ablationem, uel mitigationem poenarum temporalium, unde et olim CHEMNITIVS et GESNERVS existimauere, peccata, ex more Scripturae *Leu. XX. 19. Num. IX. 13.* poni pro poena, ita ut rex poenam amoliri debeat beneficentia. DIETERICVS adserit, beneficentia peccata deleri non apud DEVM, sed apud homines, eo sensu, quo *Prou. X. 12.* charitas dicatur operiri multitudinem peccatorum. BRENTIVS ait: Eleemosyna redimit a morte et liberat a peccato σημαντικῶς uel μετωνυμικῶς, quia testificatur de fide et remissione peccatorum, tanquam fructus de bonitate arboris. Alii aliter sentiunt. Pii maiores mentem SPIRITVS S. propius adsecuti *in Aug. Conf. Artic. IV. p. 184.* perbelle: Darumb fodert Daniel erstlich Glauben, da er צדקה, **Gerechtigkeit**, nennet, und spricht: **Löse deine Sünde mit Gerechtigkeit**, d. i. mit Glauben gegen GOtt, dadurch du gerecht wirst. Dazu thue auch gute Wercke, nemlich warte deines Ambtes, sey nicht ein Tyrann, sondern siehe zu, daß dein Regiment Landen und Leuten nützlich sey, halte Friede, und schütze die Armen wieder unrechten Gewalt. **Das seyn Fürstliche** *Eleemosynae.* Ne ergo multus sim, textum *Chaldaeum*, ex uerissima Dei mente, transfero: *Propterea, rex, consilium meum excellentissimum sit super te, et peccata tua abrum-*

abrumpe iustitia (fidei) *et curuitates, siue iniustitias tuas, misericorda adflictis, i. e. erga depressos, ecce erit longitudo, seu prolongatio tranquillitati tuae,*

Jubet *Propheta* regem, ut 1) εὐαγγελικῶς in regeneratione et iustificatione, per iustitiam fidei, consequatur remissionem peccatorum coram Deo, 2) νομικῶς in sanctificatione, in nouitate uitae את־ אלהים, ante Deum, i. e. coram Deo, obambulet, atque simul remissionem iniustitiarum inueniat coram homine. Primum illud impertire debebat צדקה, *iustitia fidei*, posterius uero חן, *gratia*, uel *misericordia*. Fructus huius poenitentiae et nouae uitae recensetur ארכה לשלותך, *tranquillitas*, partim interna animae spiritualis, partim externa fortunae felicitas. חטא et Graecum ἁμαρτάνειν ἰδίως connotat *aberrare ab scopo, deflectere ab recta uia*, ut subinde fit a peregrinantibus, uenatore, funditoribus. Vox ab ritu peregrinandi, uenandi, funditandi delata, postmodum μεταφορικῶς refertur ad peccatores, qui deflectunt a ueritatis et diuinis sanctimoniae semitis, in quaecunque deuia, et uidetur *Propheta* hic regi peccata, quae in Deum ἀμέσως commiserat, in memoriam uocare. Vereor etiam, ut צדקה, stilo V. T. notionem eleemosynarum inuolutam habeat. Certe, *Prophetarum memoria*, huiuscemodi significatio uix in consuetudinem iuit, licet Lexicographi plerique, cum literatissimo SCHINDLERO, *p. m. 1522.* eandem tueri sustineant, *Ps. XXIV. 5. benedictionem a Domino et* צדקה, *iustitiam, a Deo salutis ipsius*, צדקה designat iustitiam fidei, quemadmodum *Gen. XV. Abrahamus* credidit in Deum, et imputauit hoc ipsi Deus צדקה, in iustitiam. *Prou. X. 2. XI. 4. iustitia liberabit a morte* צדקה, denotat uel iustitiam fidei solam, uel iunctim iustitiam fidei et sanctimoniae, sicuti u. 6. dicitur iustitia ישרים, *rectorum*, quarum primam accipimus a Deo in regeneratione et iustificatione, secundam in renouatione. Prior refertur ad actum iustificationis, posterior ad statum iustificati. Prior αἰτιολογικῶς iustos uera fide meritum Christi adprehendentes efficit, posterior συμβολικῶς et σημαντικῶς ueris de fidelibus, ut consequens et fructus, testificatur. Prior liberat a morte spirituali

rituali et aeterna *ἐυαγγελικῶς*, uel *κατ' ἐπιείκειαν* euangelicam, posterior a morte temporali ciuiliter infligenda *suo modo νομικῶς*. Prior liberat a morte *αἰτιολογικῶς*, efficienter actum iustificationis ingrediendo, posterior *μετωνυμικῶς* et *κατὰ γνώρισμα*. Interpretes ueteres mentem hanc SPIRITVS S. utrinque *κατὰ πόδα* sequuntur. *Prou.* X. ARABS: Iustitia liberat a morte, SYRVS: צדיקותא דין מפציא מן מותא iustitia uero liberans a morte, TARGVM: וצדקתא מפציא מן מותא בישא: et iustitia liberans e morte mala, LXX. SENES: *Δικαιοσύνη δὲ ῥύεται ἐκ θανάτου.* Ita *Vulgatus*, *Lutherus*, *Versio Interlin.* Sic *Prou. XI.* 4. ubi *u.* 6. iustitia haec restringitur ad ישרים, *rectos*, quae est iuxta *LXX. Senes δικαιοσύνη ἀνδρῶν ὀρθῶν*, id est, eorum, qui iustitiam fidei internam adepti, per stationes suas, in uitae sanctimonia, fideliter decurrunt. Male ergo *LXX. Senes*, *Arabs*, *Vulgatus Dan. IV.* 24. et *Syr. XXVII. Versio Anglic.* צדקה, et צדקתא interpretantur *ἐν ἐλεημοσύναις*, *eleemosynis*. Quanquam enim proxime ante aetatem Christi, et post illa tempora a Iudaeis, doctrinae Pharisaeorum asuefactis, uoci צדקה, eleemosynarum significatus accessit, quippe qui iustitiam in operibus quaerebant, et praeterea in N. T. *Arab. Matth. VI.* atque alias *Syr.* eleemosynas significat: Notio tamen ista *Prophetarum* et *Danielis* tempora neutiquam attingit. Verbum פרק in literatura *Hebraea*, *Samaritana*, *Syria*, *Arabica* habet *abrumpendi*, *desistendi*, *deserendi*, *segregandi se* significatum, quod AVGVSTVS PFEIFFERVS exemplis dedit comprobatum. Nomen cum suffixo עויתך sigillatim refertur ad peccata contra proximum, inuoluitque *κατ' ἔτυμον*, significanter admodum, omnes *iniustitias*, *obliquitates*, *curuitates*, *Intriquen*, *Causenmachereyen*, Unterdruckungen. Non enim peccator iustificandus uera tantum fide refugit ad Deum, uerum et uitae nouitatem pollicetur, et omnem cogitationem eo abiicit, ut fides sit uiua, *ἐνεργουμένη*, atque, Zachaei ad similitudinem, saluatorem contrito corde adloquatur: *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*, Luc. XIX. 8. *Septuaginta Senes*, *Arabs*, *Hieronymus* formulam Chal-

Chaldaeam אֲרְכָה לִשְׁלֵוְתָךְ, transferentes *μακρόθυμος παραπτώμασί σου ὁ Θεός*, *fortassis ignoscet tuis delictis*, quos imitati sunt *Vulgatus et Lutherus*, acceperunt אֲרְכָה pro אֶרֶךְ cum ה paragogico, *longus*, *longanimis*, et uocem alteram pro שְׁלִי uel שָׁלוּת, *error*. Sed enim uel ipsa Grammatica nostram tuetur sententiam, quippe שְׁלִי in Plurali habet י et שָׁלוּת ָ, Kamez, non ֵ Zere, nec לִשְׁלֵוְתָךְ forma est Pluralis, sed singularis ab Absoluto singulari שְׁלֵוָא, *quies*, *tranquillitas*; אֲרְכָה non poterat deferri ab אֶרֶךְ, longanimis, quia praemittitur Femin. תֶּהֱוֵה, *erit*, unde uerius uertitur: *Et erit longitudo*, *seu excellentia tranquillitatis tuae.* Phrasis ergo, more Hebraeorum, et Chaldaeorum, quibus praestantia et magnitudo rei, aut superlatiuus, exprimitur per Abstractum et Nomina Substantiua, quam optime transfertur longitudo, siue excellentia tranquillitatis, id est, tranquillitas excellens, insignis, longissima. De cetero צדקה TALMVDICIS *eleemosynas* significare, et צדיק ELEEMOSYNARIVM, perfacile largimur. Habebant PHARISAEI et TALMVDICI duas bonorum species, quarum primam speciem uocabant bona צדקה, *iustitiae*, uel eleemosynarum, quod iustitiam exinde crederent consequi peruersi homines, et alteram bona שקר, *uanitatis*, uel profana, eleemosynis contradistincta, quod nihil iustitiae, ex mente doctorum gentis Iudaicae, sed multum uanitatis illis adhaereret, ex quo capite PHARISAEI קרבן, siue oblationes, in coelum euehebant. Errant ergo omnes SANCTVLI et PONTIFICII, qui ad defendendam de bonis operibus ad salutem necessariis opinionem ad צדקה, et *δικαιοσύνην*, et item ad exemplum Iosephi, Danielis denique ad locum uexatissimum refugiunt. Sed de קרבן dicetur suo loco.

CAPVT

CAPVT II

§. I.

Ad u. 2. Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ιουδαίων; *Vbi est ille qui natus rex Iudaeorum.* CHRISTVS in SCRIPTVRIS Instrumenti Veteris et Noui subinde regis nomine uenit, cum rex fuerit iure natiuitatis, qua diuinam naturam ab omni aeternitate φύσει Θεὸς et κυρίος, secundum humanam naturam κατὰ θέσιν et κατ' ἄλλο, per unionis gratiam. Ex ueteri Testamento praesertim locus Ef. IX· commemorabilis est, ubi CHRISTO non regnum modo adscribitur, uerum in uoce לםרבה, *ad multiplicationem*, ם praeter Hebraeorum consuetudinem, extenditur, litera Masoretharum circello notata. Diuersas interpretes in sententias abeunt, quas PFEIFFERVS *in Dub. Vexat. p. m. 587. sq.* singulari opera recenset. Cauendum in primis, ne cum ELIA LEVITA, LVDOV· CAPPELLO, aliis textum σφάλματος arguamus· Ne multus sim, hanc scriptionem non omni mysterio destitui, notamus.. Procul dubio per hoc SPIRITVS S· NB. significatur excellentia Messiae, uel certi regni eius, cum ἐρχόμενος rex esset futurus fine exemplo, *intensiue*, propter regni et sui ipsius nobilitatem, ac gloriam, *extensiue*, propter regnorum multitudinem, est enim rex in terris et in coelis, in regno gratiae, naturae; potentiae et gloriae, addo *protensiue*, quod regni eius, nempe potentiae et gloriae אין קץ, *nullus finis.* TALMVD· *Tract. Sanhedrin Cap. XI· f. 94.* et *Schabbat Cap. XII.* ם illud uocat *rem clausam*, id est, arcanam et mysterii diuini plenam. In Nouo Testamento loci complures omnium oculis sunt expositi. Ex antiquitate ergo Iudaica, Messiam Hebraeis regem adpellari, demonstrandum est. MAIMONIDES inter Magistros facile princeps testis esto *Hilc*, רוצח ושמירת נפש, *Cap.* VIII· בימי המלך המשיח מוסיפין שלש אחרות וגו׳: *In diebus regis Messiae sex illis Asylis tria alia addenda erunt* etc. Quanquam in eo grauiter erret, quod Messiam, qui dudum in mundum uenit, expectandum statuat.

§. 2. Interim et illud commemorabile, quod Hebraei uetustissimi DEVM εὐλογητὸν REGEM salutandum existiment. R. SCHEM TOBH ad MAIMONID. *Doct. Perplex. Libr. III. Cap. XLV. p. 174. Cap. I.* השם יתברך צוה לעשות בית כבית מלך ובבית מלך ימצא כל אלו הדברים אשר אמרנו אנשים שישמרו את היכליו ואנשים שיעבדוהו בעבודות המיוחדות למלך להתקן מאכליו ועשות כל שאר הדברים הצריכים למלך ויש אנשים אחרים שישוררו לפניו בכל יום תמיד בשירה נאה ובקול זמרה ויש בבית המלך מקום אחד מוכן לעשות המאכל ויש גם כן מקום להקטיר לפניו קטורת סמים ויש שלחן בביתו ויש גם כן מקום מוכן אשר בו יושב המלך אשר לא יכנס אדם שם כי אם המשנה לו והאהוב עד מאד וכן רצה השם שיהיה בביתו כל אלו הדברים אשר לא יחסר לו ממלך מלכי אדמה אף כי הוא מלך גדול ואינו צריך לכל זה ונמשך מזה מתנות כהונה ולויה כמו שהמלך נותן אנשי משמרתו וזה סוד שיאמינו ההמון שהמלך י״י צבאות יושב בקרבנו והוא מלך גדול נורא על כל העמים כמו שאמר מקדש יהוה כוננו ידיך י״י ימלוך לעולם ועד כי בזה הבית תפרסם מלכותו וגדולתו ולכן צוה בכל אלו הדברים:

Deus εὐλογητὸς praecepit, ut exstrueretur domus similis domui regiae, in qua omnia, quae diximus, reperirentur, scilicet uigiles, qui palatium custodiunt. Viri dein, qui ea faciunt officia, quae ad regem pertinent, qui ordinant cibos eius, atque alia regi necessaria. Praeterea alii, qui quotidie coram rege cantant cantu amoeno et instrumentis musicis. In domo regia solet reperiri locus parandis cibis, item locus suffitui aromatum incendendo. Est quoque mensa, conclaue, in quo rex considet, et quo alius quisquam intrare haud ualet, nisi qui ei secundus, aut quos maximo prosequitur amore. Ita pla-

placuit quoque Deo, ut haec omnia in domo ſua eſſent, neque quopiam regum terreſtrium inferior exiſteret. Quoniam ipſe rex magnus minime harum rerum indignus eſt, patet haec Sacerdotibus et Leuitis data eſſe, prorſus quemadmodum rex cuſtodibus ſuis dare ſolet. Hoc omne autem eo pertinet, ut plebs credat, regem dominum exercituum inter nos uerſari, qui rex magnus eſt, atque omnibus gentibus timendus, quemadmodum dicitur Exod. XV· 17. 18 SANCTVARIVM ADONAI PRAEPARARVNT MANVS TVAE. ADONAI REGNABIT IN SECVLVM ET AETERNITATEM. *Hac enim domo publicabitur regnum et magnificentia eius, quare haec omnia inculcauit.* TARGVMIM autem per שם intelligere Meſſiam, et per praeſentiam regis in domo שכינה, Angelum foederis, habitantem in ſancto ſanctorum, nemo peritus Antiquitatum ibit inficias. Vid. SCHICKARD· in משפט המלך, *de Iure Regio, Cap. I· Theor. IV·* ubi in primis de unctione regis diſputat, qua unctione et CHRISTVS eſt initiatus, unde et משח, Χριςὸς κατ᾽ ἐξοχὴν nominatur. Euoluenda igitur eſt unctionis Hebraeorum antiquitas. Haec uero ſuam originem non demum ſumſit in unctione Sacerdotum, Regum etc. ſed iam antea in uſu illam fuiſſe, ſacrae tradunt literae. *Conf. Schalſcheleth Hakkabala edit. Amſtel. A. M. 457. C. 1697. in 8. fol. 77. col. 1. lin. 22. ubi initium unctionis indicatur.* Mentio, longe ante id tempus, fit conſecrationis per unctionem *Gen.* XXVIII· 18. coll. *Gen.* XXXI· 13. ubi *Iacob* lapidem (*a Scriptura alienum eſt, quod inuenitur in Pirke R. ELIESER Cap.* XXXIII· *fol. 58. col. 2. lin. 6. a fine edit. Amſtel. in 8.* לקח יעקב י"ב אבנים מאבני המובח שנעקר עליו יצחק אביו וישם אותם באותו המקום להודיעו שעתידין לעמוד ממנו שנים עשר שבטים ונעשו כלן אבן אחת להודיעו שכלם עקירין להיות גוי אחר) qui ipſi pro ceruicali fuit, erexiſſe, ac olei, ſuper eum, effuſione, ad Dei domum deſtinaſſe, perhibetur. Ita RASCHI in loco poſteriori *Bibl. Buxtorf. Rabb. fol. 33. col. 2. lin. 2.* uerba משחת שם explicat: לשון רבוי וגרולה.

כשנמשח למלכוק כך ויצק שמן על ראשה להיות משוחה למזבח: *Eſt modus excellens ac inſignis, ſecundum quem aliquis unctus fuit ad regnum; effudit uero oleum ſuper caput ipſius, ut unctus eſſet ad altare.* Idem ſentit ABEN ESRA ad *Gen.* XXVIII· 18. *Bibl. Buxtorf. fol. 31. col. 1. lin. 4.* טעם יהיה בירת אלהים מקום קבוע לתפלתי וגו׳: *Senſus hic: erit domus Dei ad preces meas fundendas etc.* Quo autem oleo *Iacob* uſus fuerit, non conſtat. Afferunt quidem Ebraeorum Doctores, quod ex coelis profluxerit oleum *Iacobo* neceſſarium, quam ſententiam inculcant in בראשית רבא *ſect. 69. edit. Wilmersdorf. A. M. 433. C. 1673. fol. 67. col. 2. f. 1. l. 25.* ויקח את האבן וגו׳ ויצק שמן על ראשה שופע לו מן השמים כמלוא פי הפך: *Sumſit lapidem etc. et effudit oleum ſuper caput eius, affluens (uid. Pirke R· ELIESER Cap.* XXXV· *fol. 39. col. 1. lin. 11.) ipſi ex coelis, tanquam pleno orificio uaſis.* Sed quis non uidet, quod traditio haec merum ſit figmentum.

§. 3. Differt autem *Iacobi* unctio ab ea, quae in Sacerdotibus, Regibus etc. fuit peracta. Nam illic procul dubio oleum erat purum: hic arte unguentaria, ex praeſcripto diuino, confectum; illic ungendi deerat mandatum: hic expreſſum extat. De ſacerdotali quidem unctione nos informat omnino *Exod. XXX· 23.* ubi Aaronis familiae iſta adſtringitur. Regiam autem quod attinet, diſtinguendum eſt inter unctionem *publicam*, et *priuatam*, ſiquidem, haec tantummodo a Deo praecepta fuit *1. Sam. IX· 16. XVI· 3.* illa uero ex mera libertate ſuſcepta. *Publica* enim, quando eam uſurparunt, auxilii Dei ordinarii ſignum fuit. Non abſque omni fundamento, Iudaicae gentis magiſtri hic ſtatuunt, quod unctionem hanc *publicam*, ad contentionem inter duos regni aemulos tollendam, adhibuerint. Legitur de hoc in *Tractatu Horaioth cap. ult. fol. 11. col. 2. lin. 26.* אין מושחין מלך בן מלך ואם תאמר׳ מפני מה משחו את שלמה מפני מחלוקתו של ארוניה ואת יואש

יואש מפני עתליה ואת יהואחז מפני יהויקום אחיו שהיה הגדול ממנו: *Non unguut regem filium regis: et si dicis, quare unxerunt Salomonem (Resp. propter dissensionem Adoniae, Joasum propter Athaljam et Jehoachasum propter Jehojakimum fratrem suum, qui maior ipso fuit. In Tract. Kerithuth. fol. 77. col. 2. lin. 14. add.* שתי שנים *conf. Gloss. marg. fol. et col. cit. lin. 3. Abarb. ad 1. Reg. I. fol. 196. col. 1. f. 2. lin. 22.* Hoc suo testimonio etiam confirmat MAIMONID. *in Comment. ad Tract. Kerithuth cap. 1. fol. 142. col. 2. f. 2. lin. 10. edit. Talmud. Amstel. post Tract. Seuachim*: אמרו מנלן שאין מושחין מלך בן מלך דאמר קרא למען יאריך ימים על ממלכתו הוא ובניו מלמד שהמלוכה ירושה היא לבנים אבל אם נזדמן שתהא קטטה ומריבה בין בני דוד על איזה מהם ימלוך הזה או זה וא"חכך הסכימו על א' מהם או שנגררו אחריו הרוב או מינוהו סנהדרין או נבי' או כהן גדול באיזה צד שיזדמן לעלות המלוכה ביד א' מהם הרי זה נמשח בשמן המשחה כדי לסלק המריבה ולהסיר המחלוקת מן ההמון כדי שידעו שזה הוא משיח ה' ויראו מפניו וגו' אמרו בזמן שהשלום בישראל לא צריך מלך בן מלך משיח אבל בזמן מלחמה מושחין אותו: *Dicunt, undenam nobis constat, quod non ungant regem filium regis? Resp. quia dicit Scriptura (Deut. XVII. 20.) ut prolonget dies in regno [illegible] et filii eius, docens quod regnum hereditarium fuit filiis. Sed si euenit, ut dissensio, aut contentio, oriatur inter filios Dauidis, de eo, quis ex illis regnaturus sit, hic aut ille: tunc postquam conuenerunt de uno illorum, siue quod tractus fuerit post eum populus, siue constituerit eum Synedrium, siue Propheta, siue Summus Sacerdos, in isto latere, quo decretum fuit, ut perueniret regnum in potestatem unius istorum, ecce is unctus fuit oleo unctionis, ad finiendam contentionem et remouendam a populo dissensionem, ut cognouerit, quod is sit unctus Dei, eumque timuerit etc. Dicunt eo tempore, quo pax in Israel fuit, non requirebatur, ut rex filius regis ungeretur, sed tempore belli ungebant eum.* Paria tradit GEMARA *in Tractatu cit. fol. 77. col. 2. lin. 17. conf.*

 Tract.

Tract. Horaioth Cap. ult. fol. 11. col. 2. lin. 13. a fine. אין מושחין מלך בן מלך מנלן אמר רב אחא בר יעקוב דכתב למען יאריך ימים על ממלכתו הוא ובניו כל הימי' ירוכה קריא ומפני מה משחו את שלמה מפני מחלוקת ארוני' מנלן דכי אתי מחלקת בעי משיחא: *Non ungunt regem filium regis. Vnde hoc nobis constat? dicit R. Acha filius Jacob, quia Scriptura* (in loco sequenti) *ut prolonget dies in regno suo, ipse et filii eius per omne tempus, hereditarium* (*uid. Glossa marg. ad Tract. Horaioth fol. 11. col. 2. lin. 21. Abarb. in comment. super Pent. fol. 166. col. 2. fac. 2. lin. 7. a fine fol. 167. col. 1. f. 1. lin. 2. a fine*) (regnum) *uocat. Sed quare unxerunt Salomonem? Resp. propter dissensionem Adoniae. Ex quo possumus colligere, quod, quando fuit dissensio, quaesiuerint unctum. Vid. Gloss. marg. ad Tract. Kerithuth fol. 77. col. 2. lin. 4.*

§. 4. Oleo hic utebantur sacro, a quo diuersum fuit, quod in regno Israelitico usurparunt. Huius enim usurpatores non solum longe aberrant a templo, in quo illud asseruabatur: sed dissidia quoque cum Iudaici moderatoribus, propemodum perpetua, fouebant. Minus itaque probabile est, quod Summus Sacerdos hostibus regni Iudae communicare oleum sacrum uoluerit. Agit de hac re MAIMONIDES in *Hilc. Meiachim cap. 1. §. 10. P. IV.* יד חוקה *fol. 298. col. 2. edit. Amstel.* אין מושחין מלכי ישראל בשמן המשחה אלא בשמן אפרסמון: *Non ungebant reges Israeliticos oleo unctionis*, (sacrae) *nisi oleo balsami. uid. R. D. Kimchi ad 2. Reg. IX. fol. 417. lin. 14. a fine. Id. ad 1. Sam. X. fol. 301. col. 2. lin. 2. Ad 1. Sam. XVI. 13. fol. 311. col. 1. lin. 12. Abarb. in praefat. libr. Iud. fol. 40. col. 1. f. 1.* Quod autor KESEPH MISCHNE *l. c. fol. 298. col. 2. f. 1. lin. 7.* ita ex GEMARA explicat: מה שכתב אלא בשמן אפרסמון מפרש בגמרא דהיינו דוקא היכא דאיכה מחלוקת כגון יהוא בן נמשי שמשחוהו מפני מחלוקתו של יורם אבל כשאין מחלוקת אפילו מלך שהוא ראשון אין מושחין אותו:

אותו: *Id quod ſcribit: niſi oleo balſami, explicatur in GEMARA, quod illud praeciſe ſiat ibi, ubi eſt diſſenſio, quemadmodum Jehu filium Nimſi unxerunt propter diſſenſionem Jorami. Quando autem non erat diſſenſio, etiamſi rex primus fuerit, non ungebant eum.* Sumta haec ſunt ex *Tract. Horaioth. cap. ult. fol. 11. col. 2. lin. 33.* ubi ſequentia extant: הכי קתני מלכי בית דוד משוחין מלכי ישראל אין משוחין מנלן אמר רבא אמר קרא קום משחהו וגו׳ זה טעון משיחה ואין אחר טעון משיחה אמר מר אף יהוא בן נמשי לא במשח אלא מפני מחלוקתו של יורם ומשום מחלוקתו של יורם בן אחאב נמעול בשמן כדאמר רב פפא באפרסמא דכיא: *Sic docent: reges domus Dauidis uncti ſunt, reges Iſraelis non uncti ſunt. Vnde ſcimus hoc? reſpondet Rabba: dicit Scriptura: ſurge, unge eum, etc. hic opus habet unctione, nec alius unctione indiget. Vid. Abarb. in comment. ſuper Pentat. fol. 167. col. 1. f. 1. lin. 21. Dicit Mar, profecto Jehu, filius Nimſi, non unctus eſt, niſi propter diſſenſionem Jorami. Ergo propter diſſenſionem Jorami filii Achabi inique actum eſt cum oleo?* (ſcil. ſacro, uti *Gloſſa marginalis* ſupplet, addendo uocem המשחה) *Reſp. uti dicit. R. Papa oleo puro* (unctus eſt.) In unctione autem Saulis, Dauidis, Salomonis et aliorum regum Iudae oleum ſacrum uſurpatum eſſe, ſententia Scripturae conformis eſt. Non enim probabile eſt, quod in ſolo Salomone inungendo, oleum ſacrum adhibitum fuerit. Idem ſentit *Abarb. in Comment. ſuper Pent. fol. 166. col. 2. f. 1. lin. 6.*

§. 5. Ad praeparationem olei ſacri ut progrediar, diſtincte nobis ea deſcribitur, *Exod. XXX. 23.* Quatuor ſpeciebus aromatum: מור דרור קנמון בשם קנה בשם וקדה: recenſitis. Quid autem iſtae ſibi proprie uelint, de eo non conueniunt inter ſe Interpretes. MAIMON. *in Hilc. Kele Hammikd. cap. 1. §. 1. 2. edit. Amſtel. fol. 154. col. 1. uid. id.* MAIM. *in comment. ſuper tract. Kerithuth Cap. I. fol. 143. col. 1. f. 1. lin. 1. poſt tract. Senachim edit. Talmud. Amſtelod.* hanc de toto negotio fouet

fouet ſententiam: מצות עשה לעשות שמן המשחה שיהיה
מוכן לדברים שצריכים משיחה בו שנאמר ועשית אותו
שמן משחת קדש וככה עשהו משה רבנו במדבר לקח
מן המור והקנמון והקדה מכל אחד משלשתן חמש מאות
שקל בשקל הקודש ומקנה הבשם חמשים ומאתים וזהו
שנאמר בתורה וקנמון בשם מחציתו חמשים ומאתים
ששוקלים אותו בשני פעמים חמשים ומאתים בכל פעם
ושוחק כל אחד לבדו ועירב הכל ושרה אותן במים
זכין ומתוקין עד שיצא כל כחן במים ונתן על המים
שמן זית הין והוא י״ב לוג כל לוג ד׳ רביעות ובשל
הכל על האש עד שאבדו המים ונשאר השמן והניחו
בכלי לדורות המור הוא הדם הצרור בחיה שבהודו הידוע
לכל שמתבשמין בה בני אדם בכל מקום והקנמון הוא
העץ שבא מאיי הודו שריחו טוב ומתגמרים בו בני
האדם והקדה היא הקושט וקנה בשם הם הקנים הדקים
כתבן האדומים הבאים מאיי הודו שריחן טוב והם ממיני
הבשמים שנותנין אותה הרופאים בצרי: *Praeceptum affirmatiuum eſt de conficiendo oleo unctionis, quod fuit praeparatum pro illis rebus, quae eo ungi opus habent. Nam dicitur: et facias iſtud oleum unctionis ſacrae. Sic autem fecit Moſes* (potius בצלאל) *in deſerto. Sumſit myrrham, cinnamomum et caſiam, de unoquoque trium iſtorum* (melius duorum) *500. ſiclos, ſecundum ſiclum ſacrum: de calamo autem odorato 250. Et hoc eſt, quod dicitur in lege :* (*Exod. XXX. 23.*) *et cinnamomi odorati dimidium 250.* (ſicl.) *quod librabant duplici uice, ſcil. 250. a uice. Contudit autem quodlibet ſeorſim, deinde commiſcuit omnia, et macerauit ea aquis puris et dulcibus, usque omnis uis illorum exierit in aquas. Porro indidit olei oliuae Hinum i. e. 12. Logos; quilibet autem Logus quatuor continet quartas. Poſtea coxit totum ad ignem,*

usque

usque dum exhalarint aquae, et relictum fuerit oleum, quod indidit uasi pro posteritate. מור *est sanguis concretus in bestia quadam Indiae omnibus notus, quo se condiunt homines ubique locorum.* קנמון *autem est lignum, quod uenit ex insulis Indiae, cuius odor bonus est, et quo fumigant homines.* קדה *est costum.* קנה בושם *sunt calami tenues, sicut stramen, rubicundi, uenientes ex insulis Indiae, quorum odor gratus est, suntque ex speciebus aromatum, quae indunt medici opobalsamo.* Adductam autem uocis מור explicationem suo destitui fundamento, dudum animaduertit *R. Abraham, filius Dior* (male hinc SCHICKARDVS in משפט המלך *cap. 1. theor. IV. Autori Maggid Mischne* hanc correctionem tribuit) in sua ad *Maimonidis* locum animaduersione, *fol. cit.* א״א אין דעתי מקבלת שיכנסו במעפת הקדש דם שום חיה בעולם כל שכן דם חיה טמאה אבל מור הוא האמור בשיר השירים באתי לגני אחותי כלה אריתי מורי עם בשמי והוא ממין. עשב או ממין אילן וריחו נודף: *Ego dico: Non mens mea accepit, quod adhibuerint in re sacra sanguinem alicuius bestiae in uniuersum, multo minus sanguinem bestiae impurae. Sed* מור *est uox, quae prolata in Cantico Canticorum* (Cap. V. 1.) *ingressa hortum meum soror mea, decerpo myrrham meam cum aromatibus meis; estque species herbae, aut arboris, cuius odor fragrans.* His repetitis *Autor* KESEPH MISCHNE addit *fol. 154. col. 2. f. 1. lin. 9.* sententiam R. MOSIS F. NACHMAN, הוא דעת רמב״ן בפירוש בתורה בפרשת כי תשא וכתב שדעתו שהוא השרף הנקרא מירא: *Ita est mens R. Mosis filii Nachman in Commentario super Pentateuchum ad Parasch.* כי תשא *scribitque, quod sententia ipsius sit, humorem esse arborum, uel herbarum, qui uocatur* מירא. TARGVM. HIEROSOLYMIT. quando מור בחיר, *myrrham selectam*, intelligit, suo omnino innititur fundamento. Hoc enim exigere uidetur, in textu authentico adiecta uox דרור, cuius genuina significatio ex lingua Arabica, ubi דרורת idem est, ac בושם, deriuanda est.

O Non

Non reticendum mihi quoque eſt, quod uocis קרה per קציעה explicatio, a *Iarchio* et *Onkeloſo* adducta, contrarietur uerbis MAIMONIDIS, qui in *Cap. II. n. 3. Hilk. Kele Hamm.* קציעה et קשט (quod ipſi קרה) ut diuerſa proponit. Quod iam dudum monuit *Autor* KESEPH MISCHNE in *Comm. ad* h. l. *fol. 154. col. 2. f. 1. lin. 15.* יש לתמוה על זה שהרי אנקלוס תרגם קרה קציעתא ורבינו בפרק שאחר זה מנה קציעה וקשט בשתים: In aprico interim poſitum eſt, quod fuerint aromata omnium praeſtantiſſima. Conſtat hoc non ſolum ex ipſo Dei mandato, ui cuius בשמים ראש, *aromata, quae caput i. e. optima*, requirebantur, ſed et eo tendunt omnes loci citati Interpretes. Breuitati ſtudens lectorem tantum ablego ad uerba, quae ABEN ESRA ad h. l. habet: טעם בשמים ראש שיוקח הראש מכל בשם וגו׳ ואח׳ שאמר קנמון בשם מה. טעם להזכירו אולי בשמים ראש *Senſus eſt* שיהיה מהנבחר ג״כ קרה: *quia ſumtum praeſtantiſſimum ex quolibet aromate. etc. Quando autem poſtea dicit* קנמון בשם, *quaenam ratio, quod mentionem huius fecerint? forſan, ut eſſet ſelectum, ita etiam* קרה.

§. 6. Hoc oleum ſacrum unica tantum uice praeparatum eſſe, una ferme mente ſentiunt Scholarum Iudaicarum Praeſides. Expoſuerunt illi ſententiam hanc in *Tract. Horaioth. cap. ult. fol. 11. col. 2. lin. 20.* וכולו קיים לעתיד לבא שנאמר שמן משחת קדש יהיה לדורותיכם: *Et totum illud* (oleum) *permanſit in tempus futurum, quia dicitur: Oleum unctionis ſacrae erit mihi per generationes ueſtras.* Idem perſuadere conatur RASCHI in *Comment. ad Exod.* XXX. *32. Bibl. Buxtorf. fol 101. col. 2. lin. 11.* a fine. לא תעשו אחר כמוהו במשקל סמנין הללו לפי מדת הין שמן אבל אם פחת או רבה סמנין לפי מדת הין שמן מותר: *Ne facite aliud illi ſimile, in pondere aromatum iſtorum, ſecundum Hin olei. Sed ſi quis diminuit, aut auget aromata, ſecun-*

secundum mensuram Hin olei, licitum est. Discedit tamen hac in parte a maioribus suis, et forte ueritati propior accedit R. magni iudicii ABEN ESRA in *Comment. ad l. c. Bibl. Buxtorf. fol. 101. col. 2. lin. 11.* a fine: זה אינגו נראה בעיני כי בתחלה כתוב שמן משחת קדש יהיה זה לי לדורותיכם ועוד איש אשר ירקח כמוהו וגו׳ והנה אין הפרש בין שמן המשחה שעשה משה ובין הנעשה א״חכ שהוא כמוהו: *Hoc non perspicitur ab oculis meis, quod primum scriptum: Oleum unctionis sacrae erit mihi per generationes uestras; et amplius: Quisquis conficiet simile illi. Ecce enim non discrimen est inter oleum unctionis, quod fecit Moses, et inter illud, quod praeparatum est postea* (ad usum scilicet sacrum.) Magnum sane probabilitatis argumentum est, quod non repetitio fuerit prohibita, sed similem in modum praeparatio olei, quod ad unctionem aliarum rerum adhibuerunt. Illam etiam tempore tabernaculi et templi prioris, magna rerum inungendarum urgebat copia. Non parum confirmat id MAIMONID. *in Hilc. Kele Hammikd. Cap. 1. §. 12. fol. 155.* uasa semper, quando usurpabantur, uncta esse asserens: כל כלי המקדש שעשה משה במדבר לא נתקדשו אלא במשיחתן בשמן המשחה שנאמר וימשחם ויקדש אותם ודבר זה אינו נוהג לדורות אלא הכלים כולן כיון שנשתמשו בהן במקדש במלאכתן נתקדשו וגו׳: Hac ratione quoque non miraculum in eiusmodi oleo, cum Iudaeis statuere necesse est. Tradunt enim de hoc seqq. in *Tractatu Horaioth Cap. ult. fol. 11. col. 3. lin. 22.* ר׳ יהודה אומ׳ שמן המשחה שעשה משה במדבר כמה ניסין נעשו בו מתחלה ועד סוף תחלת לא היה אלא י״ב לוגין ראה כמה יורה בולעת וכמה עיקרים בולעין וכמה האור שורף ובו נמש׳ משכן וכליו ואהרן ובניו כל שבע׳ ימי המלואים ובו נמשחו כהנים גדולים ומלכים: *R. Iehuda dicit, oleo unctionis, quod fecit Moses in deserto, quot facta sunt miracula, ab initio usque ad finem? Primum non nisi 12. Logi erant. Vidit quilibet, quantum ahenum deglutiuerit, quan-*

quantum radices absorpserint, et quantum ignis combusserit. Eo insuper unctum est tabernaculum ac uasa eius, et Aharon, et filii eius, omnibus septem diebus impletionum. Eo etiam uncti sunt summi sacerdotes et reges.

§. 7. Vt leui penicillo illa etiam, quae Rabbini de *uase* in *regum unctione* usurpato inculcare solent, adumbrem, instar omnium esse poterunt uerba R. DAVIDIS KIMCHII, in quibus discriminis inter פך et קרן mentionem facit, in *Comment. super I. Sam. X. 1. Bibl. Buxtorf. fol. 301. col. 2. lin. 3.* אמרו שאול ויהו שנמשחו בפך לא נמשכה מלכותן דוד ושלמה שנמשחו בקרן נמשכה מלכותן: *Dicunt Saulis ac Iehu regnum, quia uncti sunt cum* פך, *non fuit protractum: Dauidis autem et Salomonis regnum, quia uncti sunt cum* קרן, *prolongatum est. Idem ad II. Reg. IX. fol. 417. col. 1. lin. 12. Abarb. in praefat. libr. Iud. fol. 39. col. 2. f. 2. lin. 5. a fine.* Verum fontes accuratius inspicientes probe obseruarunt, quod ista פך et קרן diuersitas suo careat talo. Monuerunt enim, quod פך nuncupatum sit ab *usu*, dum instar gutturnii oleum stillare fecit: קרן autem a *materia* suum traxerit nomen. Hinc sibi inuicem opponi haud posse, facile apparet.

§. 8. Duxerunt praeterea, iuxta *Ebraeorum* opinionem, *regem inungendum* ad fontem, boni, ut aiunt, ominis caussa. Adducitur illa in *Tract. Horaioth fol. 12. col. 1. lin. 22.* תנו רבנן אין מושחין את המלכים אלא על המעין כדי שתמשך מלכותן: *Docent Doctores nostri, non ungebant reges, nisi ad fontem, ut protraheretur imperium eius.* Huic sententiae inhaeret quoque MAIMONIDES in *Hilc. Kele Hammikd. Cap. 1. §. XI. P. III. fol. 154. col. 2.* אין מושחין את המלך אלא ע"ג המעין: *Non ungebant regem, nisi ad fontem.* Originem huius ritus sciendi cupido satisfacit *autor Keseph Mischne* in *Glossa* super h. l. ad *Tract.*

Tract. Kerithuth fol. 77. col. 2. lin. 4. a fine: יהיב טעמא כרי שתמשך מלכותן ומייתי לה מרכתיב והורדתם אל גיחון: *Dat rationem* (Gemara): *ut prolongaretur regnum ipsorum, deducitque eam ex eo, quod scriptum est: Et ducatis eum ad Gichon.* Hunc fluuium strictius determinat *Glossa marg.* ad *Tract. Kerithuth. cap. 1. fol. 77. col. 2. lin. 21.* גיחון מעיין קטן סמוך לירושלי׳ ולא זה גיחון הגדול היוצא מערן: *Gichon est fluuius exiguus prope Hierosolymam, neque est Gichon ille magnus, exiens Eden.* Paulo diffusior in hac materia est ABARBANEL *Comment. super Pentateuch. fol. 167. col. 1. f. 2. lin. 1.* צוה המלך דוד שימשחו את שלמה בנו על המעין כרי לתת סימן ואות שתמשך מלכותו לנצח ולפי שהיה זה סימן לקוח לשם ברכה ראו חכמים לסמוך אליו המנהג לשאר המלכים שימשחום תמיד על המעין כרי שתהיה מלכותן שלם כמלכות שלמה ושלום ואמת יהיה בימיהם כאשר היה בימי שלמה שנמצא בו העושר והכבוד והחכמה יותר ממה שהיו לפניו ולאחריו מהמלכים ולתת סימן שכן תהיה מלכות אמרו שיהיו נמשח׳ כלם על המעין לא שיהיה התנאי הוה מחקי המלוכה מלא שלמרוהו בררך סימן טוב ממה שנעשה לשלמה במלכתו: *Praecepit rex Dauid, ut ungerent Salomonem, filium suum ad fontem, signi ac indicii dandi ergo, quod regnum ipsius protraheretur in perpetuum. Hinc quia hoc fuit signum accipiendi a Deo benedictionem, collegerunt sapientes, niti illo ritum apud reliquos reges, quos semper unxerunt ad fontem, ut esset regnum eorum tranquillum, sicut regnum Salomonis, nec non pax, et ueritas tempore ipsorum, quemadmodum tempore Salomonis, apud quem plus inueniebatur diuitiarum, gloriae et sapientiae, quam apud reges ante et post ipsum. Vt igitur darent signum, regnum illorum ita fore, aiunt, quod omnes uncti sint ad fontem. Non autem, quod traditio haec fuerit ex statutis regni, sed ut docerent eum* (scil. ungendum) *per omen*

omen bonum, id, quod euenerat Salomoni in regno ſuo. Mera itaque coniectura eſt, quando a Salomone ad omnes reges colligitur.

§. 9. Huic unctioni, ut eo maiorem parent dignitatem; a Propheta tantum iſtam peractam eſſe, docent. Sic ABARBANEL in *Praefat. libro Judicum* praemiſſa, *edit. Lipſienſ. fol. 39. col. 2. f. 2. lin. 15.* a fine, ad quaeſt. quis unxit? reſpondet: הוא הנביא לבר כי אין כהן גרול ואדם אחר יוכל למשוח מלך כי אם הנביא כשמואל שמפח את שאול ואת רור ונתן שמשח את שלמה: *Eſt Propheta tantum; Nam neque ſummus ſacerdos, neque alius homo poteſt ungere regem, niſi Propheta, quemadmodum Samuel, qui unxit Saulem et Dauidem, ac Nathan, qui unxit Salomonem. Idem in comment. ſuper Pentateuch. fol. 166. col. 1. f. 1. a. 19. a fine lin. fol. 167. col. 1. f. 1. fin. 25.* Huic ultimo tamen Scriptura S. contradicit, dum expreſſis monet uerbis, quod unxerit Salomonem Zadok ſacerdos *1. Reg. I. 39.* In extraordinaria enim unctione extraordinarius miniſter eſſe potuit, ordinariam autem unctionem a miniſtro ordinario, DEO conſecrato, peragi pium ac conueniens fuit.

§. 10. In *forma unctionis* ſignificanda diſcrimen Rabbini ſtatuunt inter unctionem ſacerdotalem et regiam. Inuenimus hoc in *Tract. Horaioth. c. ult. fol. 12. col. 1. lin. 10.* תנו רבנן כיצר מושחי׳ את המלכים כמין נזר ואת הכהנים כמין כי מאי כמין כי אמר רב מנשיא בר גרא כמין כף יוני: *Rabbini docent: Quomodo unxerunt reges? Reſp. in forma coronae, uid. Abarb. ad 1. Reg. I. fol. 196. col. 1. f. 2. lin. 9. fol. 39. col. 2. f. 2. lin. 2. a fine. ſacerdotes in forma Chi. Quid ſignificat in forma Chi? reſp. R. Menaſſe, filius Gadae, in forma Kaph Graeci.* Clarius *Gloſſa marginalis* ad h. l. *lin. 10.* uerba: כמין כף יוני exponit שמתחיל למשוח באצבעו בין ריסי עיניו ומושך אצבעו על הראש והולך עד שהגיע לערף ככף יוני:

יוני: *Incepit ungere digito suo inter palpebras oculorum eius, ac crotraxit digitum suum super caput, continuitque, usque peruenit ad peruicem, in forma Kaph Graeci.* Quod autem hic non mendum sit, uti SCHICKARDVS uoluit in משפט תמלך *Cap. I. Theor. IV.* nec Kappa Graecorum intelligendum, docemur in *Glossa marginali Tract. Menachoth fol. 14. col. 2. lin. 5.* a fine בלשונינו קורין לכף שלהן כי: *In lingua nostra uocamus Kaph, quod illis Chi est.* Addere hic quoque licebit uerba ABARBANELIS, quae in *Comment.* super *1. Reg. I. fol. 169. col. 1. f. 1. lin. 7.* occurrunt, siquidem in illis Maiorum uestigia deserit ac aliquid noui inducit הנה היתה המשיחה בכהן ובמלך מתחלפת לפי שעניגם מתחלף כי המלך היו מושחין בין עיניו כמין נזר לרמוז על עטרת מלכותו והיו עושין בין עיני הכהן כמין כף לרמוז שהוא כהן כי הכף ירמוז לשם כהן שהוא תחלת שמו: *Ecce fuit unctio in sacerdote et rege diuersa, quia negotium ipsorum fuit diuersum. Regem scilicet ungebant inter oculos eius in forma coronae, ad testandum de corona regni sui. Inter oculos autem sacerdotis faciebant* (unctionem) *in forma Kaph, ad indicandum, quod sit sacerdos. Nam Kaph significat nomen sacerdotis, quia est initium nominis ipsius. Lin. 15.* aliam adhuc profert rationem, quare Sacerdos in forma Kaph unctus fuerit: היה בכהנים כמין כ״ף להעיר שיעבור בידיו ובכפיו לפני המזבח: *Fuit* (unctio) *penes sacerdotes in forma Kaph, ad excitandum* (unumquemque) *ut seruiret manibus pedibusque coram altari.* De toto autem negotio, cum Scriptura S. taceat, nihil certi determinans, nulli hanc Iudaeorum opinionem obtrudo.

§. II. De *scopo unctionis regiae* differit ABARBANEL *in Comment. super 1. Sam. X. fol. 97. col. 1. f. 2. lin. 49.* שאול למה לא נמשח בפני כל העם כאשר נמשח שלמה והנראה לי ששמואל משח את שאול כדי שתצלח עליו רוח ה׳ ויהפך לאיש אחר כי המשיחה יכינהו לקבול הרוח האלקי ויתקדשהו:

ויתקרשהו: *Saul quare non unctus est in conspectu totius populi, sicuti unctus est Salomo? Resp. mihi hoc uidetur, quod Samuel inunxerit Saulem, ut irrueret super ipsum Spiritus Dei, et conuerteretur in uirum alium. Nam unctio aptum reddidit ipsum ad accipiendum Spiritum Dei, ac sanctificauit eum.* Iterum ad *1. Reg. I fol. 165. col. 2. f. 1. lin. 29.* היתה משיחתם בשמן להורות על נצחיות כבודם ומעלתם: *Facta est unctio ipsorum* (regum) *ad testandum de perpetuitate gloriae ac excellentiae ipsorum.* Inprimis autem facta est haec unctio, ut esset typus MESSIAE in Sacerdotem et Regem hominum inungendi.

§. 12. Denique non sicco pede praeterire possum *durationem unctionis regiae.* In usu autem illa erat in tabernaculo ac templo priori, in posteriori una cum aliis cessasse dicitur. Mentionem huius iniiciunt *in Tract. Horaioth Hierosolymit.* היה בית המקדש האחרון חסר מן הראשון ואלו הן אש וארון אורים ותומים ושמן המשחה: *Carebat domus sanctuarii secunda* (nonnullis) *ex prima, et illa erant, Ignis, Arca, Vrim ac Tummim, et oleum unctionis.* Rationem addunt Philologi, quod ipse Messias ἐρχόμενος, stante Templo secundo, uenerit. Haec sunt argumenta, quae ex Diss. IOH· HAGERI *de Vnctione Regum* recensuimus.

§. 13. Non omnes reges, ex mente Hebraeorum, uncti sunt, sed saltim in casu dubio, et interueniente bello, tum quoque primus lineae regiae MAIMONID. *Hilc.* מלכים *Cap. I.* מאחר שמושחין המלך הרי זה זוכה לו ולבניו עד עולם שהמלכות ירושה אין מושחין מלך בן מלך אלא אם היתה שם מחלוקת או מלחמה מושחין אותו כדי לסלק המחלוקת לפיכך משחו שלמה מפני אדוניה ויואש מפני עתליה ומשחו יהואחז מפני יהויקים אחיו: *Postquam unxerunt regem, ille pro se et pro filiis suis ius in perpetuum sibi acquisiuit, quoniam regnum hereditarium est. Rex, qui filius regis, non ungitur, nisi aut dissidium, aut bellum interueniat. Tum ungitur*

ungitur ad tollendum diſſidium. Hac ex cauſſa Salomo propter Adoniam, Ioas propter Athaliam, Iehoachaz propter Iehoiakim fratrem ſuum ungebatur. Videtur tamen, ſi dicendum, quod res eſt, unctio, quae procul dubio typus Meſſiae fuit, tempore ſecundi templi ueniſſe in deſuetudinem, quod CHRISTVS, rex et Dominus terrarum, unctus oleo laetitiae, prae conſortibus ſuis in carne iam comparuerat, qui non tantum primus lineae regiae, *1. Cor.* III. *5. 6.* ſed et ius regium et ſacerdotale Spiritus in nos contulit, ita ut unctio Pontificiorum cerimonialis facilius poſſet exſpirare, et nullum utilitatis fructum relinquat. CHRISTVS eſt unctus, nos adſperſi, ut graphice loquitur GOODWIN. *Libr. I. Cap. V. p. 78.* ipſe plenus gratia et ueritate, nos ex ipſius plenitudine accipimus gratiam pro gratia, *χάριν ἀντὶ χάριτος Ioh. I. 14. 16.* et omnes Chriſtiani, praeprimis miniſtri ſunt *χριστοῦ εὐωδία τῷ Θεῷ*, *fragrantia Chriſti Deo*, *2. Cor. II. 15.* Subditos uero apud populos orientales, in primis PERSAS, non niſi muneribus acceſſiſſe ad reges, ex ueterum monimentis ſatis conſtat. Vid. BARNAB. BRISSONII *Libr. I. de Regno Perſarum §. XL. p. 52.*

§. 14. Ad u. 4. *Et conuocatis omnibus Pontificibus et ſcribis populi percontatus eſt eos, ubi Chriſtus naſceretur.* Pontifices erant praefecti ſacerdotum, quorum quilibet integram ſacerdotum claſſem per unam ſeptimanam in templo miniſtrantem dirigebat, de quibus iam alio loco fuſius a nobis eſt dictum. De SCRIBIS uide, praeter LVNDIVM IACOBI LYDII *Antiquit. Paſſional. p. 35. ſqq.* Herodes non conuocabat Synedrium, ſed Scripturarum peritiſſimos. SCRIBAE diuiduntur in LAICOS et ECCLESIASTICOS. Illos haud incommode dixeris Politicos. Sumebatur uero uox haec *ἐξοχικῶς*, ubi *Secretariis intimis* et *Cancellariis* competebat *γραμματεῦσι βασιλέως*, *2. Reg.* XII. *10. u. c.* Seiae *2. Sam.* XX. *25.* et Saphani *2. Reg.* XXII. *3.* Excellebant ingenii abundantia et conſiliorum grauitate, quapropter apud reges et populum plurimum ualebant, aliis quoque gentibus chariſſimi, de quibus perbelle LYDIVS: Scribarum nomine ueniunt et *Cancellarii*, quo uocabulo uſus eſt FLAVIVS VOPISCVS *in Vita Carini.* Qui ſic dicti a *Can-*

cellis, quod intra fecreta cancellorum fepti, res ciuiles fine arbitris in abdito tractarent. In Capitulis Caroli Magni *Cancellarius* Notarium, uel fcribam, fatis manifefte notat, uti et in uerbis illis HINCMARI Rhemenfis Archiepifcopi, qui claruit anno circiter DCCC· *Epift.* III· *Cap.* XVI· *Cui fociabatur fummus Cancellarius, qui a fecretis olim adpellabatur, erantque illi fubiecti prudentes et intelligentes ac fideles uiri, qui praecepta regia, absque immoderata cupiditatis uenalitate, fcriberent, et fecreta illis fideliter cuftodirent.* Cuiusmodi FRANCIAE CANCELLARIVM defcribit etiam BVDAEVS in Annotationibus Prioribus in Pandectas editionis Lugdunenfis, anni cIↃ IↃ LXI· p. 296. Munus tale obiiffe apud Perfarum regem hoftis ille infenfiffimus *Haman* uidetur, qui edictum de extirpandis Iudaeis promulgauerat, dum in flagranti apud Ahafuerum erat gratia. Ἀρχιγραμματέα adpellare merito queas, qui alios fub fe habuit fcribas, *Efth.* III· *12. et* VIII· *2. etc.* Similiter apud Iudaeos, regnante Ioiakimo, praecipuus (fi ex ordine coniectura facienda) confiliariorum *Elifama*, qui *Ier.* XXXVI· *12. 20. 21.* ספר, et a LXX· γραμματεὺς dicitur. Talis, ut ferunt, fuit Seraia Dauidi *2. Sam.* VIII· *17.* et XX· *25.* Elithoreth et Achiia Salomoni *1. Reg.* IV· *3.* Sobna Ezechiae *2. Reg.* XVII· *18. Ef.* XXXVI· *3.* Quemadmodum autem *Cancellarii* a cancellorum abditis, ita *Secretarii* a fecreto, fiue Secretario. Nam fic dictus locus occultus, ubi res clanculum afferuabantur, aut agebantur, etiam in iudicio Gloffae: σέκρετον, δικαστήριον. Pofterius Secretarium APVLEIVS *in de Mundo* ufurpauit. Et fane antiquitus iudices (ut hoc uetufti moris hic addam) quoties cauffa incidiffet, quam indagare et fcrutari accuratius neceffe erat, a populi confpectu fe fubducebant. Hinc Conftantinus in C·Th. de Off. Rect. Prouinc. ait: *Non fit uenale iudicis uelum, non ingreffus redempti, non infame licitationibus fecretarium.* BASILIVS ep. ad EVSEBIVM fic per interpretem fcribit: *Principes huius mundi, cum facinorofum aliquem ad mortem condemnare nolunt, adducunt uela,* (ἀφέλκονται τὰ περιπετάσματα) *et aduocant ad confiderationem cauffae experientiffimos quosque, et longo tempore cunctantur, nunc legis aufteritatem et rigorem intuentes, nunc communionem et focietatem naturae ueriti* etc. Et CHRYSOSTOMVS *Homil.* V· *in*

2. ad

2. ad Timoth. οἱ λησαὶ ἐν μὲν τῷ δεσμωτηρίῳ ζῶντες ἀδέως ζῶσιν, ὅταν δὲ παρὰ τὸ πέτασμα ἀγαγὼν τις στήσῃ αὐτοὺς, διαλύονται τῷ φόβῳ; *Latrones quam diu in custodia detinentur, securi uiuunt, ubi uero productos ad uelum quis stiterit, tum iam metu dissoluuntur. Vbi ad uelum sisti, est ad tribunal coram iudicibus iudicandum sisti.* Hos quoque *Silentiarios* ROMANI adpellasse uidentur. Ita enim PROCOPIVS de *Bello Persico Libr.* II. *Silentiarium* describit, quod in Palatio Imperatoris fuerit minister ad ea, quae sunt quietis, cum scribit, Adolium, Acatii filium, in palatio Imperatoris eiusmodi fuisse quietis ministrum. Quod, inquit, munus ROMANI *Silentiarium* uocant. Et IVSTINIANVS *de his C. tit. de Silentiariis: Viros clarissimos, sacri nostri palatii silentiarios, circa latus nostrum militantes de tutelis et curationibus excusari, sancimus.* An talis ille γραμματεὺς *Act.* XIX. 35. Sic sentiebam, donec me meliora docuit IOHANNES GREGORIVS, unus ex illis, qui sacram Rem publicam literariam in Anglia exornarunt. Is, obseruata occasione, qua scribae in *Actis Apostolorum* loco laudato fit mentio, nempe festiuitate solemni, ludisque Ephesi in honorem Dianae exhiberi solitis, tres nominat praefectos, quorum primus Ἀλυτάρχης, alter γραμματεὺς, tertius ἀμφιθαλὴς ei audit. Qui quales fuerint, docet ex IOHANNIS ANTIOCHENI MELALAE *Chronographia Graeca MSt.* qui se illa hausisse ex Comino, sapienti Chronographo, narrat. Sufficiet autem ad institutum sermonem persequendum audire solius γραμματέως descriptionem: ὁ δὲ γραμματεὺς, inquit, προεχειρίσθη πρῶτος ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, ὀνόματι Πομπειανὸς κοιαίστωρ, ὁ ἐκ γένους συγκλητικῶν Ῥώμης ὑπάρχων, φορέσας στολὴν ἀσπρὸν, καὶ στέφανον ὁλόχρυσον τύπῳ φυλλοδάφνων. ὅντινα ἐτίμων καὶ προσεκύνουν ὥς τινα, φησὶν, Ἀπόλλωνα. *Scriba uero primus designatus a senatu et populo, nomine* Pompeianus Quaestor, *a Romanis senatoribus ducens genus gestabat stolam albam, et coronam totam auream ad instar laureae. Et hunc, uti aiunt, honorabant, adorabantque ad instar Apollinis alicuius.* Huius officium ergo fuisse uidetur, nomina Hieronicarum in acta publica referre, adscriptis eorum nominibus et praemiis. Quia autem in magno hic apud populum honore fuit, utpote ab eo pariter atque senatu in publica illa et magna festiuitate primo lo-

co electus, facili negotio turbam compescere, et ad fauendum linguis, compellere potuit, quod Lucas de eiusmodi scriba etiam commemorat. Ad haec scribis in militia suae quoque partes, dum conscribebant nomina militum, tesseras militares inter eos distribuebant, et machinas, munitionesque bellicas curabant. De quibus *2. Reg. XXV. 19. Ier. LII. 25. et Es. XXXIII. 18.* quo postremo loco mentio fit scribae turrium, hoc est, scribentis et in rationum libros referentis sumptus, qui in munitiones impendebantur. Nec multum hos inter et scribas nauales intererat, nisi quod minori cum dignitate et maiori cum uitae periculo operam locabant suam; In nauibus nimirum belli, aut negotiationis gratia maria sulcantibus curantes. FESTVS; *Naualis scriba, qui in naue adparebat, inter aliud genus scribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque eius ministerium est obiectum.*

§. 15. Erant denique et gazophylacio regio praefecti scribae γραμματεῖς βασιλικοὶ a LXX. dicti *Esth. IX. 3.* et scripturas ac reditus regios in rationes relatos proscribebant; Vnde omnes fortunae regis et aliorum, quibus ex regio aerario stipendium, aliudue emolumentum debebatur, illis concreditae.

§. 16. Ex his omnibus constat, quantum his scribis debuerint rex pariter atque subditi, si res suas fartas tectas haberent. Securitatem enim quisque suam, ut CASSIODORVS loquitur, apud scribam habebat repositam. Huius ipsa uerba depromere ex *Libr. XII. Variar. Ep. XXI.* operae erit pretium. *Scribarum*, inquit, *officium securitas solet esse cunctorum, quoniam ius omnium eius sollicitudine custoditur. Alios enim depopulantur incendia, alios nudat furtiua surreptio, nonnullis negligentia perit, quod deligens auctor acquirit. Sed de fide publica robustissime reparatur, quicquid a priuatis amittitur. Armarium eius fortuna cunctorum est, et merito refugium omnium dicitur, ubi uniuersorum securitas inuenitur.* Hinc capias, quid CICERO uoluerit cum *Verrina u.* dixit: *Est uero honestus ordo scribarum, quod eorum hominum fidei tabulae publicae periculaque magistratuum committuntur.* Ergo securitates et pericula in potestate scribarum. Etenim

enim literae et diplomata (principum, curiarum, ac senatorum, magistratuumque sigillis munita) quibus dignitates, priuilegia, hereditates, fortunae asserebantur, apud scribas publicos adseruari solebant. Vt autem de uariis scribis publicis disserendo uerba conferam ad compendium, illud tenendum, quod uiri docti obseruarunt, Pontificibus, Ducibus, Imperatoribus, Consulibus, Ædilibus, Quaestoribus, Magistratibus denique plerisque suis quibusque adparuisse scribas. De primis, quos Pontifices minores uacare consueuerant, CAPITOLINVS *in Macrino: Macrinum cum scriba Pontificum esset, quos hodie Pontifices minores uocant, Pontificem Maximum adpellauit.* De ducibus uidere est in Codice Iustinianeo. De Imperatoribus CICERO *Verrina III. Saepe etiam nostri imperatores, superatis hostibus, optime Republica gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt.* De consulibus non unus scriptor meminit. De Ædilibus L. PISO apud GELLIVM *Libr. VI. Cap. IX.* CN. FLAVIVS, *patre libertino natus, scriptum faciebat, isque in eo tempore Aedili Curuli adparebat, quo tempore Aediles subrogantur, eumque pro tribu Aedilem Curulem renunciauerunt. At Aedilis, qui comitia habebat, negabat recipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum Aedilem fieri.* CN. FLAVIVS ANNII *filius, dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse. Isque Aedilis Curulis factus est.* Vnde etiam colligere est, scribas dictos fuisse *scriptum facere*, quoties officio suo fungebantur scribendo, uti nec infimae dignitatis fuisse eorum complures, idque pro ratione et fauore eorum magistratuum, quibus adparebant, quos omnes nunc recensere non uacat. CICERO *Verr. u. Quae pars operae, aut opportunitatis in scriba est, cur ei non modo merces tanta detur, sed cur cum eo pecuniae partitio fiat. Ordo est honestus, quis negat? Aut quid ea res ad hanc rem pertinet?* ALBINOVANVS in magno honore erat apud Neronem Imperatorem, de quo HORATIVS ad eum scribens:

> *Celso gaudere, et bene rem gerere Albinouano*
> *Musa rogata refer, Comiti scribaeque Neronis.*

In primis id de GRAECIS uerum est. AEMYLIVS PROBVS

BVS in Eumene : *Apud Graecos nemo ad ſcribae officium admittitur, niſi honeſto loco natus, et fide et induſtria cognita, quod neceſſe eſt, omnium conſiliorum eum eſſe participem.* Hunc locum tenuit amicitiae apud Philippum Eumenes annos ſeptem. Ab his atque talibus ſummorum magiſtratuum comitibus nomen et titulus *comitum* fluxit, cum praemia illis, qui fideles ſe in omnibus praebuerant, aſſignarentnr agri et ditiones, unde titulum caperent ſingularem. Quos et *Graphos* dictos inuenio (Graven Teutones dicunt, quanquam ex aliorum ſententia Germanis antiquis Graven erant Grawen, *ſeniores*,) uocabulo ἀπὸ τοῦ γράφειν uel γραφεὺς deducto. Apud ROMANOS autem plerique ſcribae non erant in tanto honore, quanto apud GRAECOS. Inde illud PROBI in Eumene : *Itaque Philippus habuit Eumenem ad manum ſcribae loco, quod multo apud Graios honorificentius eſt, quam apud Romanos.* Hinc FLAVIVS VOPISCVS in Carino indignatur, Cancellarium, quem eundem cum ſcriba fuiſſe, dicebamus, ad praefecturam urbis admotum. Idem confirmat HORATIVS *Libr. I. Sat. V.*

> -- *Scriba quod eſſet,*
> *Deterius nihilo dominae ius eſſe.*

Nam de homine ſeruo, priuatim in familia eius ad ſcribae officium promoto, ſermo eſt. Neque enim duntaxat mercenarii fuere ſcribae, qui Notarii dicebantur, quique priuatorum contractus et inſtrumenta deſcribebant, cui quidem rei operam nauaſſe Cinaeos, Iethronis poſteros, clarum eſt ex *1. Chron. II. 55. et Ier. XXXII. 11.* Inde autem nominis origo, quod primitus notis quibusdam characteribus (ut hodie ſolent, qui artem brachygraphiae callent) quae domini et patroni aliique dictabant, exciperent, poſtea plenis literarum numeris, ut ab omnibus legi poſſent, exprimenda. Ita ut inter ſcribam et notarium hoc intereſſet diſcriminis, quod, quae hic notis exarabat, ille plenis uocum literis exprimeret. PAVLLVS *ICtus Cap. XL. de Teſtamento militis. L. Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit, et antequam literis perſcriberetur, uita defunctus eſt.* Sed etiam mancipia ipſa in priuata familia ſcri-

barum

barum munus obibant. CICERO *Libr. V. Famil. ep. XX. Ita accepi librum a meo seruo scriba, ut eundem acceperim a fratre tuo.* Tales comitabantur dominos suos cum pugillaribus, ut, si quid scriptione dignum incidisset, adnotarent: Quod tamen officium scribae illi magnatibus magis, quam priuatis hominibus praestabant. SIDONIVS *Libr. V. Ep. XVII. Nec plus moratus, mox suo scriba, qui pugillarem iuxta tenebat, ad me uocato, subditum sic Epigramma composui.* Ad priuatorum commodis inseruiendum magis erant scribae librarii, de quibus VARRO *de Re Rust. Libr. III. Cap. II. Ex quibus rebus scriba librarius libertus eius, qui apparuit Varroni, et me, absente patrono, hospitio accipiebat, in annos singulos plus quinquagena millia e uilla capere dicebat.* Vetus inscriptio T. CECIENVS. FELIX. AVGVSTALIS. SCRIBA. LIBRARIVS. HORATIVS *de Arte Poetica:*

> *Et scriptor si peccat item librarius, usque*
> *Quamuis est monitus, uenia caret.*

Etiam erant scribae ab epistolis, et quidem Graecis, ut uetus illa inscriptio indicat: AGRIAE. TRIPHOSAE. VESTIFICAE. LIVIVS. THEONA. AB. EPISTOLIS. GRAECIS. SCRIBA. Vnde nonnemo expiscatur, scribas librarios fuisse Graecos et Latinos, utroque aut alterutro tantum nomine, censitos. Et quandoquidem nostro non tantum seculo passim scribae tenuiores censentur fortunae homines, sed et multi olim quoque pro eiusmodi habiti, lubet addere PETRI ANGELI BARGAEI, Poetae non incelebris, iram iustam, an iniustam, qui cum a PAVLLO IOVIO laudatus publicis scriptis hoc nomine fuisset, adeo excanduit, ut peculiari scripto στηλιτευτικῷ in Historias encomistae sui sit inuectus, uti ex HIERONYMI MAGI notis ad PROBVM narrat C. BARTHIVS.

§. 17. Apud Iudaeos etiam ספרים quidam erant inferioris conditionis homines, qui adparebant magistratibus, ut eorum ministri, et acta, pacta decreta, et edicta conscribebant, siue scribendo excipiebant, praelegebant populo et diuulga-

uulgabant, eundemque, cum usus ferebat, ad obtemperandum decretis et edictis compellebant, publica auctoritate. Adeoque rerum iudicatarum et mandatarum erant exsecutores. Quos שוטרים dictos LXX· passim γραμματεῖς adpellant, nec non alicubi γραμματοεισαγωγεῖς, hoc est, qui mandata et edicta superiorum introducerent, et in uulgus spargerent, ipsumque ad obediendum instigarent, ac permouerent. Talis ille *Act. XIX· 35.* qui turbam sedabat. Sed de his שוטרים, siue scribis ministris pag. 316. plura diximus.

§. 18. CLERICI, siue SCRIBAE ECCLESIASTICI, restant describendi סופרים Hebraeis et eorum imitatione γραμματεῖς LXX· Senioribus et N· Testamenti sacris scriptoribus dicti. Quia enim Hebraei non publicos tantum scribas Politicos hoc nomine indigitabant, sed etiam legis diuinae consultos ac doctores, qui explicando et docendo legem, saepe eandem quoque describebant, ideo nomen γραμματεῖς de illis quoque coepit usurpari. *Esr. VII· 6.* Hic ESRA ascendit ex Babylonia, et hic scriba סופר promptus in lege Moysis. Et postea comm. II· idem ESRAS primo סופר simpliciter, et deinde *Scriba uerborum praeceptorum Domini* uocatur. Sic in *Cod. Sanhedrin.* dictum R· JEHVDAE recensetur, qui dixit temporibus Messiae fore, ut *sapientia scribarum* הסופרים *puteat.* Et in *Baua Bathra : Aemulatio scribarum* סופרים *auget sapientiam.* Hic enim scribae notant eruditos et legis peritos, publicosque eiusdem doctores. Certe generatim omnes eruditi, et in quibus plurimae erant literae, hoc nomine censebantur olim *1. Chron.* XXVII· *32. Sirac.* XXXVIII· *25. Matth.* XIII· *52. 1. Cor.* I· *20. Act.* IV· *13.* Veteres enim Hebraei scribas dixerunt, quos nunc sapientes, aut magistros dici fert consuetudo. ELIAS *in Thisbite : Scribae sunt sapientes, qui alio nomine uocantur Magistri.* Idemque notat, indiscriminatim poni sopher, quod est *scriba*, et Rabbam, quod sonat *magistrum* et contra. Sic HIERONYMVS id nominis usurpasse uidetur, *Epist.* CXLII· cum ait : *Est uir quidam, a quo ego plura didicisse me gaudeo, et qui Hebraeum sermonem ita elimarit, ut inter scribas eorum Chaldaeus existimetur.* Sic scribae apud Hibernos ueteres adpella-

pellabantur uiri eruditione clari. Quales SVIBNEVS Clonmacnoisensis, qui obiit anno reparatae salutis D CCC XCI· CORMACVS rex et episcopus Casseliensis, in proelio occisus D CCCC VIII· Et CELE COMORBANVS (sic saepe adpellatur in *Annalibus Hibernicis* successor in praelatura, uel dignitate aliqua ecclesiastica) S· COMGALLI, qui uitam cum morte commutauit anno D CCCC XXVIII· Ita enim habent *Annales Vltonienses.* CELE COMGALLI SCRIBA, *Anachoreta et Apostolicus doctor totius Hiberniae.*

§. 19. An uero νομοδιδάσκαλοι et νομικοὶ iidem sint, qui γραμματεῖς, toties in Euangelica historia memorati, uirorum sententiae uariant. IOHANNEM CAMERONEM audire primum est animus, qui ad *CAPVT XXII·* Matthaei sic de eis disserit: *Certum tamen est, CHRISTVM Luc. XI· 45. Scribas et Pharisaeos a Legisperitis, siue νομικοῖς, distinxisse. Nam cum scribis et Pharisaeis horrendum Vae denuntiasset, subdit: καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί. Vbi illud* ϗ *ἔμφασιν habet. Praeterea cum increpuisset scribas, respondit quidam e Legisperitis: Magister, haec dicens, nobis quoque facis contumeliam.* Eadem repetens FESSELIVS in *Aduersariis sacris Libr. I· Cap. I.* certissimum esse ait, CHRISTVM *Luc. XI· 45.* Scribas et Pharisaeos a Legis peritis, siue νομικοῖς distinxisse. At uero JOH· VORSTIVS in *Philologia sacra de Hebraismis N· T·* eosdem esse, censet. Rationes, quibus nititur, hae sunt I· *quia idem ille, qui Marc.* XII· *28.* γραμματεὺς *dicitur, etiam* νομικὸς *a Matthaeo adpellatur Cap.* XXII· *com. 35.* II· *quia interpres Arabs uocem* γραμματεὺς *et* νομικὸς *una eademque uoce exprimit.* CAMERONI uero sic porro respondet: *IN PRAEDICTIS IGITVR VERBIS LVCAE PARTICVLAE* ϗ *SINE DVBIO ea uis non est, quam CAMERO ei tribuit. Verisimilius est, cum CHRISTVS* τοὺς γραμματεῖς *increpasset, hos ipsos quoque ei respondisse, et usurpasse, quidem illa uerba, quae S· LVCAS habet.* Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων ϗ ἡμᾶς ὑβρίζεις. Et uoculae ϗ quidem uidetur uis confirmandi inesse hoc modo: *Magister, cum haec dicis, certe nobis iniuriam facis* (quae igitur non ferenda uidetur.

§. 20. Equidem VORSTIO lubens accedo, quatenus γραμματεῖς, νομικοὺς et νομοδιδασκάλους eosdem facit. Et in eam propendeo ſententiam, νομικοὺς *comm.* 45. dici illos γραμματεῖς, qui e ſecta erant Phariſaeorum. Nam de Phariſaeo νομικῷ mentio *Matth. XXII.* 34. 35. Quod autem non γραμματέας, ſed νομικοὺς tales adpellauit Lucas, cauſſam hanc eſſe, arbitror, ne quis exiſtimaret, ſimplicem aliquem γραμματέα, ſiue γραμματέα, qui non erat Phariſaeus, CHRISTO ſic oblocutum fuiſſe, ſed Phariſaeum eiuscemodi, qui ſimul erat νομικός. Nam haec ſuperbia et audax impudentia in Phariſaeos in primis quadrat, qui ſeipſos ſoliti erant iuſtificare coram hominibus et περιαυτολογεῖν. Itaque maluit Lucas νομικοὺς dicere, quam γραμματεῖς, quia hoc ab illis diſtinxerat in uerbis CHRISTI referendis. Et fortaſſis hi Φαρισαιογραμματεῖς (ut fictos illos nouo ficto nomine inſigniam) utut uulgo γραμματεῖς ab altera conditione dicerentur, ipſi ſe νομικοὺς adpellare maluerunt, quia id uocabulum manifeſtius et magis proprie legis ſtudium, quod prae ſe ferebant, et de quo gloriabantur, latis phylacteriis id oſtentando, indicabat. καὶ autem ἐπιτατικὸν et αὐξητικὸν eſſe, idem LYDIVS *l. c. p.* 50. adnotauit, exemplisque aliquot commonſtrauit. Vid. etiam de uocula καὶ JAC. GODOFREDI JCti *Obſeruat. in 1. Tim. III.* 15. Vt igitur breuis ſim: Termini ualent ut nummi. Aliquando γραμματεὺς, νομοδιδάσκαλος, et νομικὸς denotant doctorem Eccleſiae, qui Synedrio aſſidebat, aliquando doctorem Synagogae publicum legisque peritum, qui dignitate fuit illo inferior; Aliquando denique γραμματεὺς, non niſi ſcribam popularem connotat ἁπλῶς et ſimpliciter, qui pueros ad literas informabat, quo onere fungebatur tribus Simeon.

§. 21. Simeonitas habuiſſe curam puerorum, traditio uetus commemorat, cuius iam mentionem fecit TARGVM HIEROSOL. *ad Gen. XLIX.* 7 אפליג ית שבטא דשמעון כפרין מלפי אוריתא בכנישתא דיעקב: *Diuidam tribum Simeon, ſcribas doctores legis in ſynagogis Iacobi, unde* RASCHIVS *ad hunc locum:* אין לך עניים סופרים ומלמדי תינקות אלה משמעון *Non tibi pauperes ſcribae et informatores puerorum e tribu Simeon.*

§. 22.

§. 22. Denique singulariter et ἐξοχικῶς MASORETHAS hoc uenisse nomine, ex antiquitate Judaica constat, siquidem hi in uoluminibus Hebraeorum סופרים κατ' ἀκμὴν audiunt. Quanquam enim ELIAS LEVITA in *Praefatione tertia libri Masoreth* uocem hanc explicaturus, ab numerando סופרים dictos esse, putet, cum scribit: אך המעשה אשר עשו בעלי המסורת הוא שהשתדלו בכל מאמצי כחם ולא נחו ולא שקטו עד שמנו כל הפסוקים והתיבות והאותיות מכל ספר וספר לפיכך קראו להם סופרים: *Ceterum opera, quam Masorethae fecerunt, ea fuit, ut omnibus uiribus curarent, neque quiescerent, donec numerarint omnes uersus, uoces et literas singulorum librorum.* Hac ex caussa uocarunt סופרים, NVMERANTES; Alii tamen, doctores Judaeorum ideo סופרים κατ' ἐξοχὴν esse denominatos, quod sapientia et interpretandi scripturam facultate alios longissime superarint, recte statuunt. Licet etiam hos ELIAS LEVITA cum LVDOVICO CAPPELLO, aliisque, nostra aetate, innouandi studio correptis ad fines seculi V· aut in initium seculi VI· traiectos uelit, HEBRAEORVM tamen DOCTORES una mente Masoretharum originem et natiuitatem a tempore finitae captiuitatis Babylonicae uerius deducunt, quam in sententiam scripsit literatissimus BVXTORFFIVS *suum Masoreth*, multa orientali eruditione confertum.

§. MASORA autem est a מסר, *tradidit*, doctrina critica, a maioribus tradita, sapientum Hebraeorum, siue scholion Bibliorum marginale, quod hodie circellus o commonstrat. Ratione generis dicitur *doctrina critica*, quia non est integer commentarius totius sacri codicis, sed compendium obseruationum criticarum, quae capita, sectiones, literas, uocales, omnesque adeo apices respiciunt. Hoc autem loco neutiquam intelligimus, *Masoram magnam*, qua de uidesis PFEIFFERI *Criticam Sacram*, ab scriptoribus Rabbinicis contextam, sed *Masoram* קטנה, *paruam*, siue scholia Bibliorum, circello nostra aetate distincta. CAVSSA EFFICIENS harum obseruationum marginalium principalis statuitur DEVS, ita tamen, ut ad

diſtinctionem heic ſit recurrendum *inter θεοπνευστίαν immediatam* et *mediatam*, quemadmodum GERHARDVS, CHEMNITIVS, alii Theologorum orthodoxi, cantilenis Lutheri quibusdam, ſolatii diuini plenis, et item Libris Symbolicis θεοπνευστίαν quandam mediatam relinquunt. Deſcribitur autem haec mediata θεοπνευστία per φανέρωσιν diuinam, ita ut ſint ſcholia eiusmodi ueluti θεόσδοτα, *diuinitus tradita*, non quidem immediate per ἔλλαμψιν רוח, *SPIRITVS*, qua ratione *SOLA SCRIPTVRA* diuinitus creditur inſpirata, ſed *mediate* et κατ' ἄλλο per miniſterium horum ſcribarum, quorum mentem et calamum DEVS direxiſſe dicitur, ut ſacer codex ab omnibus corruptelis ſartus, tectusque aſſeruaretur. CAVSSAM EFFICIENTEM MINVS PRINCIPALEM, quam ſcholae διακονικὴν adpellitant, uiri inter Hebraeos aeque ac Chriſtianos literatiſſimi, in uiris Synagogae magnae, quae floruit memoria ESRAE, uolunt inueniſſe, quae quidem fere communis eſt Iudaeorum ſententia. MATERIA CIRCA QVAM ſunt uerſus, uoces, literae, ſiue apices. FINIS a corruptione praeſeruatio, unde MASORA Magiſtris ſonat סי׳ג לתורה, *ſepimentum legis.* Vſus multifariam ſe per codicem inſtrumenti ueteris diffundit, quos inter utilitatis fructus non poſtremo loco connumeratur DIVISIO et SVPPVTATIO uerſuum, uocum, literarum u. c. סכום פסוקי דספר בראשית אלף וחמש מאות ושלשים וארבע וסימן א״ך ל״ד וחציו ועל חרבך תחיה *Numerus uerſuum Geneſeos eſt* 1534. *Symbolum ſunt literae ſequentes* א״ך ל״ד *uerſus dimidius eſt* Cap. XXVII· 40. *Et ſuper gladio tuo uiues.* Deinceps Maſorethae notarunt peculiarem ſcriptionem. Dantur enim literae maiuſculae, ſuſpenſae, inuerſae. Breuitatis cauſſa prouoco ſaltim ad Deut. VI· 4, שמע, *audi Iſrael, Adonai Deus noſter Adonai* אחד *unus eſt*, ubi MASORA adiicit עין רבתי, *Aiin magnum*, et דלת רבתי, *Daleth magnum*, qua ipſa ſcriptione hominum oculos uolunt excitare et extollere ad conſiderandam maieſtatis diuinae gloriam, ita, ut, licet multi ſint, qui אלהים, Dii, adpellitentur in coelis et in terra, tamen exiſtat unus Iehoua coelorum

rum et terrae, atque sic amplius. Aliquando MASORA subinuoluit *ἐξήγησιν*, et est ueluti commentarius textus. Sic. *Es.* IX. *Cetibh*, siue textus habet לא, quae uocula alias non significat, *Keri* uero, siue lectio marginalis Masoretharum לו, *ipsi* scilicet populo. Quapropter Masoretharum mens eo rediit, sensum hoc in commate difficillimo non negatiuum, sed adfirmatiuum locum inuenire. Sed enim cum alibi occasio sese obtulerit commoda, his de Masorethis fusius dicendi, nihil amplius heic adiiciendum duximus, quam quod *γραμματεῖς*, siue *νομικοί τοῦ λαοῦ*, fuerint doctores Ecclesiae et synagogarum publici, legum et scripturarum diuinarum peritissimi, qui non tantum traditionum, Cabbalae et Masorae notitiam habebant profundiorem, uerum etiam codicem sacrum interpretari didicerant, id quod ex u. 5. et 6. luculenter adparet. LVNDIVS in Jud. Heiligth. *Libr.* IV. *Cap.* XVII. *p.* 813. Woraus gnung zu sehen, daß die *γραμματεῖς*, oder Schrifftgelehrte, das öffentl. Lehr-Ambt geführet, und das Volck unterrichtet haben, weswegen sie auch bisweilen genannt werden *γραμματεῖς τοῦ λαοῦ*, Schrifftgelehrte des Volcks *Matth.* II. 4.

CAPVT III

De Iohanne Baptista uid. *Marc.* I. 3. et *Luc.* III. 4. ubi certe in historia Iohannis, ex antiquitate illustranda, multi fuimus.

CAPVT IV

§. 1.

Ad u. 2. Si sacerdotum Hebraeorum ieiunia consideremus, non possumus non magni aestimare ieiunium Christi. Nam Sacerdotes non, nisi summa suborta calamitate, ieiunabant, et tum demum, si, aliorum ieiuniis finitis, calamitas non desineret, u. c. si in mense Nouembri non decidissent pluuiae, tunc a Synedrio decernebantur tria publica ieiunia,

in quibus quidem Sacerdotes ad classem Sacerdotum ministrantium hebdomadae pertinentes ieiunabant, sed per aliquam tantum diei partem. Quod si et illa tria ieiunia essent finita, et nondum descendissent pluuiae, septem alia ieiunia decernebantur omnium grauissima, in quibus etiam grauidae et lactantes feminae ieiunabant, per totum diem, et Sacerdotes, sed tantum per aliquam diei partem, iuxta MAIMONID· *de Ieiun. Cap.* III· §. *1.* Itaque si Sacerdotes, qui actu in templo ministrabant, ieiunabant, multa iam ieiunia praeterierant, et erant illi inter ieiunantes ultimi, non per totum diem ieiunabant, unde praeter Sacerdotum ieiunium multo magis aestimandum ieiunium Sacerdotis Summi, IESV CHRISTI, impr. cum illud non per aliquam diei partem, sed per 40. dies et noctes uoluerit continuare. Sicut enim Sacerdotum ieiunia instituebantur, si calamitas alio modo auerti non posset, ita etiam Sacerdos noster J. C. ieiunium suscepit, ut calamitates peccatorum nostrorum auerteret, quare ante officii sui ingressum ieiunabat. Huc enim pertinet ieiunium Sacerdotis summi ante festum expiationis et in festo expiationis, quod explicauit RHENFERDVS *in Notis ad Scheringham de Festo Expiationis Hebraeorum.*

§. 2. *Lapides in panem mutandi.* Cur praecise, lapides in panem mutari uoluerit tentator, eius rei uaria ex historia hebraea rationes afferri possunt.

1) Qui ieiunare non poterat, sed in ieiuniis edere licite solebat, quales erant grauidae et infantes, qui nondum ad annum IX· peruenerant, non edebat cupedias, sed panem, uel nudum, uel in edulium intinctum. MAIM· *de Ieiun. c. 1. §. 14.* Itaque uolebat tentator, ut Christus tantum in panem mutaret lapides, non in carnes, nenimis ieiunia fregisse uideretur.

2) lapides ap. Ebraeos opponebantur pani, unde si panis non aderat, pro pane porrigebatur lapis, cuius rei uestigia reperiuntur *Matth. VII· 9.* Praeterea panis crescere ex terra dicebatur, non uero ex lapidibus, quia terra producit hordeum triti-

triticum, ſpeltam, auenam et ſerale, ex quibus 5. ſpeciebus conficiebatur panis. Quod uero ex oryza, uel melio, uel leguminibus confectum erat, non uocabatur panis, uideatur. MAIM. *de Primit. Cap. VI.* §. 2. Hinc terram non afferebat tentator, ut fieret panis, quia ex terra producitur panis. Denique non uidetur tentator digito monſtraſſe lapides deſerti, ſed uidetur lapides aliquot attuliſſe, quas mutari in panem cupiebat.

§. 3. *Deſertum, in quod a Spiritu S. deductus Chriſtus fuit.* Illud communiter Arabiae fuiſſe, arbitrantur Homiletae, ſed deſertum Arabiae nimis diſtabat ab Hieroſol. et ab illo monte, in quem ducebatur Chriſtus. Nam Arabiae deſertum ad tribum Gad pertinebat, Hieroſolyma autem et mons Quaretanus, in quem Chriſtus ducebatur, ad tribum Beniamin referebatur. Tribus autem Beniamin non uicinus erat tribui Gad, ſed tribui Manaſſe, Ephraim, Sabulon, et Ruben, ut uidere eſt ex tabula tribus Gad in Adrichomii Terra Sancta. E. fortaſſis uicinius deſertum u. c. Diblothae uel aliud indicatur.

§. 4. *Pinnaculum Templi* Syr. *Matth. 4. 5.* על כנפא דהיכלא SCHINDLER. p. 876. pars templi alarum ſpeciem habens, illud de lorica templi, circa ſupremum templi apicem concinnata nonnulli Philologi interpretantur, cum L' EMPEREVR *de Menſuris Templi* p. 162. Quod ſi tamen ſtatuere uelimus in altiſſimo loco Chriſtum fuiſſe collocatum, adhuc altior erat tota Templi fabrica Pronaon (ſeu murus porticus; Die Halle Salomonis) qui murus tantam habebat altitudinem, ut totum templum uidere prae iſto muro non poſſet. In iſto muro erat porta habens altitudinem 40. cubitorum et latitudinem 20. cubitorum, ſed ianuis carens, ſupra quam portam erant trabes quercinae eleganti ordine collocatae et praeterea ad illam portam. 12. gradibus aſcendebatur, in quorum ſupremo gradu benedictio ſacerdotalis ſolemnis recitabatur. uid. *Libr. Miſchn. de Menſuris Templi cap. 3. §. 3.* MAIM. *De Domo elect. cap. 4. §. 8.* Iſte autem murus porticus commode appellabatur πτερύγιον, ſeu ala, quia

quia in latitudine utrinque uersus aquilonem et austrum excedebant latitudinem muri templi, quae latitudines uocabantur murales, et in iis erant loca, ubi cultri sacri asseruabantur, ut Ebraei docent. Si itaque dicatur Christus collocatus in hoc muro, tunc et simul in altissima templi parte, et simul in alto muro ipse collocatus dici potest.

§. 5. Προσκύνησις, seu προσκύνημα, Hebr. השתחוית, Rabb. השתחואת, orient. significabat 1) salutationem, 2) supplicationem, 3) adorationem, quia gentibus olim plerisque כריעה, *curuatio*, seu כריעת הראש עם קצת חגוף, *curuatio capitis cum aliqua parte corporis*, et בריכה, *ingeniculatio super terram inter salutationem ac supplicationem et in adoratione obtinuit.* Quando autem LIGHTFOOT· arbitratur in *Matth. IV· 6.* quod Satanas Christum collocauerit super porticum Basileae Herodis, quae in parte australi atrii Gentilium erat, eratque illa quidem immensae altitudinis, ut qui ex illa in subiectum uallum oculos dimitteret, uertigine laborare inciperet, tamen non uidetur, uocari illum locum potuisse πτερύγιον, quia non erat murus alatus.

CAPVT V

§. 1.

Ad u. 1. Vid. de more ascendendi in montes, et de sacris in montibus p. . Erat olim traditio uetus, quae Setho cum posteris cacumina montis, Cainitis ualles in habitaculum relinquit. Vnde EVTYCHIVS, Patriarcha Alexandrinus, ex monimentis ueterum אשתחלפ אואלרה ברם האביל אן לא יכול אחר מסהם מן הרא אלגבל אמקרש ולא יתר קון אחר מן אולארהם יחזל אלי אולאר קאיין אללעין: *Sethus adiurauit liberos suos per sanguinem Abelis, neminem eorum descensurum e monte hoc sancto, nec permissurum quenquam ex eorum liberis, posterisue descendere ad Caini maledicti*

dedicti liberos, posterosque. Idem tradit : ומן בער מות ארם אפתרקת פבילת שית מן פבילת קאין אללעין ואחר שית אבנה אנוש בכרה וקינאן אבן אנוש וגו׳: *Post mortem Adae diuisa est familia Sethianorum a familia Cainitarum, et cepit Seth filium suum primogenitum Enosh et Cainan filium Enosh, et Mahaliel filium Cainan, et uxores eorum prolemque, et adscendere eos fecit in cacumen montis, ubi sepultus est Adam, Caino interim et prole eius in conuallibus, id est in campo, ubi occisus est Abel, remanente. Studebat autem Sethi proles sanctitati et puritati, atque obedientes erant mandatis Angelorum, quos sibi uicinos habuere. Et cantibus et laudibus cum Angelis utebantur, et dicti sunt filii, seu proles, DEI tam ipsi, quam uxores ac progenies ipsorum.* Commemorant praeterea Magistri, Sethianos ante diluuium descendisse ex monte, iuramentoque solemniter praemisso, confluxisse, inuicemque se obligasse ad uxores sibi capiendas ex progenie Cainitica, exinde monti Hermon quoque nomen הרמון inditum. At enim uero fabulae sunt, quae de ascensu et descensu montium disceptantur. Vid. SELDENVS *de Synedriis Veter. Hebraeor. Libr. I. Cap. XI. p. m. 248. sqq.*

§. 2. Ad u. *6. 7.* collat. Matth. XXVI. *26.* sqq. *Beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiam.* Qui iustitiam J. C. adipiscitur, ille supra modum beatus censetur, Seruatorem ipsum accipit, ac saturatur in primis in S. Coena per Synaxeos usum, et misericors multos misericordiae et gratiae diuinae fructus consequitur. Dignitas Argumenti de COENA DOMINI mouebat me, ut, moribus Hebraeorum antiquis, qui ad illustrationem Coenae Dominicae faciunt pag. 373. expensis, et ritibus, qui Mysterium hoc, ut cum magni nominis Theologo, D. GERHARDO, loquar, magis deprimunt, quam augent et illustrant, semotis, in CHRISTIANORVM VETERVM CONSVETVDINES paulo sollicitius inquirerem. Quemadmodum enim cerimonias Paschales, praxi Veterum Christianorum insignes, Diss. VI. Antiq. Passion. ὡς ἐν συνόψει, uelut in tabula, percensui: Ita consuetudines, easque potissimas S. Coenae et Agaparum, quibus misericordiae fructus pauperibus ostendebant, omnes

R enim

enim minutias referre, instituti praesentis ratio non patitur, ex antiquis monumentis reuocare, mihi nunc est in animo.

§. 3. Praemittimus aliquot S. COENAE, quae nobis iustitiam CHRISTVM exhibent, DENOMINATIONES, non omnes, sed potissimas, quae ab ritu ueteri uel ortum habent, uel Antiquitatem certe redolent. Has inter non est postrema illa, qua *S. Synaxin* COENAM dicimus, ein Nachtmahl, ein Abendmahl, *ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον, 1. Cor.* XI. *23.* Institutionis erat olim diuinae, ut Agnus Paschalis NOCTE comederetur. Vnde MATTHAEVS *c.* XXVI. *6.* aiebat: *ὀψίας δὲ γενομένης*, ubi Coenam Paschalem, cuius initium erat sub uesperam, et finis post plenam noctis meridiem, subintelligi uolebat, et nox illa Hebraeis idcirco dicebatur ליל שמורים, *nox custodiarum* ac *obseruantiae*, ליל פסח, *νὺξ τοῦ πάσχα*, qua Christus post Agni esum S. Coenam instituit. *Ἦσαν δὲ*, Primi Christiani, *προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου καὶ ταῖς προσευχαῖς*, NOCTE, non tam ob *primam institutionem*, quae facta est nocte, quam *propter persecutiones* et *hostium machinas*, quae nocturnos conuentus omnino suadebant, qua de re deinceps dicemus. Id commemorabile est, quod *Φανερώσεις τοῦ χριστοῦ* praesertim plenam in noctem incidant. Deus *ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ τῆς νυκτὸς*, dum *ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν.* Tum enim Angelus Domini adstabat illos, *εὐαγγελίζων χαρὰν μεγάλην, ὅτι ἐπεφάνη ἡ χάρις, (ἡ χρηστότης, ἡ φιλανθρωπία τοῦ σωτῆρος) ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, Luc.* II. *Tit.* II. *et* III. *1. Tim.* III. Seruator etiam in ultima manifestatione adproperabit ad iudicium, *μέσης νυκτὸς*, irruente PLENA NOCTIS MERIDIE, hominibus multum in saporem collocatis. Namque in MEDIA NOCTE, *κραυγὴ γέγονεν, Ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, Matth.* XXV. Hoc aliqui simul SECVNDVM LITERAM exponunt, CHRISTVM, mortuorum ac uiuentium Iudicem, NOCTE appariturum, existimantes, certe non sine ueritatis specie, quanquam, si SENSVM LITERALEM ab Seruatore nostro intentum sequamur,

σχημα-

σχηματικῶς, id eſt, ſub noctis umbra, nox, hoc eſt, finis ſeculi, innuitur, quod ne falcem alienam in meſſem immittamus, Theologis diſcutiendum relinquimus. Nobis ſaltim ritus in mentem incidit, antiquitate inſignis, quo nuptiarum feſtiuitates apud HEBRAEOS pariter et GRAECOS circa *noctis meridiem* inſtituebantur, quorſum reſpicit CHRISTVS, cum ait: Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν etc. Vnde Graecorum οἰνόπτης ac conuiuii ὀφθαλμὸς, cuius in *Diſſ. IX.* §. 6. mentio iniecta eſt, a POLLVCE ſic deſcribitur: Οὗτος λύχνους καὶ θρυαλλίδας παρεῖχε καὶ τὴν ἐξ ἴσου πόσιν ἐφέωρα. *Hic lucernas et elychnia procurabat, atque, ut potus aequalis eſſet, attendebat.* Huius rei fidem facit HESIODVS *in Scuto Herculis*, *u.* 274. *ſ.* Πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει. Τῆλε δὲ ἀπ' αἰθομένων δαΐδων σέλας εἰλύφαζε χερσὶν ἐνὶ δμώων. *Multusque hymenaeus excitabatur, et procul ab ardentibus facibus fulgor reſplendebat in manibus famulorum.* Sedenim commemoraui morem illum in *Antiquitatibus ſelectis de Velatis Hebraeorum et Graecorum Feminis*, et, ſi cui uolupe ſit, huic conſuetudini diutius inhaerere, ille adeat ſcriptores de NVPTIIS VETERVM a Celeb. FABRICIO in *Bibliogr. Antiqu.* citatos, una cum illis, qui in Hebraeorum rituum recenſione operam ſuam collocarunt.

§. 4. Nos, in uiam ut redeamus, immortaliter gaudemus, CHRISTVM νύμφιον ἐπουράνιον NOCTE, ut *Graeci* aiunt, δεῖπνον ποιεῖν, hoc eſt, *Epulum Euchariſticum* inſtituere, quo arctius cum ipſo unimur. Τὸ δεῖπνον φασὶ κοῖναν διὰ τὴν κοινωνίαν καλεῖσθαι. Dicunt δεῖπνον, ſiue COENAM, *uocari* κοῖναν ob κοινωνίαν, COMMVNIONEM et BENEFICENTIAM. *Veteres enim Romani ſoli modice prandere ſoliti*, συνδειπνοῦντες τοῖς φίλοις, *coenabant una cum amicis.* Vnde μονοφάγοι dicti ſunt a *Graecis*, quod in prandio ſoli atque ſeorſim, in coena autem cum amicis cibum caperent. CASAVB. *Ex. 16. p. 453.* Idem mos ab aliis uſu receptus eſt. Eodem ſpectat uocis δεῖπνον ſignificatio, cum ἰδίως ſumitur, *pro coena*, cuius uim exprimebat VVLGATVS et SYRVS, cum ille δεῖπνον transferebat

conuiuium uesperi bonos inter amicos, ritu maiorum, bene institutum; hic חשמיתא, interprete TREMELLIO, סעודת הלילה, *conuiuium noctis*, qua de re pauca notauimus *Diss. III. de Vnct. in Beth. p. 2. sq.* Coena, ne multus sim, siue δεῖπνον, erat quasi amicorum, quam amici et sodales, ad animi refectionem, leuationem corporis, mutuae charitatis significationem, frequentabant. Hinc δεῖπνον, iudice STVCKIO, ratione etymi dicitur ἀπὸ τῆς κοινωνίας, *a communione*, cuius nimirum ea sit interpres, conciliatrix atque custos, quomodo CONVIVIVM *Latinis* deriuatur A CONVIVANDO, quia uitae habeat coniunctionem et quasi conuictum. His solicite expensis, uocum Graecarum συσσίτιον, συσσίτια, συνεςία, σύνοδος, συναγώγιον quibus PLATO, ATHENAEVS, PLVTARCHVS, DIOGENES LAERTIVS, alii passim utuntur, notiones facile fluunt. EVSTATH· HOMERVM NECTARE atque AMBROSIIS nihil aliud significare uoluisse, putat, quam φιλοτήσιον ὁμιλίαν τὴν συμποτικὴν, id est, *consuetudinem*, *colloquiumque conuiuale*, *amoris*, *amicitiaeque plenissimum.* Vnde ΔΕΙΠΝΟΝ Veteribus PAX est dictum, et *Gentiles* συσσίτια, eleganter admodum, adpellarunt ἀγάπας, id est δεῖγμα εὐνοίας κοινωνικῆς, item φίλαν τράπεζαν apud PINDARVM, ἢ ὅτι κατὰ τὸ ἀναγκαῖον συνεςιῶνται, ἢ ὅτι ἐκ ταύτης αἱ φιλίαι, eo nimirum, quod *conuiuia optima sint mutuae hominum charitatis uincula, atque symbola.* ATHENAEO συνάγειν inde est *compotare*, μετ' ἀλλήλων πίνειν. Coena *Priscis*, ἐκκρίτως, ut PSEVDO-DIONYSIVS ait, σύναξις καὶ κοινωνία fuit adpellata, διὰ τὸ συνάγειν, ut idem elegantissime sane, teste STVCKIO, interpretatur, ἕνωσιν καὶ κοινωνίαν πρὸς τὸ ἓν, id est, *reducit*, seu *reuocat unitatem atque communionem ad unum.* Vid. STVCK. *Antiq. Conuiu. p. 7. 2.* Conuiuia porro notanter audiunt φιλιτικὰ, δημοτικὰ, φρατρικὰ, propter amicitiam et concordiam, quam in epulis *Antiqui* confirmabant. Eo pertinent *Italorum* συσσίτια ab Italo, *Cretensium* ἄνδρεια a Minoe, et *Lacedaemoniorum* φιδίτια, quasi φιλίτια, a Lycurgo instituta, qua de re PLVTARCH·

in

in Lycurgo f. m. 46. ſic ait : Τὰ δὲ συσσίτια, Κρῆτες μὲν ἀνδρεῖα, οἱ Λακεδαιμόνιοι δὲ Φιδίτια προσαγορεύουσιν, εἴτε ὡς φιλίας, καὶ φιλοφροσύνης ὑπαρχόντων, ἀντὶ τοῦ λ. τὸ δ. λαμβάνοντες, εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν καὶ φειδὼ συνεθιζόντων. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τὸν πρῶτον ἔξωθεν ἐπικεῖσθαι φθόγγον, ὥσπερ ἔνιοι φασὶ, ἐδιτίων παρὰ τὴν δίαιταν καὶ τὴν ἐδωδὴν λεγομένων. *Conuiuia* CRETES Andria, LACEDAEMONII Phiditia *nominant: uel quod amicitiam et beneuolentiam concilient,* ἀπὸ τῆς φιλίας, *loco* λ, δ, *reponentes; uel quod ad frugalitatem aſſuefaciant, et ad parſimoniam, a dictione* φειδὼ *deducentes. Potuit etiam prima litera aliunde adiecta fuiſſe, ut nonnulli uolunt, ac dicta Editia, ab edendo et uictu.* ATHENIENSIVM praeſertim συμπόσια, ROMANORVM χαρίτια, ARGENTINENSIVM et HELVETIORVM φρατρικὰ, quae et PRISCIS GERMANIS, ut teſtis eſt TACITVS, erant in uſu, attentionem merentur. Conf. STVCK. *l. c. l. 1. c. 31. p. 119. 124. et 134.* PFEIFFER. *Antiq. Graec. l. 2. c. 69. p. 461.* quibus adde, ſi placet, ANDR. BACCIVM, IANVM CORNARIVM, IO. BAPT. CASALIVM. IOH. PHIL. THOMASINVM, IO. LAVRENTIVM. VINCENT. BVTIVM, IVL. CAES. BVLENGERVM, ERYCIVM PVTEANVM, HIERON. MERCVRIALEM, PLATONEM, ATHENAEVM cum ſcholiis Veterum.

§. 5. Haec ideo in medium attuli, ut de uocum ΔΕΙΠΝΟΝ, COENA, ΣΥΝΑΞΙΣ, ΚΟΙΝΩΝΙΑ, quibus *Euchariſtiam Veteres*, ſignificanter admodum, nominarunt, emphaſi inter nos eo melius conſtet, quae ueriſſime κατ' ἐξοχὴν ad κυριακὸν δεῖπνον accommodatur S. Coenam quidem ob leuem aliquam ſimilitudinis ſpeciem cum Gentilium συσσιτίοις non comparabo, ſed id tamen licitum erit in animum reuocare, quod Ethnici quandoque conuiuia ſua φιλιτικὰ magis, quam Chriſtiani S. Coenam, in oculis tulerint. Chriſtiani aliquando ſunt peiores Ethnicis, quando, poſthabitis amicitiae et concordiae legibus, ad menſam Euchariſticam, ſiue aram, acceſſuri; de aliis enim peccatis, quae in uulgus nota ſunt, non dicam, de *praecedentia*, quam uocant, mulierum ritu, cum fratribus in Chriſto acrius

 alter-

altercantur, et, nescio quas, quod sane turpe dictu, rixas mouent. Quanquam etiam S. Coena et epula Gentibus usitata toto coelo differunt, belle tamen, immo elegantissime, Priscis Eucharistia dicebatur σύναξις et κοινωνία, utut illud MALDONATVS inficias eat. Equidem κοινωνίας, quod non ignoramus, nomine ueniebat olim *communicatio bonorum*, siue *beneficentia*, qua Veteres et Gentiles et Christiani bona in pauperum usus erogabant. De illis uid. HAMMOND. *ad Act. II. 42.* de his Apostolum, qui iubet diuites, ut essent κοινωνικοὶ, *communicantes, liberales, benefici*, *1. Tim. VI. 18.* et *Rom. XII. 13.* notanter ait: κοινωνεῖν ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων. Namque habebant Veteres bona sua κοινὰ, *Act. II. 44.* quae deponebant ad pedes Apostolorum, *Act. IV. 37.* et postea per διακόνους offerebant, de quorum διακονίᾳ Diss. III. a nobis dictum est. Neruose Magnif. D. D. IOANNES GVILIELMVS JANVS, *Theologus consummatissimus*, *Historicus* insignis, Patronus et Praeceptor noster omni reuerentiae et honoris cultu perpetuum colendus in *Diss. erudissima de Liturgia Eccles. Apostol.* §. *14. p. 21. Nam*, inquit, *ut in V. T. non decebat* ἀσύμβολον, *siue* uacuum, *comparere coram Deo*, *Exod.* XXIII. *15. Deut. XVI. 16. ita et primis conuentibus Christianis in N. T. suae quaedam* θυσίαι *erant*, *Deo placentes*, *Hebr. XIII. 16. conf. Philipp. IV. 8. Talia sacrificia praecipit Apostolus*, *dum Corinthios*, *eleemosynas conferre et seponere*, *iubet*, κατὰ μίαν σαββάτων, *1. Cor. XVI. 2. -- Tali* κοινωνίᾳ *non modo fratrum eiusdem Ecclesiae*, *sed et exterorum indigentiae*, *ex instituto Apostolorum*, *subueniebatur. Ita Christiani Antiocheni ad subleuandam annonae caritatem*, *subsidia*, *prout cuique suppetebat*, *fratribus habitantibus in Iudaea mittebant*, *per manum Barnabae et Pauli*, *Act. XI. 29. 30. Ita Christiani Macedoniae et Achaiae communicationem aliquam* (κοινωνίαν τινὰ) *faciebant in pauperes*, *qui erant Hierosolymae. Rom. XV. 26. Speciatim Corinthiorum erga illos*, *et erga omnes*, *liberalitatem* (κοινωνίαν) *dilaudat Paulus*, *2. Cor. IX. 13. conf. u. 1. sqq.* Certe κυριακὸν δεῖπνον *1. Cor. XI. 20.* quod ratione originis est a Domino, et celebratur iussu Domini, ratione modi fieri debet ἐν τῷ κυρίῳ, ratione obiecti, siue materiae, offert nobis Dominum, ratione temporis maxime fiebat die Dominico, ratione finis reducit ad Dominum, uerissime dici potest σύναξις,

con-

congregatio in unum, κοινωνία, *communio amicorum Jesu et Sanctorum*, quae nos efficit in *amicos Dei*, ubi animam, curis confectam, עמל, ut aiunt Hebraei, id est, malorum labore, lassam, reficimus, et, tanquam mensae Domini conuiuae, mentem renouamus, recreamus, inuicem exhilaramus. Quemadmodum autem S. Coena κλάσις τῦ ἄρτου, quae actio specialis erat, licet accidentalis, item εὐλογία καὶ εὐχαριστία, quae sumptionem panis et uini praeibat, συνεκδοχικῶς dicitur: Ita quoque *Patres Graeci* eandem σύναξιν et κοινωνίαν commode adpellare poterant, uel κατὰ τὴν συνεκδοχὴν, denominatione sumpta a communicatione bonorum, a sacrificiis, uel oblationibus, de quibus deinceps dicemus, a beneficentia et muneribus, quibus coram Deo comparebant κοινωνικοὶ, initiati, digni, aut, ut hodie dicimus, *communicantes*; uel a forma et effectu, respectu simul habito ad ritus Veterum, ut dicatur κοινωνία, a *communione*, qua Christiani fiebant participes omnium priuilegiorum, quae tum Ecclesiae concessa fuerant. Hoc est, licitum erat, stare inter fideles, contueri mysterii huius administrationem, consecrationem et distributionem. Participes fiebant inde per S. Synaxin unionis cum Ecclesiae capite, Christo, unionis cum membris Ecclesiae arctissimae, quod, ut alia taceam, clarius patebit ex subsequentibus.

§. 6. Vertimus nos ad uocem ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ, quae pariter antiquitatem in se inuolutam habet. Γενικῶς omnia sacra promiscue dicuntur μυστήρια, παρὰ τῦ μύειν, uti uolunt interpretes passim, quod obstrusa et occulta erant βεβήλοις, *profanis*, μὴ μεμυημένοις, *non initiatis*. Vnde notabilis est *disciplina arcani*, quam Gentiles haud dubie a Iudaeis et Christiani a Gentilibus sunt mutuati. Neruose, quod etymum spectat, CASAVB. *l. c. p. 478*. Originem nominis esse *Hebraicam*, uix potest dubitari. סתר, *satar*, *est occultare*, מסתר, *mistar*, מסתור, *est res abscondita*, *secretum. Graeci etymum uarie explicant.* Μύειν *est arcanam doctrinam tradere*, μυεῖσθαι *illa doctrina imbui*, *unde* μυστήριον, *usitata formatione. Alii etymum sic explicant*: Παρὰ τὸ τοὺς ἀκούοντας μύειν τὸ στόμα, *quod os claudant*, *qui audiunt*, *nempe ad seruandum silentium*, *de quo postea.* IAMBLICHVS

ta-

tamen, ut refert PHOTIVS, *a magica obseruatione circa mures uult adpellata* τὰ μυςήρια, *quod illius uiri eruditione est indignum.* SVIDAS *in Lex.* Μυςήρια, inquit, ἐκλήθησαν παρὰ τὸ τὺς ἀκέοντας μύειν τὸ ςόμα κ̀ μηδενὶ ταῦτα ἐξηγεῖσθαι. Μύειν δέ ἐςι τὸ κλείειν. Μύησις παρὰ τὸ τὰ μυςήρια κ̀ ἀπόρρητα τελέσθαι. *Mysteria uocantur, quod auditores claudunt os, et nulli haec enuntiant.* Μύειν *enim est claudere.* Μύησις, *initiatio, a mysteriis et arcanis rebus, quae fiebant.* Auctor *Etymologici* magni: Μυςήρια, ἃ δεῖ μύσαντες τηρεῖν ἔνδον; *Mysteria sunt, quae decet initiatos intus custodire*, hoc est, initiatus nulli profano enuntiare debet. Item VARIN· *in Lex.* Μυςήρια, ait, θεωρία πνευματικὴ τὴν τῶν πολλῶν κατάληψιν διαφεύγουσα παρὰ τὸ ἅτινα μύσαντα, δεῖ τηρεῖν ἔνδον. Et mox: Μυςήριον ἐςιν ἄρρητον σέβας, κ̀ τὸ ἀπόρρητον, quod nihil aliud est, quam *cultus latens arcanus, ineffabilis*, quem intus custodire decet, quem effari non licet. Hoc praesertim de Sacris, quae *Eleusinia* Veteres dicebant, intelligendum est. Nam illa ἰδίως et *specialissime*, ac quasi κατ' ἐξοχὴν, Μυςήρια uocantur apud *Pausaniam* in *Atticis* et *Herodotum* in *Euterpe.* Cereris sacra, hoc est, *Eleusinia maiora*, ab *Aristophane* idcirco audiunt ἄρρητα ἱερὰ, *ineffabilia*, non quidem *physice*, sed *moraliter* et *ciuiliter*, aut ἠθικῶς, ob *disciplinam*, quam uocant, *Ecclesiasticam*, siue *arcani.* Ne quis haec mysteria enuntiaret, cautum erat hac lege: τὸν ἐξειπόντα τὰ μυςήρια τεθνάναι, *qui mysteria diuulgauerit, plectatur capite.* Quam in legem deliquerat *Diagoras Melius*, uti *Suidas* testis est ex *Scholiaste Aristophanis ad Aues*, una cum aliis, quorum fit mentio apud PFEIFFER· *in Antiq. Graec. l. 1. c. 43.* Ἐκήρυξαν κατ' αὐτȣ̃ Ἀθηναῖοι, κ̀ ἐν χαλκῇ ςήλῃ ἔγραψαν. Τῷ μὲν ἀποκτείναντι, τάλαντον λαμβάνειν. Τῷ δὲ ἄγοντι, δύο. Ἐκηρύχθη δὲ τȣ̃το διὰ τὸ ἀσεβὲς αὐτȣ̃, ἐπεὶ τὰ μυςήρια πᾶσι διηγεῖτο, κοινοποιῶν αὐτὰ, καὶ μικρὰ ποιῶν. Καὶ τȣ̀ς βȣλομένȣς μυεῖσθαι ἀποτρέπων. *Athenienses per praeconis uocem promulgarunt aduersus ipsum*, (Diagoram Melium,) *et in aerea columna scripserunt, ut ille quidem, qui ipsum interfecisset, talentum acciperet. Ille uero, qui* (uiuum) *adduxisset, duo. Hoc autem promulgatum fuit propter ipsius impietatem, quia mysteria narrabat omni-*

omnibus, ea euulgans et extenuans, et illos, qui uolebant initiari, auertens. Hoc ſcelus a Diagora commiſſum, cuius poenam Ariſtophanes commemorat, teſte SVIDA, tandem in Prouerbium iuit. Sic ÆSCHILVS eandem ob cauſſam uitae diſcrimen incurrebat, quod repetit ARISTOTELES, *Ethic. l. 3.* et ex eodem recenſet PFEIFFER· *l. c. p. 104.* Inſignes et notabiles peccatores ſacris arcebantur. Huius rei teſtis eſt uetus formula, in qua excommunicationis uis praelucet, ἑκὰς, ἑκὰς, ὅςτις ἀλιτρὸς, *procul hinc, procul ite prophani.* Exemplo nobis ſit *Nero Auguſtus*, qui, poſt occiſam ab ſe matrem, *Eleuſinia ſacra* accedere, non eſt auſus. Δόγματα extantiora non erant iuris publici. PHOTIVS ideo τὴν σοφίαν τῶν ἐθνῶν partitur in ῥητὴν καὶ ἀπόῤῥητον, et IAMBLICHIVS δόγματα ἀπόῤῥητα diſcernit, ab illis, quae diuulgari poterant, ideo ἔκφορα dicta. Hunc in finem in ſcholis habebant ἀκροατήριον, ubi *Sapientes* tradebant ἐσωτερικὰ, hoc eſt *placita*, quae *intra ſcholae fines* retinebantur, atque propria erant diſcipulorum *interioris admiſſionis*, qui κατ ἰδίαν, *ſeorſim*, priuata, eaque accuratiſſima, inſtitutione fruebantur, cum contra ἐξωτερικὰ paterent omnibus, et *extra ſcholae fines* enuntiari poſſent. Eleganter admodum CASAVBONVS : Ratio uero eorum ſacrorum illa in uniuerſum erat, ut, qui ſe diſciplina imbuendos traderent, paulatim purgati ab huius uitae inquinamentis et peccatorum ſordibus, per certos gradus et definita temporum interualla, ad neſcio quorum, ingentium arcanorum perceptionem, atque notitiam perducerentur. OLYMPIODORVS : Ἐν τοῖς ἱεροῖς ἡγοῦντο μὲν αἱ πάνδημοι καθάρσεις. Εἶτα ἐπὶ ταύταις μυήσεις ἐν τέλει, δὲ ἐποπτεῖαι. *In ſacris praecedebant publicae purgationes ; deinde has excipiebant aliae reconditiores ; poſt has aggregationes, ad extremum epoptiae, ſiue ſacrorum omnium plena participatio.* Gentiles conſuetudinis huius non debent ſtatui auctores, quippe hoc diu ante Iſraelitas inter in more poſitum fuit, ut חולים, id eſt, ἀνίεροι ab Synagogis, ſacriſque locis auerterentur, cui rei fidem, ut alia ſilentio praeteream, faciunt notabiles inſcriptiones, quae templorum portis erant inciſae : זה השער ליהוה צדיקים יבאו בו: Haec eſt porta Iehouae, quam iuſti ingrediuntur. Μὴ δεῖ ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παρεῖναι, *non decet alienigenam in*

S *locum*

locum sanctum transire. Manauit mos ad Gentes, unde demum ad Christianos uenit. Erudite iterum CASAVBONVS *p. 487.* Veteres, inquit, quinque gradus habebant, 1.) *purgationem communem*, 2.) *purgationem interiorem*, 3.) *σύςασιν*, 4.) *initiationem*, et 5.) *ἐποπτίαν*. *Similiter uetus Ecclesia quinque gradus, siue, ut aiunt, τέσσαρας τόπ8ς ἐπιτιμίων ἀνύεσθαι, quatuor loca poenae obiri, praecepit, antequam peruenirent ad ipsam communionem. Primus locus est, quem uocarunt πρόκλαυσιν, in ipso primo aditu Ecclesiae separati non solum a fidelibus, sed etiam a Catechumenis aliquot annos, (tres ut plurimum,) manebant poenitentes in squalore et paedore, omnibus fidelibus legationes deprecationis iniungentes, ut loquitur* TERTVLLIAN· *in libro de poenitentia. Proximus gradus, siue locus, dicebatur ἀκρόασις, ibi ut plurimum ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνον, ad alios tres annos admittebantur poenitentes tantum, ut audirent uerbum Domini, quando in Ecclesia legebatur - His fas non fuit, precibus Ecclesiae interesse. Tertius gradus, siue locus, dicebatur ὑπόπτωσις, ea fuit quaedam interior admissio, ubi tres alios annos stabant poenitentes, precem Ecclesiae participes, ut et Catechumeni, quibus exeuntibus ipsi quoque exibant.* GREGORIVS *ita describit*: Η ὑπόπτωσις ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τ8 ναȣ̃ ἱςάμεν☉ κατὰ τῶν μετὰ τῶν κατηχȣμένων ἐξέρχηται. *Dicitur tertius ille ὑπόπτωσις, q. d. humiliatio. Restant duo nomina σύςασις et μέθεξις, quarti et quinti loci, seu gradus. Σύςασις igitur, e mysteriis gentium uox accepta, adpellabatur statio inter fideles, ibi poenitentes duos persaepe annos agebant: quod ad cetera, eiusdem conditionis cum fidelibus; neque iam cum Catechumenis exibant, sola participatione mysteriorum, ceteris fratribus, inferiores. Μέθεξις uero dicebatur ius communicandi, et, ut loquitur* BASILIVS, *aliquoties in descriptione harum poenarum, ἡ κοινωνία τ8 ἀγαθ8, communicatio ipsius boni, id est, Eucharistiae. Alii eodem sensu dixerunt: ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, peruenire ad consummationem.* Sic Christiani, more Gentilium, dogmata partiebantur in ἔκφορα, quae foras adferri poterant, et τὰ ἀπόῤῥητα mysteria, neque in quotidianis colloquiis, neque in catechesibus, neque in concionibus temere non initiatis uulganda, cuius rei testes sunt BASILIVS, GREGORIVS NAZIANZENVS, CHRYSOSTOMVS. Vnde Gentiles, uti CASAVBONVS

BONVS refert, Religionem Christianam, ludibrii caussa, dixerunt *κρύφιον δόγμα*. Mysteria quidem in oculis semper habere debemus, non uero occultanda sunt. CHRISTVS certe et *Apostoli* non occultarunt, sed exposuerunt. CASAVBONVS quidem putat, distinguendum esse inter *res*, siue *res significatas*, et inter *rituum caussas* ac *modum* celebrandi, ueteres non res, sed rituum caussas ac modum celebrandi occultasse. Sed neque *rigorem disciplinae*, quam uocant, *Ecclesiasticae*, neque mysteriorum occultationem probamus. Certe Christiani alios non tam ritibus, quam mysteriis, siue rebus ipsis, arcebant. Quanquam non ignoremus, occultandi ritum cum primis *quarto* et *quinto Seculo* in consuetudinem uenisse. CYRILLVS HIEROS· de Mysteriis, inquit, apud Catechumenos *λευκῶς*, *aperte*, non loquimur, sed multa saepe loquimur *ἐπικεκαλυμμένως*, *tecte*. *Sexto Seculo* inter *Latinos* in desuetudinem sensim abiit, et *septimo* desiit. *Graeci* uero morem illum non abrogarunt, apud quos hodie in usu est, cum Veterum formula utuntur: *ἴσασιν οἱ μεμυημένοι, ἴσασιν οἱ πιστοὶ, ἴσασιν οἱ συμμύσται, τὸ λεγόμενον*, *norunt initiati*, *sciunt fideles*, *sciunt symmistae*, *quid dicatur*. Vid. GEBH· THEOD· MEIER· *de Solemni Sacrorum coram profanis et nondum initiatis occultatione*, §. 42. *sqq.* M· WILHEL· ERNEST· TENTZELII *Diss. de Disciplina Arcani contra* EMANVEL· A SCHELSTRATE *Antuerpiens.* D· SCHVRZFL· *in Tmematibus Antiqu. Eccles.* § 10. Haec igitur, si altius expendamus, adpellationi, qua S· Coena *κοινωνία*, *σύναξις*, in primis uero *μυστήριον*, apud Veteres dicebatur, magnam sane lucem adferunt. *Antiquis Graecis* et *Romanis* iusiurandum et sacramentum esse dictum *μυστήριον*, qua notione *Syri* et *Chaldaei* sacramentum uocant רזא, רז, ארז, *arcanum*, *mysterium*, iam, ob breuitatis studium, una cum ceteris, quae submoneri poterant, praeterimus.

§. 7. *Patres*, utpote IVSTINVS, IRENAEVS, CLEMENS, alii nomen *εὐχαριστία* pro S. Synaxi acceperunt, quae denominandi ratio uetustissima est, ut ex *uersione Syriaca* patet. Nec illam, qua Mysterium hoc *εὐλογίαν* ueteres dixerunt, item *μυστικὴν εὐλογίαν*, negligere debemus, in primis, cum *εὐλογία*

S 2 saepe

ſaepe numero ueteribus aliud quid ſignificet. Concinne CASAVBONVS: *Sic* εὐλογίαν γάμȣ *totum ordinem adpellant conſecrandi nuptias, cuius pars erat Sacramentum Euchariſtiae, ſicut hodie eſt in multis locis, et in Eccleſia etiam Anglicana. Adpellarunt etiam* εὐλογίαν *partes conſecrati panis, quas moris erat in primitiua Eccleſia mittere ad alias paroecias, aut ad peregrinos,* ἐπιδημȣ̃ντας, *declarandae dilectionis ergo, et conſenſionis in fide.* EVSEB· *Hiſt. V. c. 26.* πέμπειν εὐχαριστίαν *dixit. Poſtea illa conſuetudo fuit prohibita. Similiter etiam Latini Eulogias dixerunt fruſta panis benedicti, ſed non in uſum Euchariſtiae, qui et mittebatur ad abſentes, ut ſaepe legitur in Epiſtolis Auguſtini et Pauli, et, ſacris peractis, datur iis, qui communicare non fuerant parati, ut eſt in decreto, quod Pii primi nomine circumfertur. Dabantur eaedem Eulogiae et Catechumenis, qui ius ſumendae Euchariſtiae non habebant. Itaque hoc illis erat loco Sacramenti: atque adeo Sacramentum quoddam hoc illis erat. Nam ita diſerte adpellat Auguſtinus, l. 2. de Peccatorum meritis et remiſſ. c. 26. laxiore uidelicet notione, quia precibus ſanctificabatur. Ac propterea panem illum uocarunt etiam* ἀντίδωρον, *quoniam locum obtinebat* δώρȣ, *id eſt, S Euchariſtiae: Hoc namque ſignificat* τὸ δῶρον. *Dixerunt eundem panem* et κλαστὸν, *aut* κατάκλαστον, *propter fractionem, quam uidentur in eo diuidendo obſeruaſſe, ſicut obſeruabatur in Euchariſtiae diſtributione*, de qua deinceps pro inſtituti noſtri ratione pauca notabimus. Haec uero, quae hactenus, interprete CASAVBONO, ſubmonuimus, ad Patrum, maxime Graecorum, illuſtrationem adprime facient. S· Coenam autem, hinc εὐλογίαν, hinc εὐχάριστιαν, adpellari συνεκδοχικῶς, iam a nobis hic et alias eſt dictum.

§. 8. Reſtat nomen MISSA, quod, profecto, prae ceteris, notari, meretur. *Pontificii* paſſim a מזבח deducunt, ut ſit quaſi *ſacrificium altaris*, quo ipſo Hebraeae linguae ignorantiam ſatis produnt. Alii, nomen *Miſſa* Hebraeam uocem eſſe מִסַּת, *donum, oblationem*, ex *Deut.* XVI· *10.* olim coniecerunt. Ita Pii *Confeſſores A. C. in Apolog. de Vocab. Miſſae p. m. 430. Quorſum*, aiunt, *opus eſt procul quaerere etymologiam? cum extet nomen Miſſa Deut.* XVI· *ubi ſignificat collationes, ſeu munera populi,*

puli, non oblationem sacerdotis. Debebant enim singuli uenientes ad celebrationem Paschae aliquod munus quasi symbolum adferre. Hunc morem initio retinuerunt et Christiani. Conuenientes adferebant panes, uinum et alia, ut testantur Canones Apostolorum. Inde sumebatur pars, quae consecraretur. Reliquum distribuebatur pauperibus. Cum hoc more retinuerunt et nomen collationum, Missa. Non ergo est absonum, Missae uocem a Chaldaeis, aut Hebraeis, repetere, ut uir magnae doctrinae, CASAVBONVS putat. Nam מַסָּה Hebraeis significat donum, oblationem, uel a מסס, *soluere*, *dissoluere*, quemadmodum plurimi cum SCHINDLERO p. 1019. contendunt, uel, quod uero similius est, a נשא, pro quo saepe numero, literis ה et א, ס et ש, quae sunt congeneres et unius organi, permutatis, ponitur נסה, *ferre*, *adferre*, *portare*. Vnde משאה, *donum*, *portio*. Morem quoque offerendi dona ab Hebraeis ad Christianos uenisse, mox audiemus, cum Veterum Agapas sumus examinaturi. Atque sic illa, quae a *Piis Confessoribus* in medium adferuntur, et cum etymo et cum re ipsa, hoc est, consuetudine Veterum, quam proxime congruere uidentur. At enimuero, quoniam uox apud *Interpretes* et *Patres* uetustissimos non inuenitur, *Syrus* etiam, cuius tamen lingua ad Hebraeam prope accedit, eandem ignorat, Missae uocabulum originis esse Hebraeae, dubitant alii. Legitur quidem in Graecorum monumentis uox *μίσα*, sed auctorum mediae aetatis, qui ante annos praeter propter noningentos de re militari scripserunt: et quidem pro uespertinis precibus, aut matutinis, non pro sacramento, ut obseruat, teste CASAVBONO, IO. MEVRSIVS. Quapropter plurimi MISSAE uocabulum ab RITV POPVLVM DIMITTENDI desumunt. Moris olim erat, ut, cum in *iudiciis Romanorum* praeco clamabat ILICET, iudicibus abeundi facta potestas insinuaretur, quae *formula* fuit quoque *dimittendi funeris* ILICET. Vid. *Francisc. Hotomann. de Formul. Antiqu. p. 1013. Graeu. Thes. Antiq. Rom. T. 2.* Sic Graecis erat ἄφεσις, *dimissio*, cum, finita concione, praeconis uoce clamabatur: λαῶν ἄφεσις, *populorum dimissio*, quod ex *Plutarcho*, aliisque scriptoribus constat. Quemadmodum *Priscis* peragendis in sacris usurpata erat formula: ἑκάς, ἑκάς, ὅστις ἀλιτρός, *procul hinc, procul ite profani;*

fani; ita ferunt, Diaconos olim Christianorum pronuntiasse; ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, uel ἔξω περιπατεῖτε, ὅσοι ἐνεργούμενοι, ὅσοι ἀμύητοι: *Omnes Catechumeni foras discedite, omnes possessi, omnes non initiati.* Optime QVENSTAD· *in Antiq. Bibl. et. Eccles. de S· Euchar. rit. antiq. p. m. 374.* Duplex autem olim erat ἄφεσις, *missio*, siue *Missa*. PRIOR, quando, finitis lectionibus Scripturae, tractatis item et precibus illis, quibus interesse licebat Catechumenis, Energumenis et poenitentibus, uoce Diaconi exire iubebantur, quibus, λειτουργίας, id est, actiones Eucharistiae, spectare, fas non erat. POSTERIOR ἄφεσις, seu *Missa*, erat, quum, omnibus sacris peractis, finitaque Eucharistia, precatio fiebat dimissoria, cum, ut ait CASAVBONVS, *p. 513.* post εὐχὴν ἀπολυτικὴν, a Diacono pronunciatam, populo discedendi fiebat potestas, quod in *Liturgia Chrysostomi* intelligitur illis uerbis: ὁ ἱερεὺς ποιεῖ ἀπόλυσιν, *Sacerdos facit Missam*, hoc est, dimittit populum: ἀπόλυσις est ἄφεσις, *missa*, uel *missio*, sumptum uerbum e *Simonis Cantico*: Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα, quae ibidem recitantur. Haec igitur communis est de uocabulo *Missae* sententia, ad quam Eruditi ferme omnes accedunt, cui et subscribunt nostrates plerique.

§. 9. Sed missa MISSA, qua ETYMOLOGIAM spectata, rem ipsam adgredior. Duplicem autem reperimus LITVRGIAM, siue *Missam*. PRIOR est CHRISTIANA APOSTOLICA, stilo ueteri sic dicta, ab Luthero et Euangelicis Doctoribus non abrogata, sed retenta, quin immo ab inquinamentis et sordibus Pontificiorum liberata ac renouata, quam Magnif. D· D· IANVS Diss. pec. solide adseruit, et ex instituto explicuit. POSTERIOR est GENTILIS et PAPALIS *sacrificatoria*, ex medii aeui barbarie residua, praesertim solitaria illa notabilis, quam *Pii Confessores in Art. Smalcald. II·* bene uocant MAXIMAM ET HORRENDAM ABOMINATIONEM. Patres uetustissimi, CHRYSOSTOMVS, AVGVSTINVS, reliqui et *uocem Missae* et *superstitiones Missaticas* ignorarunt. Vocatur quidem COENA DOMINI Patribus HORRENDA et SPIRITVALIS MENSA, MENSA DOMINICA, COMMVNIO,

MVNIO, SYNAXIS, MYSTERIVM, OBLATIO, SACRIFICIVM etc. Sed nominis Missae, pro S. Coena sumptae, plane nulla fit mentio. Apud CASSIANVM legitur uocabulum MISSAE, sed ἄφεσιν illam, de qua diximus, connotat. *Missam* celebrasse in urbe *Vasatensi*, ab Hunnorum obsidione liberata, uerbi diuini Ministrum, pro gratiarum actione, refert SIGEBERTVS *in Chron. sub ann. 453.* Verum ille, uti bene monent *Centuriat. Magdeb. Cent. V. c. 6. p. 374.* ex consuetudine sui seculi perperam recepta, locutus est. Referunt antiqui Patres, quod non diffitemur, in S. Coenae distributione Martyrum, Episcoporum, Sanctorum commemorationem, et, ut sic dicam, piam recordationem, esse factam. Sed de *Missa idololatrica* et *sacrificiis Missaticis* in scriptis Patrum altum est silentium. CHRISTVS in prima S. Synaxeos institutione iubet: τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Paulus subiicit: τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, *mortem Domini annuntietis.* Haec est uera orthodoxae Ecclesiae, ut sic dicam, καταγγελία, siue *Haggada*, non ad certum tempus restricta, sed, ex mandato Seruatoris, perpetuo in Regno Gratiae duratura, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ, donec uenerit. De Martyrum et Episcoporum commemoratione, siue, καταγγελία, SERVATOR nihil praecipit, nec APOSTOLI illius mentionem faciunt, nec ullum adparet in Antiquitate uestigium, VIRIS APOSTOLICIS et ORTHODOXIS tale quid in usu fuisse, HEBRAEI, Veteres saltem illi, (nam *Magistrorum* fabulas parum aut nihil moramur,) in Sacramentorum festiuitatibus Sanctorum memoriam non recoluere. Immo *Patrum* primitiuae Ecclesiae *Liturgiae* et commemorationes *sacrificia Missatica*, *theatrica spectacula*, *superstitiones idololatricas*, ab quibus illi erant alienissimi, minime redolent. Erat, si qua fuit, Sanctorum καταγγελία tum simplicissima piorum hominum recensio, historica relatio et nuda recordatio, qua fideles ad similem in fide constantiam, grassantibus persecutionum tempestatibus, in conuentibus sacris, in quibus simul Eucharistiam distribuebant, serio admonebantur. Quicquid ἀταξίας adhaereret ritui, medii aeui seculis et proxime subsequentibus, accreuit, ex κακοζηλία Gentilium, quod de pluribus Pontificiorum superstitionibus monstrat *Hospinianus.*

spinianus. LITVRGIA, quam NOSTRIS IN ECCLESIIS tuemur, omnium est *antiquissima* et *Apostolica*, quod Magnif. D· D· IANVS euicit. Habemus illam profecto ab ipsis *Apostolis* in Ecclesiam inuectam, ab *Viris Apostolicis* ad posteros traductam, quam הוא, *αὐτὸς*, IPSE DEVS immutabilis, qui hos Ecclesiae Doctores ad doctrinam propagandam et gregem suum gubernandum instruxerat, omnino instituit. MISSA uero PONTIFICIORVM, cuius semina *Sec. III· IV· et V·* sparsa sunt, *Sec. VI·* demum est edita, ac superstitionibus, nouisque ritibus, successu temporis, aucta.

§. 10. PELAGIVS II· *Pontif. R.* quemadmodum *Chronic. Martini* refert, ut memoria defunctorum in omni Missa fieret, ordinauit. *Sec. VII· et VIII·* haec sanctimoniae larua et Ethnica pompa, *Constantinopolin, Angliam, Saxoniam*, aliasque terras peruagari, coepit. Eleuatio simplex migrabat magis magisque in superstitiones, cum adoratione et genuflexione coniunctas. Vnde *Missatica sacrificia, theatrica spectacula*, cetera inualescebant, et indies crescebant. Certe Eleuatio panis, quam Veteres initio ab Hebraeis haud dubie fuerant mutuati, tanquam ritum absque genuflexione damnanda et superstitione peractum, *Seculo*, praesertim *VII·* transibat in pompas theatrales, et sequentibus Seculis nouis ritibus augebatur, atque sordibus, nescio quibus, Ethnicorum, mirum in modum, conspurcabatur. In *Concilio Viennensi, A. C. 1311.* Beguardi et Beguinae damnabantur, quod, praeter plurimos errores, ad nolae sonum, cum *Monstrantia*, quam uocant in Papatu, eleuaretur, surgere et genua flectere recusarent, quem tamen cultum Ecclesia R. praeceperat. *Caranz. Sum. Conc. Lugd. 157. 12. p. 371.* Sed diu iam ante illud tempus *ἀρτολατρείας* superstitio incrementum cepit, maxime cum accederet nolae, uel campanulae, ad hostiae eleuationem, ritus, qui hactenus ut simplex consuetudo quibusdam saltim in Ecclesiis haud dubie latuerat. IO· STEPHAN DVRANT· *de Rit. Eccles. l. 2. c. 40.* ex Nauclero refert ad *an. 1240. Gregorium IX· P· R·* statuisse, ad corporis et sanguinis Christi consecrationem campanas pulsari, scil. ut populus ad genuflectendum admoneatur. Vid. totam adorationem illam

illam descriptam in *Missali Rom. c. 8. §. 5.* Conf. *Eman. Gonzalez Tellez Comment. in Decretal. Gregor. IX. t. 3. p. 888.* Pontificii uero mentiuntur egregie, quando in *Synod. Trident. Sess. 13. c. 5.* CVLTVM LATRIAE -- EXHIBERI AB OMNIBVS CHRISTI FIDELIBVS PRO MORE IN CATHOLICA ECCLESIA SEMPER RECEPTO, scribunt, nisi id Papicolis largiri uelis, quod, ne quid dissimulemus, subnectunt de *Catholica Ecclesia*, si uox nempe *Catholica* sumatur λεγομένως, *secundum dici*, ut Philosophus ait, in sensu famosiori. Ἀρτολατρείας superstitio, una cum reliquis abominationibus, utique cum *Catholica*, hoc est, *Romana Ecclesia*, ortum habuit, simulac Ethnicismus cum Christianismo commisceretur. Id quoque uerissimum est, Papicolas acerrimos harum superstitionum defensores semper extitisse, contra institutionem Christi et praxin purioris Ecclesiae. GEORG. CASSANDER, qui *Liturgias Veterum* diligentissime collegit, in *Graecorum* et *Latinorum* scriptis ne γρῦ, ne μῦ quidem, de adoratione hac inuenit, quippe quam Ecclesia orthodoxa in totum ignorauit. Adducunt, uti testis est D. QVENSTAD. *l. c. p. 404.* Pontificii locum ex *Pseudo-Dionysio Areopagita, Hierarch. Eccles. c. 3.* OBTECTA MVNERA PONTIFEX OSTENDIT, ubi *Pachymeres* eius *Scholiastes*: ὑπ' ὄψιν ἄγει, *sub oculos ponit, oculis subiicit.* Sedenim, si qua fuit *Patribus orthodoxis* eleuatio panis et reuerentia, quod tamen, cum firmis destituamur argumentis, in medio relinquimus, non fuit superstitiosa illa theatrica, quae fit per adorationem, et iusto nomine *Gentilis* merito adpellatur, quam mordicus retinent Pontificii, sed *Christiana*, ab ἀταξίᾳ Gentilium libera, omnis culpae expers, nuda ostensio, quae fiebat ad excitandam deuotionem, et reuerentiam, quam profecto omnes Christiani tremendo huic mysterio debent, ututnon idololatricam. Sic nos, cum uerbi diuini Minister consecrat, et *Liturgiam Christianam Apostolicam* peragit, surgimus, ac reuerenter Deum colimus. Nemo autem nostratium ἀρτολατρείας crimen incurrit. Poterat etiam leuatio panis in primitiua Ecclesia, propter exemplum Christi, usitata fuisse, qui, ut aliqui coniiciunt, ritu Iudaeorum retento, more auito, panem in altum sustulit et calicem נשא, adleuauit, cum benediceret. Sed in re tam incer-

ta nihil adseueramus. *Scholiastes Liturgiae Graecanicae*, GERMANVS, *Patriarcha Constant.* scribit: Elatio in altum uenerandi corporis repraesentat crucis elationem, et mortem in ea, et ipsam resurrectionem. At enimuero id, apud Antiquitatum peritos, nullam ueri similitudinem habet, nisi uerba Patriarchae de posterioribus Christianorum Seculis intelligas, ubi facta fuit ideo eleuatio, ut Corporis Christi in cruce elationem adumbraret. Quid multum? Cultus idololatricus ille est Gentilis, contra Seruatoris intentionem et purioris Ecclesiae praxin, a Papis Romanis, Ethnicarum superstitionum Patronis, inuectus, pani consecrato deinceps ab omnibus Papae asseclis, pro more in *Romana Ecclesia*, liceat ita loqui, *Gentilizante*, semper recepto, superadditus, ergo abominandus et detestandus. Eodem pertinent *processiones* Pontificiorum, *ritu auito*, id est, *Gentilium*, susceptae et peractae. Sic *Leo IV. R. P. Sec.* iam *IX.* Missis, aqua benedicta, circuitione et precibus, quales ritus Ethnicorum processiones et superstitiones egregie exscribunt, *Leopolin* urbem, recens natam, lustrauit et consecrauit, ut esset propugnaculum contra Saracenos. Vid. *Centur. Magdeb. Cent. 9. c. 6. p. 134.* Atque sic *Baronius*, teste *Casaubono*, *l. c. p. 513.* absurde et plus quam pueriliter statuit, Missam a Iacobo ad Hierosymitanos, a Petro et Paulo ad Romanos, uenisse. Ignorabant uocem Missae interpretes et Patres uetustissimi, ac proinde superstitiones ipsae illis notae non fuerunt. De *Processionibus Gentilium* pariter ac *Pontificiorum*, aliisque similibus superstitionibus, conferri merentur EZ. SPANNHEMIVS, IO. CASPAR KREGELIVS, IO. FAES, NICOL. SERAR. et IACOB. GRETSERVS. Vid. omnino D. FECHTIVM *de Origine et Superstitione Missarum.* Hactenus de *Missa*, quam quidem potuissem ipsi tractationi inserere. Sed enim uel ideo, occasione uocis Missae, cuius etymum indagare debebam, praemittere illam, uoluimus, ut ne, deinceps, actum agere, uideamur. De uocabulo ἐφοδίου et ἀγάπης uoce, pro instituti nostri ratione, infra nonnulla adnotabimus.

§. II. CAVSA EFFICIENS PRINCIPALIS solus DEVS VNITRINVS EST, speciali autem ratione FILIVS DEI ἐνσαρ-

σαρκος, qui ἀυτοπροσώπως S. Synaxin inſtituit, cuius myſterii expoſitionem relinquimus Theologis. CAVSAM MINISTERIALEM conſtituunt ECCLESIAE MINISTRI. Certe apud *Chriſtianos ueteres* S· C· adminiſtratores fuere *Apoſtoli, Viri Apoſtolici*, *Epiſcopi*, *Presbyteri*, et quandoque *Diaconi*, per quos ad abſentes, qui uel per morbum, uel ſenium, uel alia de cauſſa, ſacris conuentibus intereſſe, non poterant, S· Eucharistia mittebatur. *Iuſtin. Martyr. Apolog. 2.* prope finem *p. 162.* Ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν ἐυχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς ȣ παρȣσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. *Diſtributio et ſumptio ex conſecratis unicuique fit; Et ad abſentes per Diaconos mittuntur.* Aliquando hoc erat *Acoluthorum*, maxime perſecutionum tempore, aliquando *puerorum*, munus, qua de re uid. QVENSTAD· *l. c. p. 431.* Legimus tamen, graſſantibus perſecutionum tempeſtatibus, Chriſtianos, maxime peregrinantes, panem et uinum conſecratum ſecum circumtuliſſe, ut; adpropinquante, praeter ſpem, mortis periculo, alimonia illa, tanquam uiatico, ſolarenrur. *Sec. VIII·* in feſtiuitatibus ſolemnibus CAESARES IN SACERDOTES ATTONSOS populo COMMVNIONEM porrexiſſe, auctor eſt *Diaconus* et *Zonaras*. CAROLVS M· in die Paſchali S· Synaxi uſus eſt, ſpectante VITEKINDO. *Crantzius in Metropoli, l. 1. c. 9.* Interdum diſtribuebant *Pontifices*, ut Papa *Lothario Regi. Regino, l. 2.* Sed id abuſui, per Pontifices Romanos in Eccleſiam introducto, adſcribendum eſt. In orthodoxa Eccleſia munus illud ſemper penes uerbi diuini Miniſtros fuit.

§. 12. MATERIA EX QVA conſtat hoc Sacramentum eſt RES TERRENA et COELESTIS. Hanc exponunt *Theologi*, illius autem inquiſitio *Philologis*, *Hiſtoricis*, *Antiquariis* permittitur. *Materiam* ergo *terrenam* conſtituunt *panis* et *uinum.* Initio de PANE diſſerendum eſt. Hic praeſertim in controuerſiam uenit, utrum Veteres in Menſa Domini panem ἄζυμον, an ζυμωτὸν adhibuerint? Reſponſio eſt in promptu, Chriſtum nempe in prima Synaxeos inſtitutione conſecraſſe panem ἄζυμον, qualis tum in feſtiuitatibus Paſchatis praeſto et ad manus erat, *Apoſtolis* autem, *Viris Apoſtolicis* et *uetuſtiſſimis*

Christianis fuisse ἀδιάφορον, uel panem ἄζυμον, uel ζυμωτὸν in S. Synaxi usurpare. Vnde legimus, aliis in locis azymum, in aliis fermentatum panem in usu fuisse. *D. DORSCH. Exercit. ad Diatyp. Conc. Nic. §.23. QVENSTAD. l. c. p. 376.* qui docte scribit: *Ritum consecrandi in ἀζύμοις, Apostolorum temporibus seruatum esse, colligi non obscure potest ex uerbis Epiphanii contra Ebionitas, haeresi 30. §. 16. quae ex Graeco in Latinum ita transtulit Cornarius:* Baptismum porro etiam ipsi accipiunt. Mysteria autem faciunt, (κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων, τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ) ad imitationem Sanctorum in Ecclesia, (ἀπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν,) ab anno in annum, (διὰ ἀζύμων) PER AZYMOS, h. e. NON FERMENTATOS PANES. Μυστήριον est Eucharistia, quemadmodum supra ostendi. CASAVB. *Ex. 16.* CALVINIANIS, qui panes ἐνζύμους mordicus retinent, persuasum est, Ecclesias Graecas pariter et Latinas, ab Apostolorum inde temporibus, esse fermentatis panibus usas; *Alexandrum I.* uero inuexisse in Ecclesiam panem Azymum, reclamantibus Graecis; Item CARDINEM illius ARDVAE CONTROVERSIAE (ita *CASAVBON. l. c. p. 409. sqq.) DE CELEBRATIONE DIEI PASCHALIS* fuisse, utrum ἄζυμος, an ἔνζυμος panis, in Coena Domini adhibendus sit, illud Latinos, hoc Graecos adseruisse, suoque exemplo Christi factum exprimendum esse arbitratos. Resp. 1.) Consentiunt ipsi Caluiniani, Christum AZYMIS usum esse, quos inter nominamus BVXTORFF. *l. c. §. 17. CASAVBON. l. c. LIGHTFOOT. Hor. Talm. Chamier.* qui scribit apud *QVENSTADIVM l. c. CHRISTVM IN ADHIBENDIS AZYMIS LEGEM EXACTE OBSERVASSE.* 2) Apostolorum temporibus ἀδιάφορον erat, et quanquam diserte non legimus in *Scriptura S.* Apostolos, atque Viros Apostolicos, azymis panibus esse usos, probabile tamen est, immo extra omnem litem positum, Viros θεοπνεύστους et orthodoxia conspicuos rem sua natura ἀδιάφορον et indifferentem in dogma fidei non conuertisse, quum sciuerint bene, uerum panem, siue sit ἄζυμος, siue ἔνζυμος, sufficere. Interim, utrum illum, an hunc panem Apostoli habuerint, in medio relinquimus, nihil hic, tacente Scriptura, adseuerantes. 3.) Inuectos esse in Ecclesiam ab *Alexandro I.* panes azymos, fabula est, prout hoc mon-

monstrauit D· DORSCHAEVS *in Consider. Declar. de S· Coena Diss. II. §. 12.* et D· QVENSTADIVS *l. c. p. 378.* 4.) Quod diei Paschalis celebrationem spectat, et sigillatim controuersiam illam, quae diu uexauit Ecclesiam, res ita habet. Christiani in Asia aliisque in Ecclesiis Pascha eodem cum Iudaeis die celebrabant, unde festum nomen accepit QVARTADECIMANA, id est, *quarta decima,* post φάσιν lunae. Aliis contra in Ecclesiis occidentalibus festum sequenti die solis post Iudaeorum Pascha fuit habitum. Lis eripuit tandem, auctoritate VICTORIS, *Episcopi R·* in schisma. *Graeci* ab *Romanis* QVARTADECIMANORVM et τεσσαρεσκαιδεκατίτων titulo infamabantur, ita, ut deinceps PHILASTRIVS et AVGVSTINVS, *Graecos* in Haereticorum catalogo ponere, non dubitarint. In eo deliquerant *Graeci*, quod, secundum legem Mosaicam, omnibus Christianis necessitatem imponerent eo die celebrandi Pascha, atque sic rem natura sua ἀδιάφορον, ac in Libertate Christiana positam, temere in dogma fidei conuerterent. Lis tandem componebatur in CONC· NIC· decreto ab Episcopis uulgato, Paschatis festum die Solis per uniuersum orbem celebrari debere. Vid. ALB· BAILIVS *in Hist. S· et Proph. l. 2. Qu. 13. p. 79.* GVIL· CAVE im ersten Christenth. *P· I· c, 7. p. 200.* et RVDOLPH· HOSPINIAN· *de Fest. Christian. p. 71.* Sed enim de controuersia, circa panem azymum mota, in historia illorum temporum nec uola, nec uestigium comparet. Erudite QVENSTADIVS *l. c.* Concilium Nicaenum uerum panem in Mensa Domini requirit, ἄζυμος an ζυμωτὸς esse debeat, non determinat. BVLLINGER· *Decad. V· Serm. 9.* uere pronuntiat : *Odiosa est excitata contentio super materia Coenae Dominicae, contendentibus his, pane azymo, aliis uero fermentato esse utendum. Atque apud Veteres quondam de his nullae mouebantur rixae. Nam Ecclesiae pro libertate sua utebantur utraque. Videtur quidem Dominus in prima illa coena usus esse pane azymo, in mensa ex ueteri more celebrandi pascha relicto, unde non paucae Ecclesiae pane infermentato usae sunt, quae tamen fermentato pane utentes non damnabant haereseos.* Haec ille. Omnis illa de azymo et fermentato pane inter Latinos et Graecos pugna *seculo* demum *XI· sub Leone IX· Papa* coepit, notantibus

tibus *Centuriatoribus Magdeburg. Cent. XI·* ubi *c. 6.* RITVS CIRCA COENAM ita referunt ex SIGEBERTO, ac si circa annum Domini *1054.* inter Romanam et Constantinopolitanam Ecclesiam de azymo pane controuersia fuerit mota. Ceterum concertatio illa odiosa et otiosa inter Graecam et Latinam Ecclesiam in tantum creuit, ut illi istos *azymitas*, isti illos *fermentarios*, quasi cuiuslibet haereseos notent uocabulo, ut inquit ALGERVS *lib. 2. de Euchar. c. 10. p. 375. Tom. 4.* Conf. IAC· SIRMONDVS, *Iesuita*, *libro de Azymis.* Graeci, ut sententiae suae adprobandae necessitatem aliis imponant, et, ut CASAVB· ait, Latinos, qui Azymis utebantur, erroris conuincant, statuunt, CHRISTVM diem legitimum anticipasse, hoc est, Pascha suum *XIII· die* comedisse, tanquam κύριον τοῦ νόμου; item Seruatorem nostrum non Pascha legale, sed ἴδιον μυστικὸν δεῖπνον, *coenam suam mysticam*, comedisse. Atenimuero, CHRISTVM, per omnia legi subiectum, legem in Agni esu exacte obseruasse, satis a nobis *Diss. VI· de Pasch. Vet.* dictum est. Sumebant Graeci quoque argumentum ab ἄρτος uoce, ac si illa tantum *panem communem* denotaret. Sedenim ἄρτος uox est communis, quae *uetustissimis Graecis*, ipsi Poetarum principi, HOMERO, ἄρτους ἐπιουσίους, *panes quotidianos*, et *placentas*, latitudine sua complectitur. Vid. *Luc.* XXIV· *30.* CASAVB· *Ex. 16. ad A· C· 34. num. 24. p. 409. sqq.*

§. 13. Otiosum esset, ac sine ulla fruge, multum de FORMA PANIS EXTERNA disceptare, nisi *Caluiniani* nostras placentas minutiores criminarentur, easque adpellarent *spumas panis*, *spumas indignas panis nomine*, *nebulas Azymas*, *nebulas numulares*, *chartaceas crustulas*, *farinacea folia.* Ipse BVXTORFF· *l. c.* §. *19.* scribere, non ueretur : *Vitandae spumosae istae placentae tenues, tum quadratae, tum in primis orbiculares numuli figuram referentes.* ZWINGERVS, DALLAEVS et alii Reformati praeterea putant, orbiculares oblatas, *Bernoldi* aetate, circa *An. 1060.* auctoribus uel *Nicolao II·* uel *Alexandro II·* uel *Gregorio VII· Hildebrando*, esse ortas. Resp. 1.) CHRISTVS diuisit panes frangendo, quamuis, eandem diuisionem Iudaeorum in duas, aut tres partes, in coena Paschali, quem-

quemadmodum aliqui contendunt, obseruatam, adhibuisse, adfirmare nolim, maxime, cum diuisio illa in certas portiunculas, ab Hebraeis usu recepta, res sit admodum dubia et incerta. Nec, quali forma κλάσματα CHRISTI fuerint, determinare possumus. HOSTIARVM prima origo nos latet. D. MYLIVS *Diss. de Fract. Panis th. 57.* D. GERHARD. *Tom. V. Loc. de Coena §. 24.* QVENSTAD. *l. c. p. 383.* Non dicit BERNOLDVS, placentulas orbiculares sua aetate esse inuectas, sed usitatas, additque, iam tempore *Gregorii M.* in usu fuisse, uocatasque CORONAS. 2.) Certe panis formam externam Veteres inter adiaphora retulerunt. *Epiphanio* tamen *Sec. IV.* panis dicitur στρογγυλοειδής, id est, *rotundus.* Postmodum panes Eucharisticos uocabant CORONAS, ob rotunditatem. Sic tempore *Gregorii M.* circa *A. C. 590.* panes rotundi, minutiorisque formae in usu erant. Vid. GEORG. CASSANDER *in Liturg. c. 27. p. 60.* IO. STEPHAN. DVRANT. *de Rit. Eccles. l. 2. c. 38.* Posterioribus seculis CRVX et tandem CRVCIFIXVS imprimi solebat. Denique Prisci panes Eucharisticos non quantitate, aut mole, sunt mensi, sed contenti omnino fuere pane uero et physico, siue de cetero esset rotundus, siue quadratus, aut minutioris formae. QVANTITAS, ut ait *Philosophus*, NON RECIPIT MAGIS ET MINVS, quod contra Caluinianos tenendum est. *Patres Concilii Nicaeni, Can. V.* dicunt: οὐ πολὺ λαμβάνομεν, ἀλλ' ὀλίγον, ἵνα γνῶμεν, ὅτι οὐκ εἰς πλησμονὴν, ἀλλ' εἰς ἁγιασμόν. *Non multum panis, aut uini, accipimus, sed parum, ut intelligamus, non ad satietatem illa capi, sed ad sanctificationem.* Vid. D. BEBELIVS, MORNAEVS, ALBERTINVS, DALLAEVS, SALMASIVS, CVDWORTHVS, BLONDELLVS, alii, qui ritus in Eucharisticos commentati fuerunt.

§. 14. *Vinum aqua dilutum* esse oportere, ex ritu Latinae Ecclesiae, statuunt *Pontificii*, a qua tamen admixtione *Graeci* abstinent. Ritus miscendi quidem antiquissimus est, *Hebraeis* pariter ac *Graecis* ueteribus usu receptus, *Hebraeorum Magistris*, et *Graecis Scriptoribus* id adfirmantibus. Sedenim in COENA PASCHALI utebantur PRINCIPE VINO, id est, generosissimo.

ſiſſimo, non adulterino, quod ab Hebraeis in *Differt.Paſſ.IX* accepimus. Atque ſic fallunt *Pontificii*, quando, in ultimo CHRISTI conuiuio Paſchali uinum, aqua mixtum, ad manus fuiſſe, ritu Hebraeorum, quotidianis in epulis obſeruato, pertendunt. *Chriſtianos* tamen aqua calicem diluiſſe, Papicolis largimur, quoniam hoc in terminis habet IVSTINVS, item CYPRIANVS, qui, admixtione illa unionem Eccleſiae cum CHRISTO innui; aquam eſſe populum, et per uinum oſtendi ſanguinem CHRISTI, arbitratur. Meminit illius AVGVSTINVS et CHRYSOSTOMVS. Sic aqua miſcebatur uinum *Sec. VII* praeterquam quod ſoli *Armenii*, teſte *Nicephoro*, uinum abſque aqua uſurparint. Atenimuero ritus ille miſcendi Veteribus, cum uinum bibere uellent, erat quaſi uniuerſalis, propter conſuetudinem, in communibus coenis ſemel receptam. Hinc *uetuſtiſſimos Chriſtianos* tali uino, ante conſecrationem, uel a uenditore, uel ab aliis, miſto, uti potuiſſe, non negamus. HOORNBECK. *Miſc. S l. 1. p. 447. Poteſt mixtum*, ait, *adhiberi in S. C. uinum, ſi mos regionis ſit, ut uulgo miſceatur, non uero, ut miſtio in ipſa coenae actione, ſed ut ante fiat.* Sed quid ad nos *Patres* Eccleſiae, qui ab erroribus non erant immunes. Noſtrates uerbi diuini Miniſtri in uini electione ſimpliciter, illudque rectiſſime, ſequuntur uerba teſtatoris, apud quem tantum mentio fit γεννήματος τῆς ἀμπέλου. Sed illam controuerſiam fuſius tractant *Theologi.*

§. 15. De POCVLO CHRISTI et VETERVM CALICIBVS pauca notauimus in Diſſ. IX. p. 24. Aliqui putant, CHRISTVM habuiſſe poculum ex uitro, quod in medio, cum hac in re parum ſitum ſit, relinquimus. Veteribus pocula in uſu erant ex ligno, uitro, argento, et auro. Inſculpi ſolebat poculis imago CHRISTI, ut Paſtoris boni ouem perditam humeris ſuis portantis, teſte TERTVLL. *de Pudicit. c. 7.* quales formae, teſte ONVPHRIO PANVINIO, in Veterum Coemeteriis conſpiciebantur. RHEMIGIVS E. R. calicem habuiſſe legitur, cui uerba fuerunt inciſa:

Hauriat hinc populus uitam de ſanguine CHRISTI,

Si *Platinae* habenda fides, *Sec. III* calices ex auro et argento

uſitati,

usitati fuerunt. In *Romana Ecclesia* calices argentei et aurei in Euchar. usum a *Constantino* donabantur. Vid. *Centur. Magdeb. c. 6. p. 270. Sec. V· et VII·* idem referunt de Regibus Gotharum. GREGOR· TVRON· *l. 3. Hist. c. 31. Sec. VIII·* pocula ex auro, pretiosis gemmis distincta, comparari, iussit · *Iohannes VII· P· R·* Eodem *seculo* nonnulli calices et patinas de cornu bouis usurpabant et crustam panis, quod improbauit ADRIANVS. Iam incipiebant pocula et uasa Eucharistica superstitiose consecrare. Calix et orbis in usu erant. *Caroli M.* aetate pocula ex uitro prohibita, stannea concessa, aurea uero et argentea, in Concilio *Rhemensi c. 6.* iussa fuerunt. Vid. *Ius Canon. P. 3. de Consecr. Dist. I· d. c. 45. p. 1157.* Hoc *Seculo* et sequentibus nonnulli sanctuli, forsan ex effusionis metu, poculis CALAMVM SVCTORIVM, siue PVGILLARES, ex auro, argento et uitro, adpendebant. Sic HEDIO *P· 3. Hist. Eccles. l. 4. c. 22. Laicos*, ait, *per canalem hausisse sanguinem Domini e calice.* In *Africanis*, aliisque *Ecclesiis*, calicis custodia fuit penes praesides, id est, Ecclesiae Episcopos. ATHANAS· Vid. *Centur. Magdeb. Cent. IV· c. 7. p. 276.*

§. 16. Ex CALICE BIBERVNT OMNES· Vid. *Diss. Pass. IX.* Seculi I· testes sunt MATTHAEVS, *c.* XXVI· *27.* MARCVS, *c.* XIV· *23.* LVCAS, *c.* XXII· PAVLVS, *1. Cor.* X· *16. et* XI· *23.* IGNATIVS *in Ep. ad Philadelphenses p. 61. §. 4. edit. in Bibl. Patrum* D· ITTIGII *1699. 8. Lips.* Sec. II· JVSTIN· MARTYR, IRENAEVS, TERTVLLIANVS, ALEXANDER I· Episc. R· Sec. III· CYPRIANVS, ORIGENES· Sec. IV· AVCTOR CONSTITVT· APOSTOL· HILARIVS, ATHANASIVS, CYRILLVS HIEROSOLYM· BASILIVS M· AMBROSIVS, GREGOR· NYSSENVS, HIERONYMVS, GAVDENTIVS, CHRYSOSTOMVS, GREGOR· NAZIANZ· IVLIVS I· Episcopus Romanus. Sec. V· AVGVSTIN· CYRILLVS ALEXANDR· THEODORETVS, LEO M· Episc. R. Sec. VI· GELASIVS E· R· Sec· VII· GREGOR· M· P· R· et CONCIL· BRACARENSE III· Sec. VIII· DAMASCENVS· Sec. IX. PASCHASIVS RADBERTVS, BERTRAMVS, CONCILIVM TRIBVRIENSE. Sec. X· CONCILIA· Sec. XI· PETRVS DAMIANVS, THEOPHYLACTVS· Sec. XII· HVGO

DE S· VICTORE, PETRVS LOMBARDVS· Sec. XIII· INNOCENTIVS III· P· R· CONCILIVM LATERANENSE, THOMAS DE AQVIN· GVIL· DVRANTES· Sec. XIV· PETRVS PALVDANVS. Omnes illi uerba CHRISTI probe pensitarunt, *ἄχρι ὃ ἂν ἔλθῃ, usque dum uenerit Dominus.* Vid. QVENSTAD· *l. c. p. 421, sqq.* IO· DALLAEVS *de Cult. Latin. Relig. l. 5. c. 10.* Adde Dom. M· CHRISTIAN· GOTTLOB PITSCHMANNVM, Gymnas. Zittau. Sub-Rect. de re literaria et Iuuentute Scholastica optime meritum, nunc V· D· Ministrum, qui *de Communione sub utraque* erudite disserit, et ex *instructissima Zittaniensium Bibliotheca* testimonia ueterum diligentissime collegit, *Dub. Vex. Hist. Eccles. N· T· Sec. III.* Pontificios inter quoque testes sunt ALPHONSVS SALMERO *T. IX· tr. 35.* GEORG CASSANDER *de Commun. sub utraque specie fol. 1025.* et plures alii, qui diserte scribunt: *Morem generalem extitisse communicandi Laicos sub utraque specie.* Ποτηριοκλεψία ab *Haereticis* ortum habet, maxime οἰνοκλεψία. *Seculo* iam *primo Ebionitae* pro uino aquam usurpabant, deinde *Marcionitae*, teste TERTVLLIANO *l. 5. aduers.* MARCION· et EPIPHANIO *Haeresi 42.* TATIANVS, eiusque discipuli *Encratitae*, ideo AQVARII et ὑδροπαραστάται, *aquae adhibitores*, dicti, cuius rei fidem faciunt EPIPHAN· *Haeresi 46. et 47.* THEODORET· *l. 1. haer. fab.* et plures alii. Fuerunt etiam olim, uti QVENSTADIVS refert, ex ipsis *Fidelibus*, qui aquam adhiberent, metuentes, ne, grassante persecutione, ex uini odore e matutina Synaxi proderentur. Aliqui adhibebant lac loco uini, alii lac et mel. Prius ex *Concilio Bracarensi III· c. 1.* posterius ex *Concilio Carthagin. III. c. 34.* constat. *Gnostici*, progenies Satanae, substituebant semen uirile et menstruum sanguinem, de quorum horrenda malitia EPIPHAN· *Haer. 26.* testatur. *Cataphrygae*, siue *Montanistae*, sanguinem infantis miscebant farinae, et inde panes Eucharisticos conficiebant. AVGVST· *Haer. 26.* MACROSII *Sec. II·* per artem Magicam, si credere fas est, uinum album in rufum immutabant. IRENAEVS *adu. Haer. l. 1. c. 9.* Sub finem *Sec. V·* quidam abstinebant a uino, et lac substituebant. Vid. *Centur. Magdeb. Cent. VII· c. 6. p. 76.* Alii sufficere sibi putabant panem eodem Seculo, quos, teste QVENSTADIO, repressit GELASIVS, LEONIS ex interuallo XXX· anno-

annorum ſucceſſor. Errorem ποτηριοκλεψίας multum iuuit mos panem intingendi in uinum. Exemplum conſuetudinis huius, non probandae, quamuis haud dubie extraordinarium, habemus in *Serapione*, *lapſo*, cui animam agenti per puerum panis ἀποβεβρεγμένος, *madefactus*, mittebatur. EVSEB. *Hiſt. l. 6. c. 36. Concil. Bracarenſe III. A. C. 75.* intingendi ritum damnauit *cap. 1* conceſſit autem poſtea in uſum infirmorum *Concil. Turonenſe* quoddam apud QVENSTAD. *l. c. p. 426.* Repſit ille mos, propter effuſionis metum, in clauſtra ad Monachos, ſigillatim ordinem *Cluniacenſem*. DALLAEVS *l. c. l. 3. c. 27. p. 442.* ueriſſime ſcribit: *Ex Monaſteriis in Eccleſias primo aliquas, mox omnes, uel certe pene omnes, ipſo illo undecimo ſeculo, intinctionis uſus tranſiit, effuſionis metu Latinos ob ſuſceptam transſubſtantiationis fidem ualidius urgente.* Sub finem tamen *Sec. XI.* ritus ille VRBANI P. R. decreto abrogatus eſt, ad *A. C. 1095.* his uerbis: *Corpus Dominicum et Sanguis Dominicus ſingulatim accipiatur.* Eundem ritum de integro repreſſit *A. C. 1118. Paſchalis R. P.* Vid. QVENSTAD. *l. c.* Qui bene ſcribit: *Alexander ab Ales, qui circa initium Sec. XIII. floruit part. IV. ſummae, quaeſt. 32. membr. 1. art. 2. Non oportet, quod ipſi* (Laici ſcil.) *ſumant in utraque ſpecie, propter periculum effuſionis, et propter periculum erroris, nec ſimplices crederent, totum Chriſtum ſub altera ſpecie non eſſe.* Pergit QVENSTADIVS: Primo in *aliquibus ſaltem Eccleſiis* ALTERA SPECIES ablata eſt, et licet *Innocentius III. Papa*, qui ueſtigiis *Gregorii VII.* ſtrenue inſiſtens, ac ſe ſuper uniuerſam Eccleſiam, imperia et regna efferens, *Othonem* IV. excommunicauit, et imperio ſpoliauit, circa *ann. D. CIƆCCXX.* non parum laborauerit, ut *mos ille communicandi ſub una* omnes peruageretur Eccleſias, tamen, quod uoluit, non obtinuit, quia multae Eccleſiae renuerunt. Atque ita, STABILITA TRANSSVBSTANTIATIONE, *Sec. IX.* primum exorta et excogitata a PASCHASIO RADBERTO, *Abbate Corbeienſi in libr. de Corp. et Sangu. Ieſ. Chr.* qui habetur in *Biblioth. Patr. Tom. IX.* quam demum, tanquam fidei articulum, *Innocentius* III. (cuius aetate tamen *Communio ſub utraque* nondum erat reiecta,) *A. C. 1215.* toti terrarum orbi in *Concilio Lateran. Maximo* obtrudebat, et deinceps *Sec. XIV.* omnes ferme, praeter *Vickleſitas* et *Valdenſes*,

ſes,

ses, credebant, mutilatio sacramenti et subtractio calicis primum absque publica alicuius Concilii auctoritate, priuato saltem quorundam ausu, paulatim inuecta est, *XII. circiter seculum*, augmentum cepit *Sec. XIII* maturuit *Sec. XIV* tandem *Sec. XV* explosa et proscripta integritate, *Decreto Concilii Constantiensis* roborata et confirmata est, *A. C. 1414. Sess. 13.* Mansit tamen *Communio sub utraque* aliquibus in Ecclesiis Pontificiorum tempore *Concil. Trident.* Quin etiam hodie *Abyssinis* adhuc in usu est, teste LVDOLFFO. Vid. KROM. *Disp. de Abyssinismo.* Item *Syris*, uti testis est SEVER. ALEXANDRIN. seu ANTIOCHENVS de *Rit. S. Synaxeos apud Syros Christian.* qui liber prodiit *Syre* et *Latine Antuerp. 1577. in 4.* Idem testatur de *Graecis Ruthenicis* D. CONNOR *in Descript. Regn. Polon. p. 449.* de *Graecis Venetorum* et de Armeniis uid. MISSONS Reisen nach Italien, *p. 213. et 216.* ut alia taceam, quae Haereticis, aut Pontificiis, ποτηριοκλεψίας auctoribus, obiici poterant. Vid. omnino *Clar. Dom.* M. PITSCHM. *l. c.*

§. 17. Circa SVBIECTVM CVI notamus, exclusos olim esse a *Communione* CATECHVMENOS, NON INITIATOS, POENITENTES, maxime malae notae *haereticos* et *insignes peccatores.* AVGVSTINVS: *Transeant per mare rubrum*, id est, *baptizentur*, *et manducent manna*, id est, *corpus et sanguinem Domini.* CHRYSOST. idem docet de Ecclesiis in Oriente. In Gallia *a Daemoniis uexatos* oportebat abstinere perpetuo. Item illos, qui cum legitima uxore concubinas alebant. Illos uero, qui absque uxore concubinis utebantur, ἐυχαριςίας usu non arcebant. Sic *niduabus Secerdotum*, quae secundas nuptias celebrauerant, toto uitae tempore, superstitione singulari, S. Synaxin denegabant. Vid. *Centur. Magdeb. Cent. V. c. 6. p. 373.* Poenitentibus, si grauem in morbum inciderent, porrigebant uinum et calicem, τελευταῖον ἐφόδιον, superato tamen morbo, locum poenitentis rursus occupabant, quippe hoc Viaticum non habebatur pro *uera Ecclesiastica absolutione et reconciliatione*, quia, ut ait QVENSTAD. l. c. *absque solemni manuum impositione peracta.* Vid. *Can. XII.* qui aliis est XIII. *Conc. Nic.* Post *seculum IV.* irrepsit usus ille paulatim, praesertim VI. VII. sequentibus,

tibus, ubi moribundi religiosi τελευταῖον ἐφόδιον poscebant. IO DALLAEVS, *Oper. l. 2. de Extr: Vnct. c. 3. p 72.* FIDELIBVS, qui pertinebant ad κοινωνίαν τῶν ἁγίων, liber S· ad Synaxin aditus patebat, iisdemque in orthodoxa Ecclesia solis. *Seculo* iam III· PARVVLIS, et statim POST BAPTISMA, Eucharistia dabatur, uti testatur CYPRIANVS· In *Constitutionibus Apostolicis, lib. 8. c. 13.* Communicantium ordo sic describitur: *Primum Clerici, Virgines et Viduae, exinde* τὰ παιδία, INFANTES, PVERVLI, καὶ τότε πᾶς ὁ λαός. Idem tradit PSEVDO - DIONYSIVS *in Hier. Ecclef. P. 3. c. 2. Sec. V.* hoc in usu fuisse, testatur AVGVSTINVS· *Sec.* VIII· FRANCI puerulis Eucharistiam concedebant. Quin immo *Sec.* VII· antecedenti mos iste non erat infrequens. Ritus hic durauit adhuc *Sec.* IX· XI· XII· et uarius, teste QVENSTADIO, fuit. *Quandoque infantibus solum uinum consecratum datum est, quandoque panis in uinum intinctus, interdum etiam panis comminutus et contritus in aqua et uino.* Mos inter *Graecos, Armenios, Æthiopas* nondum exoleuit. De *Graecis* id testatur IEREMIAS, Patriarcha Constantin. in Actis Respons. ad Tubingens. c. 9. p. 85. De *Armeniis* et *Æthiopibus* testes idonei sunt ANTONIVS GOVVEANVS, OSORIVS, ALVARES, alii. DALLAEVS *de Cult. Latin. Relig. l. 5. c. 4.* Mortuorum ori quibusdam in locis Symbola Eucharistica fuisse imposita, uel stomacho adplicata, et cum cadaueribus sepelita, uidesis apud QVENSTADIVM l. c. Damnant superstitiones illas *Concil. Carthag. III· Concilium Hipponense*, alia. Vid. ALBASPINAEI *Obseru. Ecclef. l. 1. Obs. IX· Num. 6.*

§. 18. FORMA, f. modus, communicandi potissimos Euchar. ritus nobis sistit, quales sunt *praeparatio, consecratio, distributio, sumptio*, quo *communionum species* referimus, et ἀγάπας, una cum *pacis osculo*, reducere possemus. De singulis sigillatim, illudque breuiter. *Communicationem* praeibant *ieiunium, uigiliae, reconciliatio*, et *precationes* pro uniuerso orbe, pro Ecclesiae statu, pro necessitatibus publicis et priuatis. Graeci uocant λιτάνειαν, *supplicationem, obsecrationem*, ἱερὰν εὐχὴν, συναφὴν καθολικήν. *Sec. VII* aliquot dies ante Coenae usum *a consuetudine connubii* abstinebant, et continentius uiuebant. *Isidor.*

Θεῖος ἄρτος, καὶ τὸ τῆς εὐλογίας ποτήριον mensae reuerenter et deuote imponebantur. Sacerdos et Diaconi, ante sumptionem uestimentorum et sacrorum tractationem, manus abluebant. Sacerdos admonebat populum, sonora uoce intonando: *Dominus uobiscum*, respondente populo: *Et cum spiritu tuo.* Sacerdos iterum, maxime *Sec. V* tempore Augustini: ἄνω τὰς καρδίας, μηδὲν γηϊνὸν ἡγήσασθε. Resp. populus: ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν. Dum Sacerdos iterum: εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ. Populus: *Dignum est, iustum est, et salutare.* Postea canebatur plerumque τρισάγιον *seraphicum*, *Es. VI 3.* Diaconus quoque, uel Presbyter, ad altare, clamabat: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, ἅγια τὰ προκείμενα. Actum consecrandi dixerunt εὐλογεῖν, ἁγιάζειν, κατασκευάζειν. Consecrationem precibus et gratiarum actionibus Antiqui peragebant. Recitabatur *Oratio Dominica*, cum uerbis institutionis et *Haggada Christiana*, hoc est, καταγγελία mortis Domini. *Durant. l. 6. de Rit. Eccles. c. 75.* Veteres in prima Ecclesia solam Orationem Dominicam adhibuisse, putat. Sed enim, institutionis uerba simul esse recitata, ex Antiquitate Christiana constat. Seculis aeuum Apostolorum proxime sequentibus aliae etiam preces, et ante et post coenam, usitatae erant. Vid. D. QVENSTAD. *p. 393. sqq.* et Magnif. D. D. IANVS *l. c. p. 97.* et *29.* Verba Institutionis, et a Christo, et ab Apostolis, et Ecclesiae Doctoribus ἐκφώνως et λαμπρᾷ τῇ φωνῇ recitabantur, et quidem plane, non uoce submissa, aut murmurante, more Gentilium, qualem consecrationem idcirco *secretam*, uel *secretellam*, Pontificii adpellitant. *Concilii Trident. Episcopi, Seß. 22.* eo abierunt, ut anathematis fulmina contra superstitionum *Ethnico-Papaliam* osores emiserint. Verba sic habent: *Si quis dixerit, Ecclesiae Romanae ritum, quo submissa uoce pars canonis et uerba consecrationis proferuntur, damnandum esse, anathema sit.* PANIS FRACTIO usitata erat *consuetudine Physica*, non *legali*, qualem PISCATOR, KECKERM. BVCANVS, *Reformati* alii, contra *Christi* et *Apostolorum* intentionem, defendunt. Ἀρτοκλασίαν ex numero τῶν ἐν τῷ μέσῳ κειμένων Veteres censebant.

§. 19. Sequuntur ritus in ipsa DISTRIBVTIONE et SVMPTIONE usitati, quos ὡς ἐν συνόψει recensebimus. Viri incede-

incedebant aperto, feminae uelato capite, *1. Cor. XI. 4. 5.* Idem tradunt *Constitutiones Apostolicae. Beda Sec. VIII.* scriptor: *Ne forte*, ait, *Angelis, id est, ministris, scandalum aliquod adferant.* Haec uelatio paulo post Apostolorum tempora in desuetudinem uenit, quod improbat *TERTVLLIAN. de Veland. Virgin.* Aliquando, teste IOH. DAMASCENO, (*Sec. VIII.) de Fid. Orth. c. 14.* accedebant τὰς χεῖρας σχηματίζοντες εἰς τύπον ϛαυρȣ̃, *manus in crucis formam figurantes.* Ante communionem lauabant manus, praeter mulieres, quae gestabant *Dominicalia*, hoc est, linteamina nitida, quibus Corpus Christi exciperent. Postea feminae usurparunt δοχεῖα, ex auro uascula pretiosa, siue receptacula, quam consuetudinem inhibet *Concil. Constant. Trullan. Can. 102.* Offerebatur etiam panis, teste *Hyeronimo*, in canistro, deinde in patinis, quae Graecis δίσκοι dicebantur. In *Constit. Apostol. l. 8. c. 13.* Ordo Communicantium sic describitur: *Postea communicet* EPISCOPVS, *deinde* PRESBYTERI *et* DIACONI *et* HYPO-DIACONI, *et* LECTORES *et* CANTORES *et* ASCETAE, *et ex feminis* DIACONISSAE, *et* VIRGINES *ac* VIDVAE, *deinceps* PVERI; καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν, (VIRI *prius*, *dein* MVLIERES,) *cum pudore et reuerentia, sine tumultu.* Distributionis modus fiebat per ἐγχείρισιν et μετάδοσιν. *CASAVB. Ex. 16. PISCATOR, BVCANVS*, alii *Reformati*, χειροληψίαν et ἐγχείρισιν necessariam esse, putant, ab ipso Christo mandatam, utut ceteroquin ipse *CALVINVS, l. 4. Instit. c. 17. sect. 43.* pro externo ritu, qui omnino ἀδιάφορος sit, illam uenditet. In prima tamen Ecclesia aliquot per secula in usu fuit ἐγχείρισις, dum ἁγίας μερίδας de manu sacerdotis manu sua accipiebant, non ex necessitate praecepti, sed summa Christianorum libertate in circumstantialibus et adiaphoris. Per τὸ λάβετε sumptio, non modus sumptionis externus, praecipitur. Postmodum sensum paulatimque μετάδοσιν in Ecclesias inuexerunt. Aliqui μερίδας ἁγίας et uinum secum portarunt domum, quibus animam in persecutionum periculis solarentur. Adseruabant in linteolis panem consecratum, aut in arculis recondebant. *Tertull. l. 2. ad Vx. c. 5. BASILIVS* uocat *inueteratam consuetudinem.* Meminit moris illius *Cyprianus* et *Origenes*, qui eandem in consuetudinem inuehitur, et subsequentem ἐπίκρισιν anne-

annectit: *Dominus panem - non distulit, nec seruari iussit in crastinum.* Mos ille, quemadmodum diximus, ob persecutiones et hostium-machinas est introductus. Vid. *Durant. de Rit. Eccl. l. 2.* et *Montac. Orig. Eccles. Part. Post. p. 336.* Et, cum abuterentur consecratis symbolis, ad res ueneficas et morbos curandos, demum abolitus. Eucharistiae reliquias pueris, qui scholas frequentabant, dare solebant, ut absumerent, illudque ex consuetudine uetustissima. *EVAGRIVS, l. 4. c. 36. Nicephor. Callist. H. E. l. 17. c. 25.* Aliae Ecclesiae reliquias comburebant, uidelicet eo tempore, quo *transsubstantiationis* monstrum adhuc ignorabatur. Christi enim corpus et sanguinem comburere, ἄτερ γραφῆς. *Priuatam Communionem* Priscis fuisse in usu, mox audiemus. Id commemorabile est, quod referunt de *Episcopo Paris.* qui *Odo* cognominatur, et *Sec. XII.* uixit. Hic enim, Eucharistiam cum facibus, adhibitis certis cantilenis, ad aegrotos ferri, et obuios simul religiose genua flectere, iussit, cum Sacerdos cum hostia praeteriret. *HILDEBR. Rit. Euch.*

§. 20. In Antiquitate *notabiles* sunt aliquot *Communionum species.* κοινωνίαν τῶν λαϊκῶν, *Communionem Laicam*, *Balsamon* interpretatur τὴν μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίαν, *communionem cum fidelibus.* Vid. *ALBASPIN. l. c. l. 1. Obs. 4.* Bellarminus *communionem* uult intelligi *sub una specie*, sed bene D. QVENST. discrimen tantum esse in ordine, tempore et loco, submonuit. Clerici prius, Laici post eos ibant. Clerici ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, in ipso choro, Laici extra chorum, sacra Synaxi fruebantur, in quo consentiunt plurimi Pontificiorum, et ante et post Bellarminum hoc nobiscum adfirmantes. Clericos, propter peccatum commissum ex ordine Clericorum dimissos, inter Laicos consistere oportebat, immo hi aliquando ipsa communione Laica arcebantur. κοινωνία τῶν ἀποδημούντων, *peregrina commu[illegible]*, erat, quando peregre aduolantes Clerici cum Clericis in choro consistebant, S. Synaxi utebantur, et cum Clericis omnia, praeter sacrorum administrationem, communia habebant. Notabilis est *Communio praesanctificatorum*, quam describit QVENSTAD. p. 447. Erat etiam peculiaris *Catechumenorum communio*, qua Baptismi Candidatis frustulum panis et salis benedicti dabatur.

batur. *Communio moribundorum* ex ſententia D· QVENSTADII poſt ſeculum quartum paulatim irrepſit apud Chriſtianos. *Seculo VI· VII·* ſequentibus religioſum eſſe coepit in Eccleſia, ne infirmi absque Euchariſtia morerentur. Interim moribundis S· Synaxin, Seculis I· II· et ſubſequentibus, eſſe datam, nulli dubitamus. Vtebantur Veteres Euchariſtia aliquando, propter perſecutionum et mortis pericula, quotidie, in primis adpropinquante mortis hora. *Concil. Nic. Canon. XII·* diſerte ait: *Vetus et canonica lex nunc quoque ſeruabitur:* Εἴ τις ἐξοδεύει τȣ̃ δεσποτικȣ̃ ἐφοδίȣ μὴ ἀποστερείσθαι. *Graeci Patres* dixerant S· Coenam idcirco δῶρον ἐξιτήριον ἐφόδιον, *uiaticum, uiae ſubſidium*, quaſi צדה, Hebr. dixeris. Male tamen *S. Coena* comparatur cum *Apophoretis* Gentilium, ubi amicis dona dabantur ἀποφόρητα dicta, παρὰ τȣ̃ ἀποφέρειν, *quod domum deferrentur*, quibus originem dederunt, ut *Caſaubonus* optime monet, luxus, deliciae et laſciuia. Vid. CASAVB. *Ex. 16. p. 509. ſq.* STVCK· *Antiq. Conuiu. l. 3. c. 24. p. 411.* De Symbolorum Sanctific. adſeruatione et repoſitione uid. QVENSTAD· *l. c. p. 454. ſqq.*

§. 21. NORMAM, FINEM et DEFINITIONEM *S. Coenae* uideſis apud Doctores Theologos. Inter ADIVNCTA praelucet SANCTITAS et SOLEMNITAS ratione loci, temporis et cerimoniarum ſpectata. Diſpenſabant S. Synaxin in ſacris conuentibus, primum ob perſecutiones in cryptis, cauernis, aedibus priuatis, coemeteriis, poſtmodum in Oratoriis et templis, Clericis in choro, Laicis extra chorum. Vid. *Act. 2. 46. XX· 7. 1. Cor. XI· 20.* Quandoque, neceſſitate ſic iubente, extra templa et conuentus ſacros communicabant, utpote militibus in gramine, moribundis atque infirmis intra priuatos parietes. Accipiebatur in Apoſtolica Eccleſia circa mediam noctem, *Act. XX· 7.* Poſtea quoque mane ante ſolis ortum, quo tempore conuentus ſacri habebantur. Primi Chriſtiani, quibus ardentior fuit pietas, ob mortis periculum, mortis ἀντίδοτον quotidie ſumpſerunt. Vid. EVSEB· *l. 1. Demonſtr· Euang. c. 10. Ambroſ. l. 5. de Sacr. c. 4.* qui uult quotidie ſumi oportere Synaxin, propter peccatum et mortis Chriſti recordationem. Durauit mos ille usque ad aetatem *Hieronymi* Ro-

mae et in Hiſpania, Mediolani usque ad *Ambroſii* tempora, in Africa usque ad aetatem *Auguſtini*. Poſtea ſumebatur per ſeptimanam ſemel tantum: *Socrat. H· E· l. 5. c. 21. Sozom. l. 7. c. 19. Sec. VIII·* Synodus *Turonenſis c. 50.* conſtituit: *Vt, ſi non frequentius, uel ter Laici homines in anno communicent.* Epiphanius, *quarta* et *ſexta feria*, Baſilius, *feria quarta, ſexta, ſabbatho* et *Dominica*, et alias, ſi occurrerent *Martyrum natalitia*, alii, ter per annum, uidelicet *feſto Natiuit. Paſch. et Pentec.* S. Coenam fuiſſe adminiſtratam, exiſtimant. Menſam, ad quam Chriſtus accubuit, auro puriſſimo coopertam, atque infinitis propemodum gemmis ornatam, ex Toleto occupata Muſen, Arabum ducem, ſecum reportaſſe, fingit *Leo Africanus, l. 5. c. 74.* Veteres habebant, ut hodie Graeci, duas menſas. Vnam uocabant *πρόθεσιν*, quaſi dicas, *menſam propoſitionis*, in qua ponerentur *τὰ δῶρα, τὰ προκείμενα δῶρα*, ante conſecrationem. Deinde oblationes illae transferebantur in alteram menſam, quam uocabant quandoque altare, et *ἅγιον βῆμα*, ubi conſecratio peragebatur, teſte praeſertim *Auguſtino* et *Chryſoſtomo*. *Sec. VIII·* ac *IX·* et altaribus et menſis promiſcue utebantur. Vid. *CASAVB· l. c. et QVENSTAD· l. c.* quibus adde *Leonem Allatium de Templ. Graec. Epiſt. 1. §. 16.* Communio fiebat accumbendo *Matth. XXVI· 20. 1. Cor. X· 21.* deinde ad menſam ſtando. EVSEB· *l. 7. c. 8.* Vid. HOORNBECK· *M· S· l. 1. c. 18. p. 553.* Ceterum de Accubitu Vet. et menſis uid. *VILLALPANDVS, IO. PHIL· PFEIFFERVS, IAC· PHIL· THOMASINVS, PETR· CIACCONIVS, ANT· BYNAEVS, PETR· ARINGHVS, SALMASIVS, LAMBECIVS,* alii.

§. 22. *S. Synaxis* comitabantur olim *ἀγάπαι*, quo nomine ipſa *Coena* quandoque Veteribus adpellabatur. *Ἀγάπας* a Iudaeis deriuat *Conſtantin. l' Empereur in Middos, C. II· ſ. 6. p. 81.* Certe Hebraeorum hoſpitalitatem non poſſumus non laudibus efferre. חסידים, hoc eſt, *clientes Dei* et *ſancti*, propterea foras ibant, praeſertim poſt meridiem, et aduesperaſcente die, ut peregre aduolantes in aedes reciperent, atque cibis et potu reficerent, unde domi Veterum extruebantur, ſi Magiſtris Hebraeorum habenda fides, ad plateam apertae. Sic legimus

in

יוסי בן יוחנן איש ירושלים אמר יהי in פרקי אבות, *c. I. 5.* ביתך פתוח לרוחה: *Iose, filius Iochanan, uir Hierosolym. dixit: ESTO DOMVS TVA APERTA AD PLATEAM.* Vbi *glossa Bartenoriana:* כביתו של אברהם אבינו ע״ה שהיה פתוח לארבע רוחות העולם כדי שלא יצטרכו האורחים להקיף למצא הפתח: *Qualis erat DOMVS ABRAHAMI patris nostri, super quem pax. Aperta enim erat ad quatuor mundi plagas, quo minus peregrini, illam circumire et ostium quaerere, cogantur.* Vid. *Gen. 18. et 19. Hebr. III. 2.* HOTTING. ad GOODVV. *p. 508.* Veteres Hebraeos in conuiuiis pauperum habuisse curam, ad uerba *Neh. VIII. 11.* et ad *Deut. XVI. 10. Magistri* passim et *interpretes* notant. Celebrantur idcirco in Iudaeorum scriptis שלמי שמחת חגיגה et שלמי חגיגה, *pacalia Chagiga, Eucharistica laetitiae Chagiga*, in quibus sacrificiorum reliquias pauperes absumebant. Erant illa conuiuia κοινὰ et ἀδελφικὰ, propterea, ut ait HOTTINGERVS, instituta, ut amorem inuicem conciliarent, conciliatum confirmarent et propagarent, egenos insuper subleuarent, sustentarentque. Vid. omnino MAIMONID. מורה נבוכים, *l. 3. c. 46.*

§. 23. Omnem eleemosynarum et beneficiorum multitudinem Hebraei una צדקה iustitiae uoce complectebantur, quanquam orthodoxis ac fidelibus צדקה neutiquam eleemosynas, sed iustitiam inferebat, atque sic haec eleemosynarum notio, ex inani Pharisaeorum opinione, sicuti nos iam adseruimus p. 94. sq. huic demum uocabulo accessit. Vnde concinne LIGHTFOOTVS *Hor. Talm. ad Matth. II. 6. p. m. 288.* Eleemosynam autem nomine צדקה, iustitiae insignierunt, eo quod plurimum ad iustificationem conferre Eleemosynam, docerent Patres traditionum, et crederet uulgus. Audi cathedram hac in re Iudaicam. BABYL. BAVA BATHRA *fol. X. 1.* et MEDR. TILLIN *in Ps. XVII. 15. ob quadrantem unum pauperi datum in Eleemosynam, particeps fit homo BEATIFICAE VISIONIS.* Vbi

 uerba

uerba haec אני בצדק אחזה פניך sic reddit: *EGO FACIEM TVAM ASPICIAM PROPTER ELEEMOSYNAM. BABYL· ROSH· HASHANAH· fol. IV· 1.* dicit quidam: *Nummus his cedit in Eleemosynam, ea propter, ut uiuant filii mei, atque ut ipse ACQVIRAM MVNDVM FVTVRVM.* Idem *BERACHOTH fol. LV· 1. Mensa hominis per Eleemosynam nunc expiat, sicut olim altare per sacrificia. HIEROS· PEAH fol. XV· 2. Si eleemosynas praestiteris e crumena tua, custodiet te Deus ab omni damno et nocumento.* Ibidem: *Rex Monobazes larga manu pauperibus sua erogans, haec audiit a cognatis ac amicis. Maiores tui et proprias opes auxerunt, et a patribus legatas, tu uero et tuas atteris et Maiorum:* Quibus ille; *Opes suas reposuerunt patres mei in terris: Ego meas in coelo, sicut scriptum est:* Florebit ueritas e terra, iustitia (Eleemosyna) autem prospiciet e coelo, *Thesauros recondiderunt patres mei, fructum non ferentes; Ego uero ferentes fructum; Sicut dicitur:* Iustis (Eleemosynariis) bene erit, nam ipsi fructus comedent operum suorum. *Thesaurizarunt patres mei, ubi potestas esset manibus: Ego uero, ubi non est, sicut dicitur:* Iustitia et iudicium est habitatio throni eius. *Congesserunt patres mei pro aliis. Ego pro me ipso; Sicut dicitur:* Atque hoc tibi erit in iustitiam. *Corraserunt illi in hunc mundum. Ego IN FVTVRVM, sicut dicitur:* Eleemosyna liberabit a morte.

§. 24. Illi praesertim iustitiam ex Eleemosynis exspectabant, qui secreto משאות, *oblationes*, siue munera adportarent, et pecuniam in לשכת חשאי, *gazophylacium silentum* deponerent. Erat enim hunc in finem peculiaris cista posita, in quam religiosissimi quidam secreto et clanculum deferrent eleemosynas, unde nutriebantur pueri pauperes uirorum bonorum, quo referunt prouerbium illud MAGISTRI גדול העושה צדקה בסתר יותר ממשה רבינו: *Faciens eleemosynam in occulto, maior est, ipso Mose, magistro nostro.* BABYL· BAVA BATHRA *fol. 9. 2.* Quando autem LIGHTFOOTVS l. c. existimat, Saluatorem uoce צדקה, aut Syriaca זדקתא *Matth. VI· 1. sqq.* pro eleemosynis fuisse usum, ut loquens cum uulgo intelligeretur a uulgo, a ueritate aberrasse uidetur, siquidem

dem in textu legitur uocabulum ἐλεημοσύνη, nec CHRISTVS Syriaco idiomate, sed dialecto Hebraea, tum inter Iudaeos usu recepta, qua etiam aliae uoces eleemosynas designat, dogmata sua diuulgauit. Et posito, nondum tamen concesso, CHRISTVM, contra Pharisaeos disceptaturum, ingenio se Pharisaeorum accommodasse, quemadmodum interpres SYRVS retinuit uocem זדקתא, quae stilo Pharisaico ELEEMOSYNAS, notione scripturae IVSTITIAM significat, Synergistae tamen ac Pontificii exinde nihil lucrarentur, siquidem hoc ipso non adsereretur gratia, uel salus ex operibus et eleemosynis acquirenda, sed potius inanis Pharisaeorum de eleemosynis opinio confutaretur. Verba enim Matth. VI. 4. *Pater tuus, qui uidet in occulto, ipse reddet tibi in propatulo*, non inferunt gratiam et salutem aeternam ex operibus colligendam, sed beneficia terrestria a benigna DEI manu ex gratia misericordibus deferenda.

§. 25. De cetero CHRITI argumentum stringitur contra Pharisaeos, qui eleemosynas palam coram hominum multitudine, audito insimul tubarum tinnitu, adferebant, quo spectarentur ab illis, cum peccatores praegrandes contra eleemosynas clam in gazophylacium silentum deponerent, qui contrito corde accedentes peccatorum multitudinem confiterentur, nullamque exinde iustitiam quaererent. CHRISTVS ergo, cum graphice dicit: *Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam*, neutiquam intelligit eleemosynas, sed iustitiam hypostaticam CHRISTVM, iustitiam nostram, coram Deo ualentem. Interim et illi felices, qui misericordes sunt, quia consequentur in miseriis, hoc est, in calamitatibus constituti, misericordiam. Putat quidem EDVARD. LEIGH *in Crit. S. p. 341.* צדקה *Dan. IX. 16.* connotare misericordiam. Sed enim iustitiae notio magis heic quadrat ad scopum textus, unde LVTHERVS satis adposite: Ach HErr, um aller deiner **Gerechtigkeit** Willen wende ab allen deinen Zorn und Grimm von deiner Stadt Jerusalem, und deinem heiligen Berge. Denn um unser Sünde Willen, und um unsrer Väter Missethat Willen, **trägt Jerusalem und dein Volck Schmach**, bey allen, die umher sind. Quando autem SEPTVAGINTA SENES hanc uocem interpretantur subinde per eleemosy-

mosynam, tum nihil aliud exinde relinquitur, quam quod ultima Reipublicae Judaicae aetate haec eleemosynarum notio uocabulo huic accesserit, quae deinceps ad SYROS, ARABES et TALMVDICOS peruenit, quod hi iustitiam in Eleemosynis quaererent, nisi uelis statuere, quod primitus etiam חסדה, *pietatem*, significarit.

§. 26. Ad u. 17. collat. cum Matth. XXIII. *Ne cogitetis, quod uenturus sim, dissoluere legem* etc. Pharisaei et Scribae inuehebantur in CHRISTVM, calumniis ipsum exonerando acerbissimis, quod dogmata solueret traditionum, quae illi pro Mose et Prophetis populo obtrudebant, ex quo capite, cum ipsum coram iudice accusarent, inter alia et haec producebant: *Audiuimus blasphemias contra Mosen*, hoc est, legem Mosis. Iudaei in cerimoniis externis obseruandis perquam multi erant, legum, quarum rigorem et, ut ita loquar, reconditam uim neglectui habebant, externos saltim ritus spectantem rationem in oculis ferentes. Postibus, manibus et uestibus legem adiiciebant, quam tamen a corde habebant remotissimam. Multiloqui erant in precibus mittendis, sed pectora quam longissime a DEO distabant. His igitur similibusque praeconceptis opinionibus occurrit SERVATOR optimus *hoc Capite ac sequenti*, et item *Cap.* XXIII. et alias saepe numero pluribus argumentis. Vt igitur CHRISTI mens perspicacius capiatur, Antiquitates Iudaeorum ueniunt consulendae. Initium faciam ab ritibus MESVSAE, quae comparet in postibus Iudaeorum, in quibus diligenter scripta, conuoluta, et modis omnibus custodita fuit, quibus in cerimoniis Hebraeorum examinandis praeiuit celeberrimus DASSOVIVS in commentationibus subsecuturis *de Mesusa*. Vox Hebraea, ratione etymi, descendit, a rad. זוז, quae significat *mouere se*, *moueri*, *recedere ex aliquo loco*; Ratione Homonymiae etiam eo nomine appellatur *postis domus*, per antiphrasin, ut quibusdam placet, quasi minime mobilis dictus. *BVXT. Lex. Talm. p. 654. EDMVNDVS CASTELL. in Lex. Heptagl.* rad. זוז. Vnde quia Mesusa in postibus reperitur, nomen postis illi mansit. Synonyma et passim apud Rabbinos tacentur, et forte etiam nulla sunt. Succedit DEFINITIO rea-

realis, quae qualiscunque hic dari poteſt. Itaque *Meſuſa eſt ſcheda membranacea, certas uoces continens, quae poſti certo certi domicilii, uel loci certis cerimoniis in ſingularem uſum affigitur.* Vnde in illa conſideranda ueniunt ſcriptio, affixio, et uſus. In SCRIPTIONE iterum occurrunt uaria; uidelicet dicendum hic, quid ſcribatur, quomodo ſcribatur, in quo ſcribatur, quibus mediis ſcribatur, et deſcriptionem conſequente conuolutione.

§. 27. QVID SCRIBATVR interius docetur in STEPH· ARB· TVR· *in Jor. Dea fol. 68. col. 2.* his uerbis : מצות עשה לכתוב פרשת שמע והיה אם שמע ולקובען על מזוזות הפתח דכתיב וכתבתם על מזוזות ביתיך ובשעריך: *Praeceptum affirmatiuum eſt, ut ſcribatur ſectio* AVDI, (et ſectio) *et erit, ſi auſcultando, et affigatur poſtibus ianuae, iuxta illud, quod ſcriptum eſt: Scribes quoque illa in poſtibus domus tuae et in portis tuis* (*Deut.* VI· *u. 9.*) Scilicet hoc uult autor, ſcribi debere in illa ſcheda ſectionem, quae habetur *Deut.* VI· *u. 5. 6. 7. 8. 9.* his uerbis : שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד: ואהבת את יהוה אלהיך בכל לבבך ובכל נפשך ובכל מאדך: והיו הדברים האלה אשר אנכי מצוך היום על לבבך: ושננתם לבניך ודברת בם בשבתך בביתך ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך: וקשרתם לאות על ידך והיו לטטפת בין עיניך: וכתבתם על מזזות ביתך ובשעריך: *Audi Iſrael, Jehoua Deus noſter Jehoua unus* (eſt.) *Itaque diliges Jehouam Deum tuum ex toto corde tuo, et ex toto animo tuo, et ex totis uiribus tuis : Et erunt uerba iſta, quae ego praecipio Tibi hodie in corde tuo : Eaque acute ingeres filiis tuis, ac loqueris de eis, cum ſedes domi tuae, et cum ambulas per uiam, cum cubas et cum ſurgis : Etiam alligabis ea in ſignum manui tuae, et erunt pro frontalibus inter oculos tuos : Denique inſcribes ea poſtibus domus tuae, et portis tuis.* Vt et ſectionem, quae legitur *Deuteronom.* XI· *uerſ. 13. ad 20.* hunc in modum: והיה

והיה אם שמע תשמעו אל מצותי אשר אנכי מצוה
אתכם היום לאהבה את יהוה אלהיכם ולעבדו בכל
לבבכם ובכל נפשכם : ונתתי מטר ארצכם בעתו
יורה ומלקוש ואספת דגניך ותירושך ויצהרך : ונתתי
עשב בשדך לבהמתך ואכלת ושבעת השמרו לכם פן
יפתה לבבכם וסרתם ועבדתם אלהים אחרים והשתחויתם
להם: וחרה אף יהוה בכם ועצר את השמים ולא
יהיה מטר והאדמה לא תתן את יבולה ואבדתם מהרה
מעל הארץ הטבה אשר יהוה נתן לכם: ושמתם
את דברי אלה על לבבכם ועל נפשכם וקשרתם
אתם לאות על ידכם והיו לטוטפת בין עיניכם:
ולמדתם אתם את בניכם לדבר בם בשבתך בביתך
ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך: וכתבתם על מזוזות
ביתך ובשעריך למען ירבו ימיכם וימי בניכם על
האדמה אשר נשבע יהוה לאבתיכם לתת להם כימי
השמים על הארץ: *Erit itaque, si serio auscultaueritis praeceptis meis, quae ego praecipio uobis hodie; diligendo Jehouam Deum uestrum, et colendo eum ex toto corde uestro, et ex toto animo uestro; Vt dem pluuiam terrae uestrae tempore suo, tempestinam et serotinam; sic colligas frumentum tuum, et mustum tuum, et oleum tuum: Etiam dem herbam in agro tuo pro iumentis tuis: ut comedas et satureris. Cauete uobis, ne seducatur animus uester; ut recedentes colatis Deos alienos, et incuruantes uos* (honorem habeatis) *illis: Vnde accensus ira Jehoua in uos, ita claudat coelos, ut non sit pluuia, et terra non edat prouentum suum: sic pereatis celeriter a terra illa optima, quam Jehoua daturus est uobis: sed reponetis haec uerba in corde uestro, et in animo uestro; et alligabitis ea in signum manui uestrae, eruntque pro frontalibus inter oculos uestros: Praeterea docebitis ea filios uestros, loquendo de eis; cum sedes domi tuae, et cum incedis per uiam*

uiam, et cum iaces, et cum ſurgis : Etiam inſcribes ea poſtibus domus tuae, et portis : Vt tam multiplicentur dies ueſtri, et dies filiorum ueſtrorum ſuper terram illam, quam iuramento promiſit Jehoua maioribus ueſtris, ſe daturum eis; quam (multi ſunt) *dies coeli ſuper terram.* Hae ſunt duae illae ſectiones Deuteronomii, quae Meſuſae inſcribuntur. Vnde etiam LYRA *in Deuter.* VI. *u. 9.* ait : *Et adhuc Judaei hoc obſeruant in pluribus locis, quod praedicti duo paſſus* (duae ſectiones) *ſcribuntur in ſchedula, quae ponitur in ſuperiori limine oſtii domus.* Patet itaque, non inſcribi illi legem integram. Vnde recte *Auguſt. Quaeſt. 17. in Deuter.* de inſcriptione legis in poſtibus aedium inquit, *quod ſecundum proprietatem nemo Iſraelitarum feciſſe commemoratur, quia nec quiſquam poteſt, niſi forte diuidat uerba Domini per multas partes domus ſuae*, citante *Magnifico Dn.* CALOVIO *in Bibl. V. Teſtam. illuſtr. p. 593.* Atque praeter has iam dictas Paraſchas nil ulterius Meſuſae inſcribendum eſt. Sunt equidem ex Judaeis, qui certos characteres, uel nomina alia diuina, uel nomina angelorum, et textus alios Scripturae praeterea addunt; ſed illi obiurgantur idcirco ab aliis, et dicuntur non habere partem in ſeculo futuro. BVXT. *Syn. Iud. p. 583.* Hinc R. MAIMON. *in Hilc. Meſ. c. 5.* acerrime in illos inuehitur his uerbis : אבל אולו שכותבי׳ בה מבפנים שמות או חותמות הן בכלל שאין להם חלק לעולם חבא שאלו הטפשי׳ לא רי להם שבטלו המצוה אלא שעשו מציה גרולת שהיא יחור שמו של הקדו׳ ברוך . הוא ואהבתו ועבורתו כאולו היא קמיע של הנא׳ עצמו כמו שעלה בלבם . הסכל שזה הרבר מהנה בהבלי העולם: *Illi autem, qui ſcribunt interius nomina, uel ſignacula uniuerſim non habent partem in ſeculo futuro; quia ſtulti illi non ſolum intermittunt praeceptum, ſed etiam magnum illud praeceptum de unitate Dei benedicti, et amore cultuque eius habent inſtar amuleti utilis, ſicut ſibi imaginantur hanc ſtultitiam, quod conducat haec res in uanitatibus mundi.* Hinc etiam R. ASCHER ait *in Hilc. Ketan. Hilc. Meſ.* אבל מבפני׳ אין

 להוסיף

והיה אם שמע תשמעו אל מצותי אשר אנכי מצוה
אתכם היום לאהבה את יהוה אלהיכם ולעבדו בכל
לבבכם ובכל נפשכם : ונתתי מטר ארצכם בעתו
יורה ומלקוש ואספת דגניך ותירושך ויצהרך : ונתתי
עשב בשדך לבהמתך ואכלת ושבעת השמרו לכם פן
יפתה לבבכם וסרתם ועבדתם אלהים אחרים והשתחויתם
להם: וחרה אף יהוה בכם ועצר את השמים ולא
יהיה מטר והאדמה לא תתן את יבולה ואבדתם מהרה
מעל הארץ הטבה אשר יהוה נתן לכם : ושמתם
את דברי אלה על לבבכם ועל נפשכם וקשרתם
אתם לאות על ידכם והיו לטוטפת בין עיניכם :
ולמדתם אתם את בניכם לדבר בם בשבתך בביתך
ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך : וכתבתם על מזוזות
ביתך ובשעריך למען ירבו ימיכם וימי בניכם על
האדמה אשר נשבע יהוה לאבותיכם לתת להם כימי
השמים על הארץ: *Erit itaque, si serio auscultaueritis praeceptis meis, quae ego praecipio uobis hodie; diligendo Jehouam Deum uestrum, et colendo eum ex toto corde uestro, et ex toto animo uestro ; Vt dem pluuiam terrae uestrae tempore suo, tempestiuam et serotinam; sic colligas frumentum tuum, et mustum tuum, et oleum tuum : Etiam dem herbam in agro tuo pro iumentis tuis: ut comedas et satureris. Cauete uobis, ne seducatur animus uester; ut recedentes colatis Deos alienos, et incuruantes uos* (honorem habeatis) *illis : Vnde accensus ira Jehoua in uos, ita claudat coelos, ut non sit pluuia, et terra non edat prouentum suum: sic pereatis celeriter a terra illa optima, quam Jehoua daturus est uobis: sed reponetis haec uerba in corde uestro, et in animo uestro; et alligabitis ea in signum manui uestrae, eruntque pro frontalibus inter oculos uestros : Praeterea docebitis ea filios uestros, loquendo de eis; cum sedes domi tuae, et cum incedis per uiam*

uiam, et cum iaces, et cum surgis : Etiam inscribes ea postibus domus tuae, et portis : Vt tam multiplicentur dies uestri, et dies filiorum uestrorum super terram illam, quam iuramento promisit Jehoua maioribus uestris, se daturum eis; quam (multi sunt) *dies coeli super terram.* Hae sunt duae illae sectiones Deuteronomii, quae Mesussae inscribuntur. Vnde etiam LYRA *in Deuter.* VI. *u. 9.* ait : *Et adhuc Judaei hoc obseruant in pluribus locis, quod praedicti duo passus* (duae sectiones) *scribuntur in schedula, quae ponitur in superiori limine ostii domus.* Patet itaque, non inscribi illi legem integram. Vnde recte *August. Quaest. 17. in Deuter.* de inscriptione legis in postibus aedium inquit, *quod secundum proprietatem nemo Israelitarum fecisse commemoratur, quia nec quisquam potest, nisi forte diuidat uerba Domini per multas partes domus suae*, citante *Magnifico Dn.* CALOVIO *in Bibl. V. Testam. illustr. p. 593.* Atque praeter has iam dictas Paraschas nil ulterius Mesusae inscribendum est. Sunt equidem ex Judaeis, qui certos characteres, uel nomina alia diuina, uel nomina angelorum, et textus alios Scripturae praeterea addunt; sed illi obiurgantur idcirco ab aliis, et dicuntur non habere partem in seculo futuro. BVXT. *Syn. Jud. p. 583.* Hinc R. MAIMON. *in Hilc. Mes. c. 5.* acerrime in illos inuehitur his uerbis : אבל אולו שכותבי׳ בה מבפנים שמות או חותמות הן בכלל שאין להם חלק לעולם הבא שאלו הטפשי׳ לא די להם שבטלו המצוה אלא שעשו מציה גדולת שהיא יחוד שמו של הקדו׳ ברוך הוא ואהבתו ועבודתו כאולו היא קמיע של הנא׳ עצמו כמו שעלה בלבם הסכל שזה הדבר מהנה בהבלי העולם: *Illi autem, qui scribunt interius nomina, uel signacula uniuersim non habent partem in seculo futuro; quia stulti illi non solum intermittunt praeceptum, sed etiam magnum illud praeceptum de unitate Dei benedicti, et amore cultuque eius habent instar amuleti utilis, sicut sibi imaginantur hanc stultitiam, quod conducat haec res in uanitatibus mundi.* Hinc etiam R. ASCHER ait *in Hilc. Ketan. Hilc. Mes.* אבל מבפני׳ אין

להוסיף מאומה ולא לעשו׳ כותמות לפי שנראה כאולו מכוין לעשות לו קמוע לשמירה אלא יעשה המצוה כתקונ׳ לקיי׳ מאמר הבורא יתברך והוא שומרינו והוא צילנו על יד ימינו: *Interius autem non est addendum quicquam, nec facienda sunt signacula, unde appareat, quasi quis intenderit facere sibi amuletum in custodiam* (sui,) *sed faciat praeceptum iuxta ordinationem eius, ad confirmandum uerbum Creatoris benedicti, qui est custos noster et umbra nostra super dextram nostram. Ps. CXXI.* Non autem solum interius, sed et exterius scribitur Mesusa. Vnde R. MAIM. l. c. ait: מנהג לכתוב שדי מבחוץ, *solent scribere* uocem *Schaddai* (omnipotens) *exterius.* Ita et R. ASCHER. *l. c.* et BVXT. *in Syn. Iud. p. 584.* Quare autem haec uox et non alia scribatur, de eo audiemus infra, cum de usu Mesusae dicetur. Adscribunt alii insuper כוזו במוכסז כוזו, *Kusu Bemochsas Kusu*, quod nomen uolunt angeli, cuius etiam meminit ANTONIVS MARGARITA. Sunt autem hae uoces arte Cabbalistica ex illis יהוה אלהנו יהוה interius scriptis productae, et pro unaquaque litera harum uocum proxima in Alphabeto sequens assumpta fuerit u. g. כ pro י, ו pro ה, etc. BVXT. *l. c. p. 585.*

§. 28. Ita uidimus, quid scribatur, QVOMODO SCRIBATVR, nunc adiungemus, ubi iterum et scriptio interna et externa attendi debet. Vtraque fit literis Hebraicis, siue Assyriacis ueteribus. Hoc innuitur in *Megilla c. 1. in Mischna fol. 8. p. 2.* h. m. אין בין ספרים לתפילין ומזוזות אלא שהספרים נכתבין בכל לשון ותפילין ומזו׳ אינן נכתבות אלא אשורית: *Non differunt libri* (Glossa explicat, Lex, Prophetae, Hagiographa h. e. Biblia, uid. ALTING. *diss. phil. 2. p. 139.*) *a ligamentis precatoriis et Mesusis, nisi quod libri scribantur in qualibet lingua; ligamenta autem precatoria et Mesusa scribantur non, nisi in Assyriaca.* Ad quem locum RASCHIVS ita commentatur: אשורית לשון הקודש *Assyriaca*, i. e. *lingua sancta.* Et mox in Gemaram h. l. scribit: כתב אשורית הוא כתב שלנו:

שלנו: *Scriptura Assyriaca est Scriptura, quae nobis in usu est.* Literis his imponuntur תגין, seu coronae, aut apices; qualis litera ש dicitur habere septem, MAIM· *Hilc. Tephil. c. 2.* Scriptio interna ita adornatur, ut ab uno folio capiatur. Id quod legitur in *Arb. Tur. Jur. Dea. fol. 68. col. 3.* quando autor inquit: ירשי׳ פסל אפילו אם כתב בעור אחר בשני דפים: *Raschi ait, esse illegitimum, etiamsi scripserit in una membrana, si scribat in duobus foliis.* Et statim addit de suo: ומכול מקום טוב לכותבה בדף אחד: *Omnino praestat, scribere illam in uno folio.* Conueniunt haec cum illis in *Menachoth c. 3. fol. 33. p. 1. in Gem.* אמר רב יהודה אמר שמואל כתבה על שני דפין פסולה מיתיבי כתבה על שני דפין והניחה בשני סיפין פסולה הא בדף אחד כשרה: *Dixit Rabh Jehuda: Dixit Samuel: Si scribit eam* (Judaeus) *in duobus foliis, illegitima est. Respondeo, si scribit eam in duobus foliis, et affigit duobus Siphin, uel postibus, illegitima est, quae autem est in uno poste, legitima est.* In quem locum RASCHIVS: על שני דפין חצייה בדף זה וחצייה בדף זה: בשני סיפין בשני מזוז׳ של פתח: *In duobus foliis, i. e. ut dimidia eius pars in hoc folio, et dimidia pars in isto folio sit. In duobus Siphin, i. e. in duobus postibus ianua.* Quid praeterea in linearum ductu et uocum collatione obseruandum sit, docetur itidem passim. In *Arba Tur. l. c.* habentur haec: ועוד חמורה מספר תורה שלדברי הכל צריכה שרטוט ואם לא שרטב פסולה ועוד שאין תולין בה כמו שתולין בספר תורה: ומניח ריוח למעלה ולמטה כחצי רוחב צפורן ובתחלת׳ כדי לגול אותה אחר שתכרך ובסופה אין צריך להניח כלל וכותב כל שיטות ביושר שלא תהיה אחת ארוכה מחבירתה ואם האריך בשיטה אח׳ יותר מבאותה שלפניה ובאותה שתחתיה קיצר יותר מבאות׳ שלפני ולפני פניה כשרה ובלבד שלא יעשנה כקופה כאהל שהוא צר למעלה ורחב ממטה או כזנב רחב למעלה וצר למטה: *Praeterea maioris momenti*

menti est (ſcriptio Meſuſae) *libro legis, quia ad uerba omnia opus eſt linearum ductu, quod ſi quis non duxerit lineas, illegitima eſt. Inſuper quia nullae literae in ea ſuſpenduntur, ut ſuſpenduntur in libro legis. Relinquit porro* (Judaeus) *ſpatium in parte ſuprema et infima ad dimidiam unguis latitudinem, ut et ab initio, ad deuoluendam illam* (Meſuſam) *poſtquam fuerit conuoluta; in calce autem non opus eſt, aliquid* (ſpatii) *relinquere. Scribit autem omnes eius lineas aequaliter, ne una altera ſit longior; quod ſi autem extenderit lineam unam magis, quam praecedentem, et ſequentem contraxerit magis, quam praecedentes, legitima eſt: modo non faciat eam inſtar cuppae,* h. e. *inſtar temorii ſupra anguſti, infra lati, nec inſtar caudae infra acutae, ſupra latae.* Similia in TALMVD occurrunt u. g. *in cap. 3. Menach. in Gem. fol. 32. p. 2.* כל מזוזה שאינה משורטטת פסולה: *In quacunque Meſuſa non ſunt ductae lineae, illegitima eſt.* Et mox: שרטוט של מזוזה הלכה למשה מסיני: *Linearum ductus in Meſuſa eſt conſtitutio Moſis de Sinai.* Ibid, *fol. 31. p. 2.* traditur: אמר רב מזוזה שכתבה שתים שתים כשרה איבעיא להו שתים שלוש ואחת מהו אמר רב נחמן בר יצחק כל שכן שעשאה כשירה מיתיבי עשאה כשירה או שירה כמותה פסולה: *Dixit Rabb. Meſuſa ſcripta binis* (i. e. lineis conſtantibus binis uocibus) *legitima eſt. Interrogauit illos: quid autem ſi duabus, tribus et una* (uoce conſtantibus) *dixit Rabb. Nachman filius Iſaac; Multo minus* (erit legitima) *ſi fecerit eam inſtar Cantici; Reſpondeo, ſi fecerit eam inſtar Cantici, uel canticum ad inſtar eius, illegitima eſt.* R. tamen Johannes ibid. dixit מזוזה שעשאה שתים שלוש ואח׳ כשרה: *Meſuſa ſcripta duabus, tribus et una* (uoce) *legitima eſt.* Huic loco Talmudico ſi adiungatur explicatio R. SALOMONIS in h. l. ſenſus erit ſatis clarus. Ita autem ille: שתים שתים שטות קצרות שיטה שיטה בת שתי תיבות שתי כזו וג׳ כזו ואחת בזו מאי כ״ש דכשרה שעשאה כשירה דאז ישיר משה ששטה אחת ארוכה ושיטה אחת קצר׳ שאין ממלא כל השיטה.

השיטה או שירה כמותה שכתב השירה כשאר התיבורת אריח על גבי אריח שתים שלוש ואחת כשירה: *Binis* (scripta Mesusa.) Intelliguntur *lineae breues*, *quarum quaelibet duabus constat uocibus*. *Duae* (uoces) *in hac* (linea) *tres in illa*, *una in ista*, (si ponantur) *quid hoc* (sibi uult?) *Multo minus legitima*, *si fecerit instar Cantici* (incipientis) *tunc cecinit Moses* (Exod.XV.) *ubi una linea est longa*, *altera breuis*, *ut non tota linea adimpleatur*: *uel si canticum ad instar eius* (Mesusae fuerit) *i. e. si scripserit canticum*, *ad instar reliquorum uocum* (ut faciat) *laterem dimidium*, *seu unius palmi cum dimidio*, *super laterem dimidium* (i. e. ut lineae fiant aequales, contra si lineas indicare uolunt Rabbini, aiunt esse אריח על גבי לבנה *laterem dimidium super laterem integrum*, ut loquitur ABARB. *in Es. f. 11. col. 2.*) *duae tres et una* (uoces si scribantur sub se inuicem) *instar Cantici est*. (Tum nec lineae sunt inaequales.) Prohibetur itidem ibid. *in Men. fol. 31. in Comment.* R. SALOMONIS, quod non scribi Mesusa debeat instar tentorii, uel caudae, et explicatur, instar tentorii scribi דהיינו אחת שתים שלש *si ponatur una*, *duae*, *tres* (uoces) *instar caudae autem* דהיינו שלש שתים אחת: si ponantur *tres*, *duae*, *una*. Omnium clarissime explicat scriptionem Mesusae internam R. MAIMON. *c. 5. in Hilc. Tephill.* inquiens: ונהגו לעשותה כ״ב שיטין וזהו התחלתן שמע׳ ה׳ הדברים׳ לבניך׳ ובשכבך׳ בין׳ והיה׳ מצוה׳ בכל׳ יורה׳ עשב׳ פן׳ והשתחויתם׳ השמים׳ ואבדתם׳ ושמתם׳ אותם׳ אותם׳ בדרך׳ ובשעריך׳ אשר׳ על׳ הארץ׳ קדמאה׳ לטוטפת׳ בתראה׳ לטטפות׳ ידך׳ חסר׳ קדמאה׳ מזוזת׳ בתרא מזוזות ותירשך חסר ו׳ הטבה לאבתיכם הסר ו׳ *Solent autem facere 22. lineas*, *quarum initia haec sunt*. *Audi. Jehouam. Verba. Filiis tuis. Et cum cubas. Inter. Et erit. Praecipio. Omni. Pluuiam tempestiuam. Herbam. Ne. Et incuruantes uos. Coelos. Et pereatis. Et reponetis. Ea. Ea. In uia tua. Et in portis tuis. Quam. Super terram. Primo* (scribitur) *lethothaphoth*

thothaphoth sine Vau (Deut. VI· 8.) *Vltimo lethothaphoth cum Vau* (Deut. XI· 18.) *Vox Jadecha defectiue sine Jod* (Deut. IV· 8.) *Primo Mesusoth sine Vau* (Deut. IV· 9.) *Vltimo Mesusoth cum Vau* (Deut. XI. 20.) *Vox Vetiroschecha deficiente Vau* (Deut. XI. 14.) *Voces Hattobha, laabbotechem deficiente Vau* (Deut. XI· 21.) Praeterea cum duae in Mesusa sectiones scribantur, disceptant Rabbini, an inter illas duas facienda sit sectio aperta, an uero clausa. Vtrumque concedere uidetur MAIMONIDES l. c. inquiens: ובהפסק שבין פרשת שמע לוהיה נהגו לעשותה סתום על כן טוב שלא להניח ג׳ אותיו׳ לא בסוף שיטת שמסיים בה שמע ולא בראש שיטה שמתחיל בה והיה ואם עשאה פתוחה כשרה: *In interuallo autem, quod est inter sectionem Audi, et sectionem Et erit, solent facere clausam* (sectionem.) *Idcirco conducit, si nec in fine lineae, quae finitur* (sectio) *Audi, nec in initio lineae, qua incipit* (sectio) *Et erit, tres literae relinquantur. Quod si fecerit aliquis eam apertam, legitima est.* Idem conceditur *a Raschi in com. in cap. 3. Menach. fol. 32. p. 1.* ubi ait: תפילין קדושתן חמורת ממזוזה שיש בהן ד׳ פרשיו׳ הכא סתומות והכא פתוחות במזוזה אלא ש״מ במזוזה נמי סתומות הן: *Ligamentorum precatorium sanctitas est grauior* (maior) *quam Mesusa, quia in illis sunt quatuor sectiones; illic clausae — hic autem apertae in Mesusa; sed collige exinde, in Mesusa etiam esse apertas* (sectiones.) Videntur tamen alii probare magis, si fiat lectio aperta. Hinc in *Menach. fol. cit. p. 1.* dicitur: רב נחמן בר יצחק אמר מצות לעשותן סתומות ואי עבדינהו פתוחות שפיר דמי ומאי פתוחות דקאמר ר׳ שמעון בן אלעזר אף פתוחות לימא: *Rabb Nachman filius Isaac dixit: Jubemur facere illas* (sectiones) *clausas. Quare autem facimus apertas? Pulchrius uidetur. Quare autem* (afferuntur) *apertae? Iuxta illud, quod dixit R. Simeon filius Eleasar: Etiam apertas dici potest* (fieri debere sectiones.)

In

In quem locum *R. Sal. in com.* ſimilia recenſet, quando inquit:
אמרתי לו רבי מה טעם אתה עוש׳ אותן פתוחות
וחלא בתורה סתומ׳ הן אותו ריוח של אחר ובשעריך
סתום *שמאל של שיטה והריוח באמצע דשיט׳: א״ל
הואיל ובתורה אינם סמוכות הנך שתי פרשיות שזו
כתיב בואתחנן וזו כתובה בוהית עקב לפי״כ אנו
עושין פתוחות מאי לאו אפתוחות קאמ׳ והלכה כר״ש:
Dixi illi Rabbi: quae ratio eſt, Tu facies illas (ſectiones Meſuſae) *apertas, nonne autem in lege ſunt clauſae? Ita ſpatium illud poſt:* (uerba) *et in portis tuis clauſa eſt* (ſectio) *uerſus ſiniſtrum latus lineae, et ſpatium eſt in medio lineae. Reſpondit: poſteaquam in lege* (illae ſectiones) *non ſint coniunctae, cum ſint duae ſectiones, quandoquidem haec ſcribitur in ſectione: Et cum deprecaret* (quae habetur *Deut. III. 25.*) *illa in ſectione: Et erit propterea quod,* (quae etat *Deut. VII. 12.*) *Idcirco facimus illas apertas. Nonne ita intelligendum eſt, quando aperta eſſe dicuntur? Conſtitutio autem eſt iuxta R. Simeon.* Et in *Toſephos in eund. loc.* dicitur: דכשיש
כתוב בתחילת ובסוף שיטה ופרש׳ באמצע זו היא
סתומ׳ ואנו נוהגין להני׳ ח״ל שעט בתיל שיטה
ואח״כ מתחיל והיה אם שמוע ושמא גם זה קרוי סתומ׳:
Quando ſcriptum eſt aliquid in initio et ſine linea, et ſectio eſt in medio, uocantur clauſae (ſectiones) *Solemus autem relinquere aliquid ſpatii in initio lineae, ut poſtmodum incipiat:* (ſectio) *et erit ſi auſcultando. Fortaſſis autem et hoc appellatur clauſa* (ſectio.) Denique diſputant hic etiam Rabbini, ubi uoces ultimae Meſuſae על הארץ (ſuper terram) ſint ponendae, an in initio, an in fine lineae. Recenſetur haec diſputatio *in c. 3. Menach. f. 31. p. 2.* h. m.
מאר רב חסרא על הארץ בשיטה אחרונה או״ר בסוף
שיטה ואיכה דאמרי בתחלת שיטה מ״ד בסו׳ שיט׳
כגבות שמים על הא״ר ומ״ד בתחלת שיטה כי היכי
דמרחקה

דמרחקה שמים מארץ: *Dixit Rabh Chasda* (uerba) *super terram, in linea ultima* (scribantur.) *Sunt qui dicunt, in fine lineae* (scribenda esse): *Sunt etiam, qui dicunt in initio lineae. Qui dicunt in fine lineae, respiciunt* (dictum Ps. CIII. 11.) *quam altum est coelum super terram etc.* (Nam tum uox שמים si coelum quasi imponitur terrae in scriptione.) *Qui autem dicunt in initio lineae,* (ita scribunt) *sicut remotum est coelum a terra. R.* MAIMON. autem hanc controuersiam ita decidit *in c. 5. Hilc. Teph.* ועל הארץ יכתוב . בראש שיטה אחרונה ולא יכתוב בה יותר: (Verba) *super terram, scribat in linea postrema, neque scribat in ea aliquid amplius.* Haec de scriptione interna. Addendum hic est, QVOMODO SE HABEAT EXTERNA. Hanc accurate describit R. ASCHER *in Hilc. Ket. Hilc. Mes.* his uerbis: שדי מבחוץ על הריוח שבין פרשה לפרשה וכן נוהגין באשכנז ובצרפ׳ לכתוב מבחוץ כנגד ה׳ אלהינו ה׳ שם של אותיות הסמוכות לאותיו׳ של ה׳ אלהינו ה׳ באלפא ביתא והם כוזו במוכסז כוזו: (Vox) *Schaddai exterius* (scribitur,) *iuxta spatium, quod inter duas sectiones interiacet. Ita etiam consueuerunt in Germania et Gallia scribere exterius iuxta* (uerba) *dominus Deus noster dominus, nomen literarum uicinarum literis* (uerborum) *dominus Deus noster dominus in alphabeto, quae sunt: Kusu bemochsas Kusu.*

§. 29. Ita uidimus, quomodo scribatur Mesusa, uideamus nunc porro IN QVO SCRIBATVR. Scribenda ergo est in Membrana et quidem una. Hoc indicatur in *Tosephos in Men. 3. fol. 33. p. 1.* quando dicitur: שהספרים נכתבין בשני עורות והתפלין ומזוזות אין נכתבין אלא בעור אחד: *Libros quidem scribi in duabus membranis; ligamenta autem precatoria et Mesusas non scribi, nisi in una membrana.* Et in *Arb. Tur. Jor. dea. f. 68. col. 4.* his uerbis: כיצד מצותה יקח עור אחד שיש בו לכתוב פרשת שמע והיה אם שמוע ויכתבם זה אחר: זה

זה כסדר ואם שינה והקדים והיה לשמע פסולה ואם כתבה בשני עורות פסולה ואפי׳ אם דבקם: *Quomodo se habet praeceptum eius* (Mesusae)? *Accipiat* (Judaeus) *pellem, uel membranam unam, in qua scribi debet sectio Audi*, (et sectio) *et erit si auscultando, et scribat ordine unum post alterum. Quod si autem mutat praemittendo* (sectionem) *Et erit* (sectioni) *Audi, illegitima est. Quod si scribat in duabus membranis, illegitima est, etiamsi conglutinauerit.* Qualis autem illa membrana esse debeat, de eo controuertitur ibid. in *Arba Tur. h. m.*

וחמורה מספר תורה שעיקר מצותה דוקא על דוכסוסטוס ואם כתבה על הקלף השרה ור׳ פסל אם כתבה על הגויל ואדני אבי הראש׳ ז׳ל הכשיר כמו על הקלף לכן טוב לכותבה בכל דבר שמשתמרת בו יותר: *Maioris momenti est* (scriptio Mesusae) *quam libri legis, quia praeceptum eius eo tendit, ut inprimis scribatur in Dochsostos* (membrana crassiore, quae in diuisione pellis est uersus carnem s. ut *Raschi in Men. 3. fol. 31. p. 2.* שלא נקלף membrana non decorticata, uel rasa) *si autem scribat aliquis in Keleu* (membrana tenuiore, quae in diuisione pellis est uersus pilos) *legitima est R. Isaac autem ait: si scribat in Geuil* (pelle integra non diuisa) *illegitima est, Dominus autem Pater meus, magnus ille R. Ascher p. m. legitimam pronuntiauit, sicut quae in Kaleu scribitur. Propterea praestat scribere illam in re qualibet, in qua durat longius.* In Dochsostos tamen plerique scribi malunt. Huc tendit illud *in Menach. fol. 31. p. 2.* אר׳ש בן אלעזר ר׳מ היה כותבה על דוכסוסטוס כמין דף ועשה ריוח מלמעל׳ וריוח מלמטה: *Dixit R. Simeon filius Eleasar: R. Meir scripsit illam* (Mesusam) *in dochsostos instar folii* (i. e. ut *R. Sal. in h. l.* כמין עמוד שבספרים ארוכה וקצרה *instar columnae in libris longae et angustae s.* ſmahl) *et reliquit spatium supra et infra.* Et illud, quod sequitur ibid. *per seq.* התניא הלכה למשה מסיני תפילין על הקלף ומזוזה על דוכסוסטוס קלף במקום בשר דוכסוסטוס במקום שיער למצוה: *Traditio*

ditio est, esse constitutionem Mosis a Sinai, ligamenta precatoria (scribi debere) *super Keleu, Mesusa super dochsostos. Keleu est uersus carnem, dochsostos uersus pilos iuxta praeceptum.* Quia autem dochsostos est membrana crassior, hinc mouetur quaestio, an sit aptanda (ob mans gerbe?) R. MAIM. *c. 1. in Hilc. Seph. Tor.* ait: שאינה צריכה עיבור, *non opus esse aptatione.* R. ASCHER autem *in Hilc. Ket. H. Mes.* ait: נהיגי להצריך עיבור, *solere urgeri aptationem.*

§. 30. MEDIA, QVIBVS SCRIBITVR MESVSA, sunt calamus scriptoris et atramentum. Dicitur id ex *Menach. l. c. fol. 34. p. 1.* ubi dicitur hic intelligi כתיבה תמה והדר, *scripturam perfectam et decentem*, sicut etiam ibid. passim legitur, esse debere Mesusam אגרת מקרא ולא מסורת שלא דקדק בחסירות ויתרות אלא כאגרות בעלמ״: *Epistolam quae, legi possit, non Masoram, ut habeatur ratio accurata literarum defectiuarum et abundantium, seu instar epistolae mundanae.* it. adhibendam esse הנהגת לדורות, *scripturam hominibus usitatam.* Ita etiam expresse fit mentio atramenti in *Megill. c. 1. in Gem. fol. 8. p. 2. et Arb. Tur. l. c. f. 68. col. 4.* Probare uolunt Rabbini hanc scriptionem ex *Jer.* XXXVI. ubi uerbum כתב de scriptione atramento facta usurpetur. Vrgent autem haec propterea, ne uel lapidibus, uel auro, uel alii materiae insculpantur uerba Mesusae. Vnde legitur in *Toseph. ad Men. l. c. fol. 31. p. 2.* שכתב שלא בדיו או שכתב האזכרו׳ בזהב. הרי אלו יגנזו בס״ר״ת: *Qui scripserit sine atramento, aut qui scripserit nomina diuina in auro, ecce illi occultant mysteria legis.* Hinc etiam ex uetustis libris legis, uel ligamentis precatoriis, non faciunt Mesusam, quia hic noua requiritur scriptio, utpote cum cetera iam dicta sint Mesusa sanctiora. Hoc apparet ex *Men. l. c. fol. 32. p. 1.* ubi ita: ספר תורה שבלה ותפילין שבלו אין עושין מהן מזוזה לפי שאין מורידין מקדשו׳ חמור׳ לקדושה קל״ה: *Ex libro legis inueterato, uel ligamentis precatoriis inueteratis non faciunt Mesusam, quia non se demittunt a sanctitate graui ad sanctitatem leuem.* Additur in *Arb. Tur. l. c. f. 60. col. 2.* ob eandem ratio-

rationem :לא כותבן אותי על גליונים של ספר תורה: *non scribi in marginibus libri legis.*

§. 31. Quando itaque eo modo scripta est Mesusa, tum CONVOLVITVR, de quo MAIM. *in c. 5. Hilc. Teph.* וכורכ׳ מסופ׳ לראשה מאחר כלפי שמע: *Conuoluitur a fine uersus initium a* (uoce) *Vnus uersus* (uocem) *Audi.* Huc pertinet illud in *Men. l. c. fol. 31. p. 2.* א״ר חלבו חזינא ליה לרב הונא דכריך לה מאחר כלפי שמע: *Dixit R. Chalbo: Vidimus illum sc. Rabb. Hunam conuoluere illam a* (uoce) *Vnus uersus* (uocem) *Audi.* Quem locum luculenter explicat RASCHIVS inquiens: לאחר שנכתבה כופלה מצד שמאל לצר ימין שהנוח׳ בדלת והיינו מאחר כלפי שמע: שראש השורה שמע ישראל וסופה י״י אחר והתחיל לכופלה מאחר וקיפל עד שמ׳: נבא *Ex quo scripta est, conduplicat* (Mesusam Judaeus) *a latere sinistro uersus dextrum, quia finiuerat eam in Daleth, et est a* (uoce) *unus uersus* (uocem) *Audi: quia initium lineae est: audi Israel, et finis eius: Dominus unus. Incipit ergo conduplicare illam a* (uoce) *unus, et conuoluit, usque dum perueniat ad* (uocem) *Audi.* Conf. etiam BVXT. *in Synag. Jud. p. 585.* Sed satis de inscriptione sermocinati sumus, pes promouendus est ad AFFIXIONEM Mesusae, ubi de locis, in quibus affigitur, et in quibus non, de tempore, et modo etiam affixionis audiemus. De LOCIS cum dicimus, operae erit pretium contemplari primo locos et portas integras, quae communiter ita a Rabbinis coniunguntur, deinceps postes locorum, et deinceps locum in postibus, ut ordine adiutus quilibet, qui uoluerit, facilius non assequatur.

§. 32. De locis et portis integris erudimur accurate in *Tract. Talmud. Joma. c. 1. in Gem. fol. 11. p. 2.* ubi haec leguntur: ותניא בשעריך אחד שערי הבתים ואחד שערי חצרות ואח׳ שערי מדינות ואחד שערי עיירות ורפת ולולין ומתבן ואוצרות יין ואוצרות שמן חייבין במזוזה יכול שאני מרב

אף בית שער אכסדר ומרפסת ת"ל בית מה בית מיוחד
לדירה יצאו אלו שאין מיוחדין לדירה יכול שאני מרבה
אף בית הכסא ובית הבורסקי ובית המרחץ ובית הטבילה
תלמוד לומר בית מה בית העשוי לכבוד אף כל העשוי
לכבוד יצאו אלו שאין עשויין לכבוד יכול שאני מרבה
אף הר בית והלשכות והעזרות ת"ל בית מה בית שהוא
חול אף כל שהוא חול יצאו אלו שהן קודש תיובתא תני
רב שמואל בר יהודה קמיה דרבא ששה שערים פטורין
מן המזוזה בית התבן ובית הבקר ובית העצים ובית
האוצרות ושער חמרי ושער שאינו מקורה ושער שאינו
גבוה עשרה: *Traditio est de uerbis: in portis tuis.* (Nam ex plurali בשעריך plures portas colligunt. *Raschi in Deut. VI. 9.* inquiens, esse hanc uocem לרבו' שערי חצרו' ושערי מדינות ושערי עיירות: *pluralis numeri, ut indicentur portae atriorum, prouinciarum, ciuitatum*, etc. Et R. MOS. BAR. NACHM. *in Bibl. Bomb. qui in h. l. commentatur:* וטעם ובשעריך ובמזוזות שאר שעריך כגון שערי הערים והמדינות כמו באחד שעריך:

Sensus uerborum: et in portis tuis est: et in postibus reliquarum portarum tuarum u. g. *portarum ciuitatum et prouinciarum q. d. in una ex portis tuis.) Portae domuum, portae atriorum, portae prouinciarum, portae ciuitatum, bouile, cochleae, straminarium, horrea uini, horrea olei tenentur Mesusa. Fortassis plura addere possunt: Etiam Domus portae, Exedra* (Sommerhauß, oder Saal,) *et porticus* (tenentur.) *Vult dicere textus appellari Baiith* (domum.) *Quid est Baiith?* (f. quid significat uox haec in Scriptura?) *Est domus appropriata inhabitationi. Fortassis plura addere possum: Etiam locus secretus, officina coriarii, locus balnei, locus lotionis* (tenentur). *Vult dicere textus* (appellari) *Baiith?* (Est domus) *quae facta in honorem. Fortassis plura addere possum: Etiam mons*

mons domus (in quo templum erat aedificatum) *atria et conconclauia* (tenentur). *Vult dicere textus* (appellari) *Baiith. Quid est Baiith? quae est profana; quia ergo omnes sunt profana, excipiuntur hae, quae sunt sanctae. Thisbi ueniet et indicabit ore suo solutionem ueram. Tradidit Rabb Samuel, filius Jebudae, coram Rabba: sex portae liberae sunt a Mesusa, straminarii, bouilis, loci lignorum, horreorum, porta Persica* (facta cum cippo ut in Persia, quam quidam teneri, quidam non teneri uolunt, unde hac exclusa relinquuntur adhuc sex portae) *porta non contignata* (superius non tecta) *porta, quae non habet in altitudine decem* (cubitus.) Quae in h. l. Talmudico adducuntur, alibi quoque passim explanantur, quae adiiciemus, ut magis in Judaeorum hac de re sententia confirmemur. Itaque de לול s. *cochlea*, legitur in *c. 3. Menach. fol. 34. p. 1. in Gem.* לול פתוח מן הבית לעליה אמר רב הונא אם יש לו פתח אחד חייב במזוזה אחת אם יש לו שתי פתחים חייב בב׳ מזוזות: *Cochlea aperta e domo in superius conclaue dicit Rabh Huna, si habet portam unam, tenetur Mesusa una, si duas, tenetur duabus Mesusis.* Lucem his addit R. SAL: *in h. l.* ita inquiens: לול הפתוח מן הבית לעליית זה דרכן ארוב׳ באמצע העליית ועולין לה מן הבית למעלות ועושין ד׳ מחיצות סביב המעלו׳ למטה כדי שלא ירד אדם מן העלייה לבית כי אם ברשות בעלית ועושין פתח במחיצות וכן עושין בני עליות ד׳ מחיצות סביב הארובה למעלה ובהן פתח: *Cochlea aperta ex domo in conclaue superius ita se habet : Fenestra est (s.* eine Lucke) *in medio conclaui, ad quam ascendunt per gradus e domo, 4. autem parietes faciunt circa gradus inferius, ne aliquis descendat e conclaui in domum, nisi uolente domino, et faciunt apertam in parietibus. Ita etiam ii, ad quos conclaue illud pertinet, faciunt 4. parietes circa fenestram in superiore parte, in quibus est porta.* Consonant cum his illa *in Arb. Tur. Jor. Dea. p. 68. col. 2.* ארובה

ארובה שבין בית לעליוה ועולין לה בסולם ועושים סביב הסולם היקף מחיצות פעמים למטה ברגלי הסולם ופעמים למעלה בראשו ויש בו צורת הפתח במקום שעושין אותו חייב ואם עשו למעלה וגם למטה חייב בשתים: *Quando fenestra est inter domum et conclaue, ad quam ascendunt per scalas, faciunt circa scalas ambitum tabulatum, interdum inferius, in fine scalarum, interdum superius in apice earum, ubi figura est ianuae. Quando autem ita faciunt, tenetur locus* (Mesusa,) *si faciunt supra simul et infra, tenetur duabus.* Ita de בית שער, siue *domo portae,* legitur *in Arb. Tur. l. c. col. 2. b. m.*

ורי פירש דבית שער חייב מדרבנן אפילו אין בית פתוח לו: בית שער הפתוח לבית ולחצר חייב בשתי מזוזות אחת במקום שפתוח לבית ואח' במקו' שפתוח לחצר חוץ מהמקום שנכנסין לו מרשות הרבים בית שער העומד בין הגינה לבית חייב בשתי מזוז' אחת במקום שפתוח לבית ואחת במקום שפתוח לגינה: *R. Isaac* (alii non habent pro domo) *explicat : Domus portae tenetur* (Mesusa) *iuxta Doctores, etiamsi ibi non adsit domus aperta. Domus portae aperta uersus domum et uersus atrium* (lithostratum) *tenetur duabus Mesusis, una in latere, ubi est aperta uersus domum, altera, ubi est aperta uersus domum, altera ubi est aperta uersus atrium, excepto loco, ubi ingrediuntur a platea. Domus portae stans inter hortum et domum, tenetur duabus Mesusis, una in loco, ubi est aperta uersus domum, altera in loco, ubi est aperta uersus hortum.* Additur *ibid. in notis*, quid sit domus portae sc. מחיצה מקו' לשער שלא יציצו בחצר עוברים ושבים: *Substructio, uel contignatio cingens portam, ne prospiciant in atrium* (lithostratum) *qui transeunt et redeunt.* Ita *in Succa c. 1. fol. 8. p. 2. in com.* RASCHI dicitur esse בית שלפני בלע"ז פורק"א, *furcam* (forte a figura) *uernacule,*

le, quae ante domum. Ita *in Joma c. 1. fol. 11. p. 2. in Toseph.* dicitur aliud esse בית שער של אכסדרה *domum, portae exedrae*, aliud בית שער של פרפסת, *domum portae porticus* (ducentis in coenacula.) Maxime itaque probabile uidetur, intelligi per domum portae porticum, et esse idem, quod אולם, inprimis cum R. KIMCHI *in 1. Reg. VI. 3.* scribat: נקרא בלשון המקרא אולם מה שנקר׳ בלשון התלמוד בית שער: *Vocatur in Scriptura Vlam, quod uocatur in Talmude Beth Schaar*, s. domus portae. Et *in cap. VII. v. 7.* האולם הוא הנקרא בית שער וקירויו עשוי כמין כפה *Vlam uocatur Beth Schaar, cuius contignatio est instar cippi*, s. curua. Vnde etiam *R. Ben. MEL. in Mich. Joph.* ad *1. Reg. 7.* ait, Vlam esse כפה, שקורין בלע״ז בול״טא, *locum concameratum, qui uocetur uernacule Bulta.* Ita de אכסדרה, Exedra, legitur *in c. 3. Menach. fol. 33. p. 2. in Gem.* אמר רבא בר שילא אמ׳ רב חסדא אכסדרא פטורה מן המזוזה לפי שאין לה פצימין הא יש לה פצימין חייב חזוק לתקרה הוא דעבידי הכי קאמ׳ אע״ג שיש לו פצימין פטור שאין עשוין אלא לחזוק לתקרה: *Dixit Rabba Bar Sila: dixit Rabh Chasda: Exedra libera est a Mesusa, quia non habet postes, si habet postes, tenetur; contignationis firmandae ergo faciunt* (eos.) *Ita dixit: quamuis habeat postes, libera est, quia non facti sunt, nisi ad firmandam contignationem.* Huc spectant illa in *Arb. Tur. l. c. col. 2.* אכסדרה שיש לה שלשה מחיצות ופרוצ׳ ברביעית פטורה אף על פי שיש לה פצימין ברוח הרביעי׳ כצורת הפתח אבל אם יש לה מחיצה גם ברוח הרביעית אף על פי שהוא נמוכה או שעשויה חלונות חלונות חייבת: *Exedra habens tres parietes, et foramen in quarto, libera est, quamuis habeat postes in latere quarto instar porta.*

Sed

Sed ſi habet parietem etiam in latere quarto, quamuis ſit depreſſior, uel plenus feneſtrarum, tenetur. Quid autem ſit Exedra, explicat *R. SALOMO in com. in Men. 3. f. 33. p. 2.* inquiens: אכסדרא שלשה דפנות סתומות בלא פתח והרביעית פתו׳ לגמרי מתחת אבל למעלה יש דופן מעט המחזיק את הסכך: *Exedra conſtat tribus lateribus clauſis, ſine ianua, et quartum eſt totaliter apertum infra, ſupra autem eſt latus paruum firmans contignationem.* Ita de מרפסת, *porticu,* refertur *in Arb. Tur. l. c. c. 2.* his uerbis: מרפסת שהוא דרך לעלות בה לעליות. ובית השער והגנה פטורין: *Porticus ducens in conclauia, et domus portae ac horti libera ſunt.* (Vt, autem ſciatur in quo differant מרפסת et בית שער deſcribitur ibidem in *Arb. Tur.* in *Orach Chaim fol. 68. col. 2.* מרפסת adhuc clarius, his uerbis: ועומד בחצר ועולין לה בסול׳ ובני העלייה יורדין ממנה לחצ׳ quod *ſit in atrio,* (lithoſtrato) *adſcendaturque eo per ſcalas, et deſcendatur inde in atrium.* Et in explicatione uocum Miſchnaioth punctatis annexa uocatur מקום לפני העלי׳ה *locus ante coenaculum*). Quare autem in loco *Talm. ex Joma ſup. cit.* locus ſecretus, officina coriarii, locus balnei etc. excipiantur a Meſuſa, eius alia ratio redditur ibid. ſc. כוין אאין בהם דירה אבל כל מקום שהוא לדיר׳ חייב אע״פ שהו׳ במקום הטינופות וטוב לכסותה כדי שלא תהא נראית: *Quia non inhabitantur. Quicunque autem locus inhabitatur, tenetur, etiamſi ſit in loco immundo, et rectius tegatur, ne appareat.* Quare denique illae ſex portae in loco *Talm. ex Joma ſup. cit.* ſint a Meſuſa liberae, illud ex parte docetur ibid. *in Jom. l. c. p. 2.* ubi dicitur: תני רב כהנה קמי דרב יהודה בית התבן ובית הבקר ובית העצים ובית האוצרות פטורים מן המזוזה מפני שהנשים נאותות בהן: *Tradidit Rabb Cahana coram Rabb Jehuda: Straminarium, bouile, locus*

locus lignorum, et horrea libera sunt a Mesusa, quia feminae ibidem lauant; uel ut *R. Maim. in Hilc. Mes. c. 6.* quia הנשים יושבות בו להתקשט: *Feminae ibi sedent, et se ornant.* (Vbi tamen intelligitur bouile eiusmodi, in quo boues non actu collocati sunt, unde in *Tosephos in loc. Jom. cit. p. 1.* additur: שעשוי לבקר אבל אין מעמידין בו בהמות בקביעות נשים רוחצות בו אבל רפת בקר משמע שעומדת בו בקר בקביעות והוא מלוכלך בזבל הבקר אין הנשים רוחצות בו: *In* (Bouili) *quod factum pro boue, ubi tamen non collocant bestias ordinarie, mulieres lauant; sed in bouili simpliciter tali, ubi bos ordinarie persistit, quodque stercore bouino conquinatum est, mulieres non lauant.)* Nam, ut *R. Sal. in Jom. cit. p. 1.* משום המקום גנאי הוא שעומדות שם ערומות אין כבוד שמים להיות שם מזוזה: *Quia locus huiusmodi turpis est, eo quod ibi stent nudae, non eum illi honorem habent, ut sit ibi Mesusa.* Quod si autem feminae iis locis hoc modo non utantur, cum illi סתמ׳ חייבין *absolute tenentur* Mesusa.

§. 33. Sed progrediamur ulterius uisuri, quomodo reliqui loci, nondum tacti, in Mesusae ritibus se habeant. De SYNAGOGIS itaque constat *ex Jom. 1. cit. fol. 11. p. 2.* ubi ita: בית הכנסת שיש בה בית דירה לחזן הכנסת חייב במזוזה ושאין בה בית דירה ר״מ מחייב וחכמים פוטרים: *Synagoga, in qua est domus aeditui, tenetur Mesusa. Illam, quae non inhabitatur, R. Meir etiam teneri, ait; Sapientes autem liberam pronuntiant.* It. ex *R. Ascher in Hilc. Ket. Hilc. Mes.* dicente. בית הכנסת של כפרים סתם חייב דמסתמא דרים בה ושל כרכים אם יש בה בית דירה לחזן חייב ואם לאו פטור: *Synagoga pagana simpliciter tenetur* (Mesusa), *si absolute quidam inhabitant illam. Vrbana autem, si continet domum aeditui, tenetur; si non, libera est.* Quae dilucidantur *in com. Raschi in Jom. l. c.*

דמרחקת שמים מארץ: *Dixit Rabh Chaſda* (uerba) *ſuper terram, in linea ultima* (ſcribantur.) *Sunt qui dicunt, in fine lineae* (ſcribenda eſſe): *Sunt etiam, qui dicunt in initio lineae. Qui dicunt in fine lineae, reſpiciunt* (dictum Pſ. CIII. 11.) *quam altum eſt coelum ſuper terram etc.* (Nam tum uox שמים ſi coelum quaſi imponitur terrae in ſcriptione.) *Qui autem dicunt in initio lineae,* (ita ſcribunt) *ſicut remotum eſt coelum a terra. R.* MAIMON. autem hanc controuerſiam ita decidit *in c. 5. Hilc. Teph.* ועל הארץ יכתוב . בראש שיטה אחרונה ולא יכתוב בה יותר: (Verba) *ſuper terram, ſcribat in linea poſtrema, neque ſcribat in ea aliquid amplius.* Haec de ſcriptione interna. Addendum hic eſt, QVOMODO SE HABEAT EXTERNA. Hanc accurate deſcribit R. ASCHER *in Hilc. Ket. Hilc. Meſ.* his uerbis: שדי מבחוץ על חריוח שבין פרשה לפרשה וכן נוהגין באשכנז ובצרפ׳ לכתוב מבחוץ כנגר ה׳ אלהינו ה׳ שם של אותיות הסמוכות לאותיו׳ של ה׳ אלהינו ה׳ באלפא ביתא והם כוזו במוכסז כוזו: (Vox) *Schaddai exterius* (ſcribitur,) *iuxta ſpatium, quod inter duas ſectiones interiacet. Ita etiam conſueuerunt in Germania et Gallia ſcribere exterius iuxta* (uerba) *dominus Deus noſter dominus, nomen literarum uicinarum literis* (uerborum) *dominus Deus noſter dominus in alphabeto, quae ſunt: Kuſu bemochſas Kuſu.*

§. 29. Ita uidimus, quomodo ſcribatur Meſuſa, uideamus nunc porro IN QVO SCRIBATVR. Scribenda ergo eſt in Membrana et quidem una. Hoc indicatur in *Toſephos in Men. 3. fol. 33. p. 1.* quando dicitur: שהספרים נכתבין בשני עורות והתפלין ומזוזות אין נכתבין אלא בעור אחר: *Libros quidem ſcribi in duabus membranis; ligamenta autem precatoria et Meſuſas non ſcribi, niſi in una membrana.* Et in *Arb. Tur. Jor. dea. f. 68. col. 4.* his uerbis: כיצד מצותה יקח עור אחר שיש בו לכתוב פרשת שמע והיה אם שמוע וכתבם זה אחר:

זה

זה כסדר ואם שינה והקדים והיה לשמע פסולה ואם כתבה בשני עורות פסולה ואפי׳ אם דבקם: *Quomodo se habet praeceptum eius* (Mesusae)*? Accipiat* (Judaeus) *pellem, uel membranam unam, in qua scribi debet sectio Audi*, (et sectio) *et erit si auscultando, et scribat ordine unum post alterum. Quod si autem mutat praemittendo* (sectionem) *Et erit* (sectioni) *Audi, illegitima est. Quod si scribat in duabus membranis, illegitima est, etiamsi conglutinauerit.* Qualis autem illa membrana esse debeat, de eo controuertitur ibid. in *Arba Tur. h. m.* וחמורה מספר תורה שעיקר מצותה דוקא על דוכסוסטוס ואם כתבה על הקלף השרה ור״י פסל אם כתבה על הגויל ואדני אבי הרא״ש ז״ל הכשיר כמו על הקלף לכן טוב לכותבה בכל דבר שמשתמרת בו יותר: *Maioris momenti est* (scriptio Mesusae) *quam libri legis, quia praeceptum eius eo tendit, ut inprimis scribatur in Dochsostos* (membrana crassiore, quae in diuisione pellis est uersus carnem s. ut *Raschi in Men. 3. fol. 31. p. 2.* שלא נקלף membrana non decorticata, uel rasa) *si autem scribat aliquis in Keleu* (membrana tenuiore, quae in diuisione pellis est uersus pilos) *legitima est R. Isaac autem ait: si scribat in Geuil* (pelle integra non diuisa) *illegitima est, Dominus autem Pater meus, magnus ille R. Ascher p.m. legitimam pronuntiauit, sicut quae in Kaleu scribitur. Propterea praestat scribere illam in re qualibet, in qua durat longius.* In Dochsostos tamen plerique scribi malunt. Huc tendit illud *in Menach. fol. 31. p. 2.* אר״ש בן אלעזר ר״מ היה כותבה על דוכסוסטוס כמין דף ועשה ריוח מלמעל׳ וריוח מלמטה: *Dixit R. Simeon filius Eleasar: R. Meir scripsit illam* (Mesusam) *in dochsostos instar folii* (i. e. ut *R. Sal. in h. l.* כמין עמוד שבספרים ארוכה וקצרה *instar columnae in libris longae et angustae s.* smahl) *et reliquit spatium supra et infra.* Et illud, quod sequitur ibid. *per seq.* התניא הלכה למשה מסיני תפילין על הקלף ומזוזה על דוכסוסטוס קלף במקום בשר דוכסוסטוס במקום שיער למצוה: *Traditio*

ditio est, esse constitutionem Mosis a Sinai, ligamenta precatoria (scribi debere) *super Keleu, Mesusa super dochsostos. Keleu est uersus carnem, dochsostos uersus pilos iuxta praeceptum.* Quia autem dochsostos est membrana crassior, hinc mouetur quaestio, an sit aptanda (ob mans gerbe?) R. MAIM. *c. 1. in Hilc. Seph. Tor.* ait: שאינה צריכה עיבור, *non opus esse aptatione.* R. ASCHER autem *in Hilc. Ket. H. Mes.* ait: נהיגי להצריך עיבור, *solere urgeri aptationem.*

§. 30. MEDIA, QVIBVS SCRIBITVR MESVSA, sunt calamus scriptoris et atramentum. Dicitur id ex *Menach. l. c. fol. 34. p. 1.* ubi dicitur hic intelligi כתיבת תמה והדר, *scripturam perfectam et decentem*, sicut etiam ibid. passim legitur, esse debere Mesusam אגרת מקרא ולא מסורת שלא דקדק בחסירות ויתרות אלא כאגרות בעלמא: *Epistolam quae, legi possit, non Masoram, ut habeatur ratio accurata literarum defectiuorum et abundantium, seu instar epistolae mundanae.* it. adhibendam esse הנהגת לדורות, *scripturam hominibus usitatam.* Ita etiam expresse fit mentio atramenti in *Megill. c. 1. in Gem. fol. 8. p. 2. et Arb. Tur. l. c. f. 68. col. 4.* Probare uolunt Rabbini hanc scriptionem ex *Jer.* XXXVI. ubi uerbum כתב de scriptione atramento facta usurpetur. Vrgent autem haec propterea, ne uel lapidibus, uel auro, uel alii materiae insculpantur uerba Mesusae. Vnde legitur in *Toseph. ad Men. l. c. fol. 31. p. 2.* שכתב שלא בדיו או שכתב האזכרו' בזהב. הרי אלו יגנזו בס"ת: *Qui scripserit siue atramento, aut qui scripserit nomina diuina in auro, ecce illi occultant mysteria legis.* Hinc etiam ex uetustis libris legis, uel ligamentis precatoriis, non faciunt Mesusam, quia hic noua requiritur scriptio, utpote cum cetera iam dicta sint Mesusa sanctiora. Hoc apparet ex *Men. l. c. fol. 32. p. 1.* ubi ita: ספר תורה שבלה ותפילין שבלו אין עושין מהן מזוזה לפי שאין מורידין מקדושי חמורי לקדושה קלה: *Ex libro legis inueterato, uel ligamentis precatoriis inueteratis non faciunt Mesusam, quia non se demittunt a sanctitate graui ad sanctitatem leuem.* Additur in *Arb. Tur. l. c. f. 60. col. 2.* ob eandem ratio-

לא כותבן אותי על גליונים של ספר תורה: rationem *non ſcribi in marginibus libri legis.*

§. 31. Quando itaque eo modo ſcripta eſt Meſuſa, tum CONVOLVITVR, de quo MAIM. *in c. 5. Hilc. Teph.* וכורכ׳ מסופ׳ לראשה מאחר כלפי שמע: *Conuoluitur a fine uerſus initium a* (uoce) *Vnus uerſus* (uocem) *Audi.* Huc pertinet illud in *Men. l. c. fol. 31. p. 2.* א״ר חלבו חזינא ליה לרב הונא דכריך לה מאחר כלפי שמע: *Dixit R. Chalbo: Vidimus illum ſc. Rabb. Hunam conuoluere illam a* (uoce) *Vnus uerſus* (uocem) *Audi.* Quem locum luculenter explicat RASCHIVS inquiens: לאחר שנכתבה כופלה מצד שמאל לצד ימין שהנוח׳ בדלת והיינו מאחר כלפי שמע: שראש חשורה שמע ישראל וסופה י״י אחד והתחיל לכופלה מאחר וקיפל נבא עד שמ׳: *Ex quo ſcripta eſt, conduplicat* (Meſuſam Judaeus) *a latere ſiniſtro uerſus dextrum, quia finiuerat eam in Daleth, et eſt a* (uoce) *unus uerſus* (uocem) *Audi: quia initium lineae eſt: audi Iſrael, et finis eius: Dominus unus. Incipit ergo conduplicare illam a* (uoce) *unus, et conuoluit, usque dum perueniat ad* (uocem) *Audi.* Conf. etiam BVXT. *in Synag. Jud. p. 585.* Sed ſatis de inſcriptione ſermocinati ſumus, pes promouendus eſt ad AFFIXIONEM Meſuſae, ubi de locis, in quibus affigitur, et in quibus non, de tempore, et modo etiam affixionis audiemus. De LOCIS cum dicimus, operae erit pretium contemplari primo locos et portas integras, quae communiter ita a Rabbinis coniunguntur, deinceps poſtes locorum, et deinceps locum in poſtibus, ut ordine adiutus quilibet, qui uoluerit, facilius non aſſequatur.

§. 32. De locis et portis integris erudimur accurate in *Tract. Talmud. Joma. c. 1. in Gem. fol. 11. p. 2.* ubi haec leguntur: ותניא בשעריך אחד שערי הבתים ואחד שערי חצרות ואח׳ שערי מדינות ואחד שערי עיירות ורפת ולולין ומתבן ואוצרות יין ואוצרות שמן חייבין במזוזה יכול שאני מרב׳

אף בית שער אכסדר ומרפסת ת״ל בית מה בית מיוחד לדירה יצאו אלו שאין מיודדין לדירה יכול שאני מרבה אף בית הכסא ובית הבורסקי ובית המרחץ ובית הטבילה תלמוד לומר בית מה בית העשוי לכבוד אף כל העשוי לכבוד יצאו אלו שאין עשויין לכבוד יכול שאני מרבה אף הר בית והלשכות והעזרות ת״ל בית מה בית שהוא חול אף כל שהוא חול יצאו אלו שהן קודש תיובתא תני רב שמואל בר יהודה קטיה דרבא ששה שערים פטורין מן המזוזה בית התבן ובית הבקר ובית העצים ובית האוצרות ושער חמרי ושער שאינו מקורה ושער שאינו גבוה עשרה: *Traditio est de uerbis: in portis tuis.* (Nam ex plurali בשעריך plures portas colligunt. *Raschi in Deut. VI. 9.* inquiens, esse hanc uocem לרבו׳ שערי חצרו׳ ושערי מדינות ושערי עיירות: *pluralis numeri, ut indicentur portae atriorum, prouinciarum, ciuitatum*, etc. Et R. MOS. BAR. NACHM. *in Bibl. Bomb. qui in h. l. commentatur:* וטעם ובשעריך ובמזוזות שאר שעריך כגון שערי הערים והמדינות כמו באחד שערך: *Sensus uerborum: et in portis tu..: est: et in postibus reliquarum portarum tuarum* u. g. *portarum ciuitatum et prouinciarum q. d. in una ex portis tuis.) Portae domuum, portae atriorum, portae prouinciarum, portae ciuitatum, bouile, cochleae, straminarium, horrea uini, horrea olei tenentur Mesusa. Fortassis plura addere possunt: Etiam Domus portae, Exedra* (Sommerhauß, oder Saal,) *et porticus* (tenentur.) *Vult dicere textus appellari Baiith* (domum.) *Quid est Baiith?* (s. quid significat uox haec in Scriptura?) *Est domus appropriata inhabitationi. Fortassis plura addere possum: Etiam locus secretus, officina coriarii, locus balnei, locus lotionis* (tenentur). *Vult dicere textus* (appellari) *Baiith?* (Est domus) *quae facta in honorem. Fortassis plura addere possum: Etiam mons*

mons domus (in quo templum erat aedificatum) *atria et conconclauia* (tenentur). *Vult dicere textus* (appellari) *Baiith. Quid est Baiith? quae est profana; quia ergo omnes sunt profana, excipiuntur hae, quae sunt sanctae. Thisbi ueniet et indicabit ore suo solutionem ueram. Tradidit Rabb Samuel, filius Jebudae, coram Rabba: sex portae liberae sunt a Mesusa, straminarii, bouilis, loci lignorum, horreorum, porta Persica* (facta cum cippo ut in Persia, quam quidam teneri, quidam non teneri uolunt, unde hac exclusa relinquuntur adhuc sex portae) *porta non contignata* (superius non tecta) *porta, quae non habet in altitudine decem* (cubitus.) Quae in h. l. Talmudico adducuntur, alibi quoque passim explanantur, quae adiiciemus, ut magis in Judaeorum hac de re sententia confirmemur. Itaque de לול f. *cochlea*, legitur in *c. 3. Menach. fol. 34. p. 1. in Gem.* לול פתוח מן הבית לעליה אמר רב הונא אם יש לו פתח אחד חייב במזוזה אחת אם יש לו שתי פתחים חייב בב׳ מזוזות׃ *Cochlea aperta e domo in superius conclaue dicit Rabb Huna, si habet portam unam, tenetur Mesusa una, si duas, tenetur duabus Mesusis.* Lucem his addit R. SAL. *in h. l.* ita inquiens: לול הפתוח מן הבית לעליה זה דרכן ארובה באמצע העליה ועולין לה מן הבית למעלות ועושין ד׳ מחיצות סביב המעלו׳ למטה כדי שלא ירד אדם מן העליה לבית כי אם ברשות בעלית ועושין פתח במחיצות וכן עושין בני עליות ד׳ מחיצות סביב הארובה למעלה ובהן פתח׃ *Cochlea aperta ex domo in conclaue superius ita se habet: Fenestra est* (*f.* eine Lucke) *in medio conclaui, ad quam ascendunt per gradus e domo, 4. autem parietes faciunt circa gradus inferius, ne aliquis descendat e conclaui in domum, nisi uolente domino, et faciunt apertam in parietibus. Ita etiam ii, ad quos conclaue illud pertinet, faciunt 4. parietes circa fenestram in superiore parte, in quibus est porta.* Consonant cum his illa *in Arb. Tur. Jor. Dea. p. 68. col. 2.* ארובה

ארוכה שבין בית לעליה ועולין לה בסולם ועושים סביב הסולם היקף מחיצות פעמים למטה ברגלי הסולם ופעמים למעלה בראשו ויש בו צורת הפתח במקום שעושין אותו חייב ואם עשו למעלה וגם למטה חייב בשתים: *Quando fenestra est inter domum et conclaue, ad quam ascendunt per scalas, faciunt circa scalas ambitum tabulatum, interdum inferius, in fine scalarum, interdum superius in apice earum, ubi figura est ianuae. Quando autem ita faciunt, tenetur locus* (Mesusa,) *si faciunt supra simul et infra, tenetur duabus.* Ita de בית שער, siue *domo portae*, legitur *in Arb. Tur. l. c. col. 2. b. m.*

ורי פירש דבית שער חייב מדרבנן אפילו אין בית פתוח לו: בית שער הפתוח לבית ולחצר חייב בשתי מזוזות אחת במקום שפתוח לבית ואח׳ במקו׳ שפתוח לחצר חוץ מהמקום שנכנסין לו מרשות הרבים בית שער העומד בין הגינה לבית חייב בשתי מזוז׳ אחת במקום שפתוח לבית ואחת במקום שפתוח לגינה: *R. Isaac* (alii non habent pro domo) *explicat: Domus portae tenetur* (Mesusa) *iuxta Doctores, etiamsi ibi non adsit domus aperta. Domus portae aperta uersus domum et uersus atrium* (lithostratum) *tenetur duabus Mesusis, una in latere, ubi est aperta uersus domum, altera, ubi est aperta uersus domum, altera ubi est aperta uersus atrium, excepto loco, ubi ingrediuntur a platea. Domus portae stans inter hortum et domum, tenetur duabus Mesusis, una in loco, ubi est aperta uersus domum, altera in loco, ubi est aperta uersus hortum.* Additur *ibid. in notis*, quid sit domus portae sc. מחיצה מקום לשער שלא יציצו בחצר עוברים ושבים: *Substructio, uel contignatio cingens portam, ne prospiciant in atrium* (lithostratum) *qui transeunt et redeunt.* Ita *in Succa c. 1. fol. 8. p. 2. in com.* RASCHI dicitur esse בית שלפני בל״עז פורק״א, *furcam* (forte a figura) *uernacule*,

le, quae ante domum. Ita *in Joma c. 1. fol. 11. p. 2. in Toseph.* dicitur aliud esse בית שער של אכסדרה *domum, portae exedrae*, aliud בית שער של מרפסת, *domum portae porticus* (ducentis in coenacula.) Maxime itaque probabile uidetur, intelligi per domum portae porticum, et esse idem, quod אולם, inprimis cum R. KIMCHI *in 1. Reg. VI. 3.* scribat: נקרא בלשון המקרא אולם מה שנקר׳ בלשון התלמוד בית שער: *Vocatur in Scriptura Vlam, quod uocatur in Talmude Beth Schaar*, s. domus portae. Et *in cap. VII. 6. 7.* האולם הוא הנקרא בית שער וקירויו עשוי כמין כפה *Vlam uocatur Beth Schaar, cuius contignatio est instar cippi*, s. curua. Vnde etiam *R. Ben. MEL. in Mich. Joph.* ad *1. Reg. 7.* ait, Vlam esse כפה שקורין בל״עז בו״לטא, *locum concameratum, qui uocetur uernacule Bulta.* Ita de אכסדרה, Exedra, legitur *in c. 3. Menach. fol. 33. p. 2. in Gem.* אמר רבא בר שילא אמ׳ רב חסדא אכסדרא פטורה מן המזוזה לפי שאין לה פצימין הא יש לה פצימין חייב חזוק לתקרה הוא דעבידי הכי קאמ׳ אע״פ שיש לו פצימין פטור שאין עשויין אלא לחזוק לתקרה: *Dixit Rabba Bar Sila: dixit Rabh Chasda: Exedra libera est a Mesusa, quia non habet postes, si habet postes, tenetur; contignationis firmandae ergo faciunt* (eos.) *Ita dixit: quamuis habeat postes, libera est, quia non facti sunt, nisi ad firmandam contignationem.* Huc spectant illa in *Arb. Tur. l. c. col. 2.* אכסדרה שיש לה שלשה מחיצות ופרוצ׳ ברביעית פטורה אף על פי שיש לה פצימין ברוח הרביעי׳ כצורת הפתח אבל אם יש לה מחיצה גם ברוח הרביעית אף על פי שהיא נמוכה או שעשויה חלונות חלונות חייבת: *Exedra habens tres parietes, et foramen in quarto, libera est, quamuis habeat postes in latere quarto instar porta.* Sed

Sed si habet parietem etiam in latere quarto, quamuis sit depressior, uel plenus fenestrarum, tenetur. Quid autem sit Exedra, explicat *R. SALOMO in com. in Men. 3. f. 33. p. 2.* inquiens: אכסדרא שלשה דפנות סתומות בלא פתח והרביעית פתוח לגמרי מתחת אבל למעלה יש דופן מעט המחזיק את הסכך: *Exedra constat tribus lateribus clausis, sine ianua, et quartum est totaliter apertum infra, supra autem est latus paruum firmans contignationem.* Ita de מרפסת, *porticu*, refertur *in Arb. Tur. l. c. c. 2.* his uerbis: מרפסת שהוא דרך לעלות בה לעליות. ובית השער והגנה פטורין: *Porticus ducens in conclauia, et domus portae ac horti libera sunt.* (Vt, autem sciatur in quo differant מרפסת et בית שער describitur ibidem in *Arb. Tur.* in *Orach Chaim fol. 68. col. 2.* מרפסת adhuc clarius, his uerbis: דעומד בחצר ועולין לה בסול וכני העלייה יורדין ממנה לחצ׳ quod *sit in atrio,* (lithostrato) *adscendaturque eo per scalas, et descendatur inde in atrium.* Et in explicatione uocum Mischnaioth punctatis annexa uocatur מקום לפני העלי׳ה *locus ante coenaculum*). Quare autem in loco *Talm. ex Joma sup. cit.* locus secretus, officina coriarii, locus balnei etc. excipiantur a Mesusa, eius alia ratio redditur ibid. sc. כוין דאין בהם דירה אבל כל מקום שהוא לדיר חייב אע״פ שהו׳ במקום הטינופות וטוב לכסותה כדי שלא ותהא נראית: *Quia non inhabitantur. Quicunque autem locus inhabitatur, tenetur, etiamsi sit in loco immundo, et rectius tegatur, ne appareat.* Quare denique illae sex portae in loco *Talm. ex Joma sup. cit.* sint a Mesusa liberae, illud ex parte docetur ibid. *in Jom. l. c. p. 2.* ubi dicitur: תני רב כהנה קמי דרב יהודה בית התבן ובית הבקר ובית העצים ובית האוצרות פטורים מן המזוזה מפני שהנשים נאותות בהן: *Tradidit Rabb Cahana coram Rabb Jehuda: Straminarium, bouile, locus*

locus lignorum, et horrea libera sunt a Mesusa, quia feminae ibidem lauant; uel ut *R. Maim. in Hilc. Mes. c. 6.* quia הנשים יושבות בו להתקשט: *Feminae ibi sedent, et se ornant.* (Vbi tamen intelligitur bouile eiusmodi, in quo boues non actu collocati sunt, unde in *Tosephos in loc. Jom. cit. p. 1.* additur: שעשוי לבקר אבל אין מעמידין בו בהמות בקביעות נשים רוחצות בו אבל רפת בקר משמע שעומדת בו בקר בקביעות והוא מלוכלך בזבל הבקר אין הנשים רוחצות בו: *In* (Bouili) *quod factum pro boue, ubi tamen non collocant bestias ordinarie, mulieres lauant; sed in bouili simpliciter tali, ubi bos ordinarie persistit, quodque stercore bouino conquinatum est, mulieres non lauant.)* Nam, ut *R. Sal. in Jom. cit. p. 1.* משום המקום גנאי הוא שעומדות שם ערומות אין כבוד שמים להיות שם מזוזה: *Quia locus huiusmodi turpis est, eo quod ibi stent nudae, non eum illi honorem habent, ut sit ibi Mesusa.* Quod si autem feminae iis locis hoc modo non utantur, cum illi חייבין סתמ׳ *absolute tenentur* Mesusa.

§. 33. Sed progrediamur ulterius uisuri, quomodo reliqui loci, nondum tacti, in Mesusae ritibus se habeant. De SYNAGOGIS itaque constat *ex Jom. 1. cit. fol. 11. p. 2.* ubi ita: בית הכנסת שיש בה בית דירה לחזן הכנסת חייב במזוזה ושאין בה בית דירה ר״מ מחייב וחכמים פוטרים: *Synagoga, in qua est domus aeditui, tenetur Mesusa. Illam, quae non inhabitatur, R. Meir etiam teneri, ait; Sapientes autem liberam pronuntiant.* It. ex *R. Ascher in Hilc. Ket. Hilc. Mes.* dicente. בית הכנסת של כפרים סתם חייב דמסתמא דרים בה ושל כרכים אם יש בה בית דירה לחזן חייב ואם לאו פטור: *Synagoga pagana simpliciter tenetur* (Mesusa), *si absolute quidam inhabitant illam. Vrbana autem, si continet domum aeditui, tenetur; si non, libera est.* Quae dilucidantur *in com. Raschi in Jom. l. c.*

fol. 12. p. 1. inquientis: דכרכים שהוא מקום שווקים ומתקבצים שם ממקומות חרבים והוא עש״י לכל הבא להתפלל ואין לא בעלים מיוחים: דכפרים כל בעליו ניכרים והרי הוא כבית השותפין: (Synagoga) *urbana est locus in foris, quo conuolant undique, et aptatus est pro omni, qui ibi uoluerit orare, neque habet certos praepositos. In pagana omnes praepositi noti sunt, estque instar conclauis sodalium.*

§. 34. De COLLEGIIS et GYMNASIIS constat ex *Arb. Tur. l. c. col. 3.* ubi ita differitur: בית המדרש פטור מהמזוזה: ואם יש בו פתח שרגיל לצאת בו לביתו חייב אבל עיקר הפתח העשוי לכל לכניסה ויציאה פטור ירושלמי בית מדרשי׳ דרב חנינא הוי ליה מזוזתא וכן עשה הר׳ מאיר מרוטנבורק מזוזה לפתח בית מדרשו ואמר בשהיה ישן בו שינת הצהרים היה רוח רעה מבעתתו קודם שתקן בו מזוזה: *Collegium liberum est a Mesusa. Quod si habeat posticum, per quod domum redire soleat* (professor) *tenetur. At ianua principalis, quae cuiuslibet ingressui et egressui destinata est, libera est. Hierosolymitanum* (Talmud *cap. Hakkore eth hammegilla fol. 75.*): *collegium R. Chaninae habebat Mesusam. Ita etiam R. Meir Rotenburgensis fecit Mesusam ad ianuam collegii sui. Refert, se, dum caperet somnum meridianum, spiritui maligno fuisse territum, antequam affixisset Mesusam.* Ita etiam RABH HVNA affixit Mesusam collegio, de quo in *c. 3. Menach. f. 33. p. 1.* והא הוא פותחא דהוה עייל בה רב הונא לבי מדרשא והויא ליה מזוזה: *Hoc refertur de ianua, per quam ascendebat Rabh Huna in collegium, quae habebat Mesusam.*

§. 35. De TABERNACVLIS in festo tabernaculorum constat *ex c. 1. Jom. fol. 10. col. 2.* ubi ita legitur: רב יהודה לטעמיה דאמרו סוכה דירת קבע בעינן ומיחייבא במזוזה ורבנן לטעמיהו דאמרי סוכה דירת עראי בעינן ולא מיחייבא

במזוזה: מיחייבא *R. Jebuda cum illo sentit, qui dicit: Tabernaculum habitationem fixam uolumus et teneri Mesusa. Doctores autem sentiunt cum illis, qui dicunt: tabernaculum habitationem fortuitam esse, uolumus, et non teneri Mesusa.* Non autem lis de eo est, an obligetur tabernaculum per septem dies (festi), sed an etiam per dies anni ceteros. Vnde ibid. paulo ante:

אמר אביי בשבע׳ דכולי עלמ׳ לא פליג דמחייב כי פליגי בשאר ימות השנה: *Dixit Abbai, nemo in mundo controuertit de eo, quod per 7. dies teneatur. Sed controuertunt de reliquis diebus anni.* Quae res *in Tosephos ad h. l.* explicatur hac ratione:

וגמי סוכה נמי שבעה דחג כולי עלמא לא פליגי דחייב לרבנן מדאורייתא ולרבי יהודה מדרבנן כמו לגבי לשכרת פרהדרא כי פליגי בשאר ימות השנה רבנן לא גזר שאר ימות השנה אטו חג ור׳ יהודה גזר שלא יאמרו היושב בסוכה בבית האיסורין הוא ויש בדבר גנאי ובזוי מצוה ונראה כאילו הקב״ה מטריח על ישראל וחובשן בבירת האיסורין להכי חייבת במזוזה כל השנה לפרסם הדבר שהיה נראה לכל כמו דירה השובה: *Quod autem ad tabernaculum, etiam septem* (diebus) *festi nemo in mundo controuertit, an teneatur* (Mesusa;) *iuxta Doctores ex lege, et R. Jehuda ex Doctoribus iuxta cameram assessorum. Nam controuertitur de reliquis diebus anni. Doctores* (dicunt) *non decisi sunt reliqui dies anni post festum. Rabbi Jehuda decidit, ne dicatur, quod qui sedeat in tabernaculo, sedeat in carcere; de re autem, quae cedit in ignominiam et contemptum, lex dari potest. Appareret enim, quasi Deus benedictus, oneraret Israelem, et ligaret in carcere. Sic tenetur Mesusa per totum annum, ut ostendatur, quod debeat accipi ab unoquoque pro honesta habitatione.*

§. 36. De TVGVRIIS FIGVLORVM constat *ex Succa*

ſa c. 1. fol. 8. p. 2. ubi enarrantur ſequentia : סוכות שליוצרים זו לפני׳ מזו הפנימית אינה סוכה וחייבת במזוזה והחיצונה סוכה ופטורה מן המזוזה: *Ex tuguriis figulorum, ſi unum ſit ante alterum, interius non eſt tugurium, et tenetur Meſuſa, exterius eſt tugurium, et liberum eſt a Meſuſa.* Quae illuſtrat *R. Sal. in com. in h. l.* inquiens : כך היה דרך של יוצרי כלי חרש בימיהן עושין להם שתי סוכות זו לפנים מזו בפנימית הוא דר ומצניע קדרותיו ובחיצונ׳ הוא עוש׳ מלאכתו ומוצי׳ קדרותיו למכור: *Hic eſt mos figulorum facientium uaſa teſtacea. Faciunt ſibi duo tuguria, unum ante alterum, in interiore ille habitat, et reponit ollas ſuas; in exteriore peragit opus ſuum, et ollas ſuas uenales exponit. Conf. Jom. 1. f. 11. p. 1. in Toſeph.*

§. 37. Quid porro obſeruandum ſit, ſi plura fuerint conclauia, plures item ianuae, docetur *in Arb. Tur. l. c. h. m.* יש בבית הרבה חדרי׳ זה לפני׳ מזה כולן חייבין במזוזה וכן אם יש בבית הרב׳ פתחי׳ פתוחים לחצר או לרשות הרבים ונעשו כולם לכניסת ויציאת בני הבית כולן חייבין אפילו נתמעטו הדיורין שאינן רגילין עתה לצאת ולבא אלא באחד מהן אבל מי שיש לו פתח קטן לצאת בו לבדו למדרשו וכיוצ׳ בו שאין בני הבית רגילין לצאת בו פטור: *Si plura ſint in domo conclauia, unum ante alterum, omnia tenentur Meſuſa. Ita etiam, ſi ſint in domo plures ianuae apertae uerſus atrium, uel uerſus plateam, omnes aptatae, ut domeſtici per illas intrent, et exeant, omnes tenentur; etiamſi incolae pauci fuerint, ut non ſoleant ingredi et egredi, niſi per unam illarum. Si autem alicui ſit oſtiolum, per quod eat in collegium, uel aliorſum, ut domeſtici eo uti non conſueuerint, liberum eſt.*

§. 38.

§. 38. Quid praeterea sit attendendum, si uni posti duae sint affixae portae, item si portae fuerint diuisae (instar ualuarum) uel una alteri fuerit inclusa, (ut si in porta maiore ostiolum fuerit (de iis omnibus quasi in compendio edocemur in *Arb. Tur. cit. fol. col. 3.* ubi eo ordine recensentur;

תנא פתח שאחורי הדלת אם יש לו פצים טפח חייב במזוזה פרש״י כגון שיש במקצוע הבית פצים קבועה לשני פתחין מחותכין בו אח לצפון ואחר למער׳ וקבע מזוזה בפצים בתלל הפתח הצפוני ובשהדלת פתו׳ הוי אחורי׳ הדלת אם יש בעובי הפצי׳ עובי הכדל טפח בין פתח לפתח צרי׳ מזוזה אחר׳ לפתח מערבי הואיל ואין המזוזות בחללה ואם לאי אין צריך מזוזה אחר׳ שהרי היא כמונחת בחלל עצמן עד כאן: ויראה מכאן אותם פתחים שהם חלוקים ועמוד באמצע די לתם במזוזת אחת אפי׳ אם יש בעובי העמו׳ טפח דלא מחייב בשתי׳ כשיש בעובי העמוד טפח אלא כשאחר בצפון ואחר למערב אבל כששני הפתחים ברוח אחת אפי׳ אם יש בעובי הפצי׳ טפח חשוב הכל כפתח אחר ואפי׳ לפירו׳ השני שפירש רש״י כמו שדרך לעשות פתח קטן אצל שער הגדול שאין פותחין תמיד השער הגדול ופותחי׳ הקטן ואם יש פצים רוחב טפח ביניהם צריך מזוזה אחרת:

Traditio : Porta pone ianuam, si habeat postem ad palmi (latitudinem,) *tenetur Mesusa. Explicat Raschi; quemadmodum* (fit,)

 quan-

quando eſt in angulo domus poſtis, fixus pro duabus portis in illo inciſis, una uerſus ſeptentrionem, (aperienda) *altera uerſus occidentem* (Raſchi uerſus auſtrum,) *tum affigat* (Judaeus,) *Meſuſam poſti in cauitate portae ſeptentrionalis. Quodſi ianua aperta fuerit poſt ianuam alteram, ſi ſint in trabibus poſtis trabes diſcernentes* (ſuperius et inferius) *palmo inter portam et portam, opus eſt Meſuſa alia, pro porta occidentali, poſteaquam nondum fuerit Meſuſa* (affixa) *in cauitate eius; quod ſi non ſint* (trabes diſcernentes) *non opus eſt Meſuſa alia, quia illa quaſi poſita eſt in cauitate ipſa. Huc uſque* (Raſchi.) *Apparet itaque exinde, portis diuiſis in medio continentibus columnam* (uel poſtem) *ſufficere Meſuſam unam, etiamſi in trabibus columnae ſit palmus, quae* (porta) *nan tenetur duabus* (Meſuſis,) *quando eſt in trabibus columnae palmus, niſi una* (porta) *ſeptentrionem uerſus, altera uerſus occidentem ſit. Quodſi autem ambae ſunt in latere uno, etiamſi ſit in trabibus poſtis palmus; aeſtimatur totum ut porta una; Etiam iuxta explicationem alteram, quam dat Raſchi, ſicut ſolent facere ianuam paruam penes portam maiorem, quia non aperiunt ſemper portam maiorem, ſed aperiunt minorem; quod ſi eſt poſtis palmi latitudine inter illas, opus eſt Meſuſa alia.* Cur autem porta diuiſa non teneatur, teneatur autem porta paruam ianuam incluſam habens, eius ratio indicatur *ibidem loc. cit.*

שפתח הקטן נבדל משער גדול לגמרי שהרי נפת'
ונסג' כל אחד בלא חבירו אבל הכא שאינן נבדלין
זה מזה דכשזה נפתח גם זה נפתח וכן נסגרים [illegible]
ביחד ואין העמוד נעשה אלא לנוי וראי כחד השיבי:

Quia ianua parua prorſus ſeparata eſt a porta maiore, cum unaquaeque aperiatur, et claudatur ſine altera; ſed hic (in porta diuiſa) *non ſeparatae ſunt ab inuicem, quoniam, hac aperta, et illa aperitur, quin etiam ſimul clauduntur, nec columna alium in finem facta eſt, quam ornatus gratia, ideo manifeſte habentur pro una.*

§. 39.

§. 39. Denique quomodo gerere ſe Judaeus debeat, ſi porta non conſtet poſtibus rectis, nec ſuperliminari recto, item ſi non conſtet duobus poſtibus, item ſi ſuperliminare ſit arcuatum, diſcitur ex eod. *Arb. Tur. l. c. col. 4.* ubi ita:

ואם אין המשקוף שהדלת שוקף עליו למעל' ישר אלא אבן נכנ' ואבן יוצא או שאין המזוזה יש' אלא אבן נכנ' ואבן יוצא פטור: ופתח שאין בו אלא מזוזה אחת כגון שמצד האחד עבר הכותל להלאה מהפתח אם המזוזה מצד ימיני חייב ואם היא מצד שמאלי פטור: ואם הפתח ממלא כל הרוח חייב שכותלי הבית שמן הצדדין חשובין כמזוזה: ואם יש לו שני מזוזות והאיסקופא שעליהן עשויה כקשת ומתקצרת והולכ' עד שאין בה ארבע טפחים ברוחב אם יש בגובה המזוזה עשרה טפחים קודם שנתקצרה עד שאין בה ארבע חייב ואם לאו פטור:

Quodſi ſuperliminare, quod pulſat ianua ſuperne, non eſt rectum, ſed lapis ingreditur, et lapis egreditur, (h. e. unus pro alio eminet) *uel poſtis non eſt rectus, ſed lapis ingreditur, lapis egreditur, libera eſt* (ianua.) *Porta etiam, quae non habet niſi unicum poſtem, quemadmodum fit, quando ab una parte ultra portam paries pertingit: ſi poſtis eſt a latere dextro, tenetur, ſin a ſiniſtro, libera eſt. Quod ſi porta quodcunque latus* (parietis) *occupat, tenetur, quia parietes domus collaterales habentur pro poſte. Quod ſi duos habeat poſtes, et limen ſuperius ſit inſtar arcus, ſenſim attenuati, ut ne 4. quidem palmi in latitudine remaneant, quod ſi altus ſit poſtis decem palmos, antequam attenuatur, donec non amplius quatuor* (ſuperſint) *tenetur* (porta,) *ſi non, libera eſt.* Conf. *c. 1. in Joma fol. 11. et c. 1. Eruuin fol. 11.*

§. 40. Haec ita obſeruantur circa domos et portas integras. Circa POSTES adhuc alia, quae ad ritus Judaicos faciunt;

ciunt, dicenda veniunt. Debet ergo Mesusa affigi uni tantum posti, unde R. SALOMO *ben* MELECH *in Michlal Jophi ad Deut. VI. 9.* inquit ad uocem Mesusoth: בא לשון רבים על יחיד כי פי על אחת מהמזוזות לפי הקבלה: *Adhibetur pluralis loco singularis, quia sensus est in uno poste,* (scribatis uerba legis) *iuxta Cabbalam.* Ita etiam supra audiuimus *ex Men. 3. c. 33. p. 1.* והניחה בשני סיפין פסולה הא בסף אחר כשירה: *Si affigit* (Judaeus Mesusam) *duobus postibus, illegitima est, quae autem est in uno poste, legitima est.* Hic unus autem postis est dexter. Vnde in *Thargum* in Cant. VIII. 3. legitur: קביעא מזותא בסטר ימינא דרשי: *Infixa est Mesusa in latere dextro ianuae meae.* Et *in Arb. Tur. l. c. fol. 69. col. 1.* ואיזהו מקומה במזוזת הפתח הימיני שהוא ימין לביאת כשאדם נכנס לבית בחלל הפתח בטפח החיצון הסמוך לרה"ר: *Quisnam est locus eius* (Mesusae?) *In poste ianuae dextro ratione ingressus, quando homo ingreditur domum, in cauitate ianuae,* (de qua cauitate etiam *in Men. c. 3. fol. 32. p. 2.* אמר שמואל מצוה להניחה בתוך חללו: *Dixit Samuel: Praeceptum est, ut ponatur in cauitate,* i. e. ut RASCHIVS in h. l. בתוך חלל הפתח ולא מבחוץ: *In cauitate ianuae, et non exterius) in palmo* (seu latere, ut explicatur ib. fol. 69. col. 1.) *exteriore uersus plateam.* Exsculpere id conantur Judaei ex uoce ביתך, quae sit posita pro ביאתך, cuius documentum petitur ex *Men. f. 34. p. 1.* ubi haec leguntur: ביתך מאי תלמורא אמר רבא דרך ביאתך מן הימין דכי עקר כרעיה דימינא עקר רב שמואל בר אחא קמיה דרב פפא משמיה דרבא בר עולא אמ' מהכא ויקח יהוידע הכהן ארון אחד ויקב חור בדלתו ויתן אותו אצל המזבח בימין בבא איש בבית ה' ונתנו שמה הכהנים שומרי הסף את כל כסף המובא בית ה': *Bethecha. Quid uult uox haec dicere? Dixit Rabba: Si-*

Significat uersus ingressum a dextris, ceu loco praecipuo (ponito Mesusam;) *quemadmodum qui a dextris it alteri, est praecipuus. Rabb Samuel Bar Acba coram Rabb Papa, nomine Rabba Bar Vla dixit : Vnde hoc* (probatur?) *Ex illo : Et accepit Jehoiada Sacerdos arcam alicuius* (Sacerdotis, uel Leuitae,) *et excauato foramine in operculo eius posuit eam iuxta altare dextrorsum, qua ingreditur quisque domum Jehouae, et collocarunt ibi Sacerdotes obseruantes limen totam pecuniam, quae inferebatur in domum Jehouae.* (*2. Reg. XII 10.*) Ὁμόψηφος est RASCHI *in h. l.* scribens:

מימין בבא איש בית ה׳ כשהיה אד׳ נכנס לפתח עזרה מזרחי והולך למערב היה ליה אותו ארון מימין שהיה נתון אצל קיר צפוני של מזבח על אצל המזבח מימין בבא אלמא דרך ימין היא ביאה: *A dextra, quando quis ingrediebatur domum DEI*, id est, *quando homo ingrediebatur portam atrii orientalem, et ibat uersus occidentem, erat ipsi illa arca a dextra, quae erat collocata ad latus septentrionale altaris. Quia ergo ascendebat uersus altare ad dextrum* (latus) *quando ingrediebatur, profecto quando quis ibat ad latus dextrum, dicebatur ingredi.* Approbat eadem iam dicta R. ASCHER *in Hilc. Ketan. Hilc. Mes.* dum ait : ואם הניח אחורי מזוזה הדלת אין זה מצותה ונרא׳ שאם שינ׳ באלו המקומות אינו מעכב רק שתהו׳ בצד הימין לביאה שאם לא קבע בצד הימין לביא׳ ודאי מעכב: *Quod si quis posuerit* (Mesusam) *pone ianuam, non hoc praeceptum est. Apparet etiam, si loca haec* (ubi affigenda est) *mutauerit, nil obstare, modo sit in latere dextro ratione ingressus. Nam si non affixerit in latere dextro ratione ingressus, manifeste obstat.* Huc quadrant illa, quae *in Bibl. Steph. de A. 1557. in Deut. VI 9.* extant : *In postibus* על מזוזות significat *latera ostii et ingressus domus.* Gallice *les iambes d' une huisserie de maison. Hoc praecipiebat Dominus,*

 ut

ut quotiescunque quis ingrederetur domum, intueretur illa, et reminisceretur. Quae repetit *Vatabl. in h. l.* Quomodo uero procedendum est, si nesciatur, quodnam sit latus, uel dextrum, uel sinistrum? Succurrit huic obiectioni RASCHIVS *in Men. l. c. fol. 33. pag. 1.* hac responsione: מזוזה דרך ימין לביאה ולא ליציאה והכא בפתח שבין ז׳ לזו לא ידעי׳ הי׳ ליחשו׳ ביא׳ והי ליחשוב יציא׳ אי יציאה מהאי לחאי ואי מהאי לחאי אלא הלך אח׳ חור שבסף שציר הדלת סובב בו הוא צד שהחור בו חשיב בית ודרך ימין שנכנסין לו נותנין מזוז׳: *Mesusa* (affigatur) *uersus dextram ingressus, non egressus. Quomodo autem proceditur, quando nescitur, quidnam habeatur, et dicatur in ianua ingressus, uel egressus? an sit egressus, si hac illuc, an si illac huc eatur? Tum respicitur foramen in limine* (uel poste,) *utpote in quo uertitur cardo ianuae, et latus, ubi illud foramen est, habetur pro domo; uersus dextram, qua ingrediuntur, ponunt Mesusam.* Dixerat autem in praecedentibus, quisnam esset ille casus, si egressus et ingressus secerni non possent, sc. כגון פתח דתרין ביתי בי גברי ובי נשי אדם שחלק ביתו חציו להילוך אנשי׳ המחזירין בביתו וחציו לאשתו לעשו׳ מלאכתה בהצנע ויש פתח בין ז׳ לזו ופתח לכל בית לרשות הרבי׳: *Si detur ianua duarum domuum, pertinens ad domum uirorum, et domum mulierum; quando aliquis partitus est domum suam, et destinauit partem alteram obambulationi hominum, qui in domo eius circumeant, et partem alteram foeminae suae, ut faciat ibi occulte opus suum; est autem ianua inter hanc et illam* (partem,) *et ianuae communis uersus plateam.* Eodem modo soluitur haec obiectio in *Arb. Tur. l. c. fol. 69. c. 1.* ואם אין ניכר איזו ימין לביאה או ליציא

ליציא כמו מי שחלק ביתו לשני ובכל חלק פתח פתוח לרשות הרבים ובמחיצה החולקת יש פתח מזה לזה ועתה באותו פתח אין יודע איזו חשוב ביאה או יציאה מזה לזה או מזה לזה אנו הולכין אחר היכר ציר פי' במקום שעושין החור שבסף שציר הדלת סובב בו ומעמיד שם הדלתות הוא הבית ובדרך ימין שנכנסין בו קובע אותה ולא דרך ימין כשיוצאין ממנו: *Quod si non appareat, quodnam sit dextrum* (latus,) *an uersus ingressum, an egressum, scilicet quando aliquis in duas partes diuidit domum, ut in unaquaque parte sit ianua uersus plateam, et in pariete discernente, uel diuidente sit ianua, per quam ex hac parte* (domus) *in illam eatur, nesciaturque, quid dicatur in hac ianua ingressus, uel egressus, an si hac illuc, an si contra eatur: tum sequimur notitiam cardinis, i. e. is locus, ubi faciunt foramen in limine, uel poste, in quo cardo ianuae uertitur, et ubi ponunt ianuas, habetur pro domo. Versus dextram itaque, ratione ingressus, collocant eam* (Mesusam,) *non autem uersus dextram partem, quando egrediuntur.*

§. 41. Cognito ita Mesusae poste, indagandus erit locus in poste paulo accuratius. Audiantur hic iterum Rabbini. *In Menach. cap. cit. f. 33. p. 1. in Gem.* dicitur: א"ר זירא אמר רב מתנא אמר שמואל מצוה להניח ברחלת שליש העליון רב הונא אמר מגביה מן הקרקע טפח ומרחיק מן הקור טפח וכל הפתח כולו כשר למזוזה: *Dixit R. Sira: dixit Rabh Machena: dixit Samuel: iubemur ponere eam in initio trientis supremi. R. Huna dixit: a limine sursum uersus* (relinquatur) *palmus, et a trabe, siue superliminari, deorsum palmus; reliquae partes ianuae legitimae sunt omnes, ut capiam Mesusam.*

In quem locum ita RASCHIVS: בתחלת שליש העליון ימדוד למטה מלמעלה שני שלישי הפתח ולכשיכנס שליש העליון יתן מזוזה: *In initio trientis supremi i. e. metiatur aliquis ab infima parte in supremam duos trientes portae, ubi autem incipit triens supremus, ibi ponat Mesusam.* Hoc est illud R. MAIMONIDIS *in c. 6. Hilc. Steph. Thor.* בתחילת שליש העליון של גובה השער ואם קבעה למעלה מזה כשר והוא שירחיקנה מן המשקוף טפח: *In initio trientis supremi ratione altitudinis portae* (ponat aliquis Mesusam.) *Quod si affixerit altius, legitima est, modo dimoueat a superliminari palmo.* Et illud, quod legitur in *Arb. Tur. l. c. fol. 69. col. 1.* משני שלישי גוב׳ הפת׳ ולמעלה ולמטה בזה השיעור לא יניחנה אבל מזה השיעור ולמעלה מזה השיעור ולמעלה הוא הכל מקומה עד המשקוף: *Duobus trientibus de altitudine ianuae, nec supra, nec infra hanc mensuram ponat, sed ab hac mensura et ulterius, usque ad superliminare, poni ubique potest.*

§. 42. Locorum hanc contemplationem, qui tenentur Mesusa, satis superque explicatam excipit Affixionis Mesusae TEMPVS. Alio autem tempore affigitur ab eo, qui domum exstruit, alio ab eo, qui illam ab altero emit, uel utendam accipit. Quomodo se gerere debeat hic nouae domus exstructor, discitur ex *Arb. Tur. l. c. fol. 68. col. 3.* ubi dicitur: בית שאינו מקורה ושאין בו ארבע אמות על ארבע אסורה פטור: *Domus nondum contignata, in qua nondum sunt 4. cubitus super 4. cubitus, libera est.* Clarius haec explicat R. MAIM. *in Hilc. Mes. c. 6.* inquiens: יש בה לרבע ארבע על ארבע אף על פי שהוא עגיל או בעל חמשה זויות חייב ואין צריך לומר שאם ארכו יותר על רחבו שהוא חייב כיון שיש בו לרבע ארבע על ארבע: *Si sunt in illa* (domo nondum contignata) *in quadratura* (circum circa) *quatuor super*

ſuper quatuor, quamuis ſit rotunda, uel quinquangularis, tenetur. Neque attinet dicere, ſi longitudo eius excedat latitudinem, teneri (Meſuſa,) *ex quo habet in quadratura quatuor ſuper quatuor.* Conſentit R· ASCHER *in Hilc. Ketan. Hilc. Meſ.* dum uult שאינו חייב אא״כ הוא מרובע ד׳ על ארבע: *Non teneri, niſi habeat in quadratura 4. ſuper 4.* Quod ſi autem aliqua domus ſit ex parte contignata, ex parte non; ait R· MAIM· *l. c.* אם הקירוי אצל הפת׳ חיי׳ ואם לאו פטור: *Si contignatio uerſus ianuam, teneri, ſi non, eſſe liberam.* Vult porro l. c. שאין הבית חייב במזוזה אלא אם כן העמיד לו דלתות לפיכך צריך להעמיד הדלתו׳ קודם שיקבענה: *Non teneri domum Meſuſa, niſi ianuae ſint poſitae, et propterea neceſſe eſſe, prius ponere ianuas, antequam affigatur.* Sed R· ASCHER *in Hilc. Ket. l. c.* mauult שאין חיוב המזוזה תלוי בדלתות: *obligationem Meſuſae a ianuis non pendere.* Obſeruari praeterea iubetur in *Arb. Tur. l. c. fol. 69. col. 2.* ne affigatur antequam poſtes ianuae ſint fixi. Nam: קבעה במזוזת בעודה תלושה ואחר כך חברה לפתח פסולה: *Si affigatur poſti adhuc euulſo* (ſeu nondum fixo) *et poſtea demum portae applicato illegitima eſt.* Haec ſpectant ad eum, qui domum uoluerit exſtruere, qui uero emit uel utendam accipit, ad alia attendit, iuxta *Menach. c. 4. fol. 44. p. 1.* ubi haec leguntur: הדר בפונדקי ארץ ישראל והשוכר בית בחוצה לארץ כל שלשים יום פטו׳ מן המזוזה מיכאן ואילך חייב אבל השוכר בית בארץ ישראל עושה מזוזה לאלתר משום יישוב דארץ ישראל: *Qui habitat in hoſpitio* (ut conduxerit domum) *terrae Iſraelis, uel emit domum extra terram* (Judaicam) *integris triginta diebus, liber eſt a Meſuſa. Ab eo tempore et ulterius tenetur. Qui autem emit domum in terra Iſraelis, facit illi ſtatim Meſuſam, quia habitat in terra Iſraelis.*

§. 43. Quando ita de tempore Iudaeis conſtat, non cunctantur diu Meſuſam affigere; quod, quo modo fiat, nunc ſubiiciemus. Scilicet praemittitur formula haec benedicendi: ברוך ה׳ אלהנו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו לקבוע מזוזה: *Benedictus ſit dominus Deus noſter rex mundi, qui ſanctificauit nos praeceptis ſuis, et praecepit nobis affigere Meſuſam. Arb. Tur. l. c. f. 69. c. 1. BVXT. Syn. Iud. p. 585.* Poſtea calamo, uel alii inuolucro includitur, ita tamen, ut in calamo ſit foramen, per quod uox שדי exterius ſcripta conſpiciatur. Vnde in *A. Tur. l. 1.* בא לקבעה יתנגה בשפופרת של קנה או של כל דבר ויקבענ׳ב מקומה: *Quando uult affigere, cuſtodiat eam calamo arundineo, uel alio, et affigat eam in loco ſuo.* Tum affigitur, ea ratione quae habetur *ibid. l. c.* ita deſcripta: וכיצר קובעה יסמר אות במסמרים במזוזות הפתח או יחפו בה חפירה ויקבעינ׳ בה ובלבד שלא יעמיק לחפו׳ טפח בעומק המזוזה שאם העמיק לה טפח פסולה תלאה במקל במקומ׳ ולא קבע׳ פסול׳ עשא׳ כמין נגר פסולה ופירש רשי שתהבה בתוך עומק המזו׳ כבריח שנכנ׳ בחור אלא צריכת להיות זקופה ארכה לאורך מזו׳ הפתח ויכוין שיהא שמע דהיינו סוף הגלילה לצר חוץ לאויר הפתח ורבינו תם פירש שפסולה בזקיפ׳ והיינו פירוש דכנגר אלא צריך להשכיבה ארכה לרוחב מזו׳ הפתח ויכויז שיהא שיטה אחרונה שבה על הארץ לצר רשות הרבים ושיטה ראשונה שבה שמע לצר׳ הבית לפנים והמרקרקין יוצאין ידי שניהם וקופעין חציה בזקיפה וחציה בשכיבה כנון כפופר״ה: *Quomodo affigit eam* (Iudaeus)? *Affigat eam clauis poſtibus ianuae, aut fodiat in eo* (poſte) *foſſam, et infigat illi, modo*

modo non fodiat ad profunditatem palmi; quod si enim foderit ad profunditatem palmi, illegitima est. Si suspenderit eam baculo, in loco eius, non uero affixerit, illegitima est. Si fecerit eam instar pessuli, illegitima est: quod explicat Raschi, fieri si abscondatur in profunditate postis, sicut pessulus foramen ingreditur, debere autem longitudinem eius eleuari ad longitudinem eius, eleuari ad longitudinem postis ianuae; uult indicare, uocem שמע *ultimam in conuolutione debere poni in latere exteriore, uersus uacuum* (cauitatem) *ianuae. Rabbi autem noster eam explicat illegitimam esse, si eleuetur sc. instar pessuli, sed debere deponi eius longitudinem uersus latitudinem postis ianuae, innuens lineam ultimam, in qua legitur* על הארץ *debere obuerti plateae, et primam, in qua* שמע *domui interius. Qui autem accuratius hac in re uersantur, utrinque discrepant, et affigunt ita, ut dimidia pars eleuetur, dimidia deponatur, siue deprimatur instar Nun curui.* Conf. etiam *Men. c. 3. fol. 32. p. 2. in Gem.*

§. 44. Vt autem tandem intelligatur, in quem VSVM Iudaei haec omnia tam accurate obseruent, audiantur denuo Talmudistae et Rabbini ceteri. In *Menach. c. 4. fol. 43. p. 2. Gem.* legitur: רא בן יעקב אמר כל שיש לו תפילין בראשו ותפילין בזרועו וציצי׳ בבגדו ומזוז׳ בפתחו הכל כחזוק שלא יחטא שנאמר והחוט המשולש לא במהרה ינתק ואומר · חונה מלאך ה׳ סביב ליראיו · ויחלצם: Rabbi Eliesser, filius Iacob, dixit: *Quicunque habet ligamenta precatoria in capite suo, et ligamenta precatoria in brachio suo, et peniculamentum in ueste sua (*de quibus omnibus uideatur *Excellentissimus Dn. SENNERTVS Praeceptor omni obseruantia deuenerandus in notis ad Ps. 1. p. 30. 31.) et Mesusam in ianua sua, confirmatus est, ut non peccet, quia dicitur filum triplicatum non cito rumpi, et dicitur: castra metatur angelus domini circum timentes eum, et eripit illos. Ps. 34. 5.* Additur ad hoc dictum Talm. *in Arb. Tur. l. c. f. 68. col. 2.* מפני שיש במזוזה יחודו של הקדו׳ ברו׳ הוא ותמיד בבואו ובצאתו יזכור יחודו של הקדו׳ ברוך הוא ויתן ירבתו:

על

על פניו לבלתי יחטא וכל הזהי׳ בה יאריכו ימיו וימי בניו דכתיב למע׳ ירבו ימיכ׳ וימי בניכם ואם אינו זהו׳ בה יתקצרו דמכלל הן אתה שומ׳ לאו: *Quia est in Mesusa unitas Dei benedicti, quoties autem ingreditur, uel egreditur* (Iudaeus), *recordetur unitatis Dei benedicti, et timeat illum, ne peccet; quicunque enim illam obseruarit, eius et filiorum eius dies multiplicabuntur, iuxta illud: ut multiplicentur dies uestri, et dies filiorum uestrorum* (Deut. XI. 19.) *quod si non obseruarit, decurtabuntur, quia ex promissione obedienti facta colligitur comminatio erga inobedientem, et contemptorem.* Consimilia recitantur in *Halch. Ol Schaar Harebh. c. 3.* Vid. *clau. Talm. Const. L' EMPEREVR p. 103.*

In *Men. c. 3. f. 33. p. 2. Gem.* porro legitur: אמר רבי חנינא בא וראה שלא כמידת הקב״ה מידת בשר ודם. מידת בשר ודם מלך יושב מבפנים ועם משמרין אותו מבחוץ מידת הקב״ה אינו כן עבריו יושבין מבפנים והוא משמרן מבחוץ שנאמר ה׳ שמרך ה׳ צלך על יד ימינך: *Dixit Rabbi Chanina: Veni et uide, quod non secundum morem Dei benedicti se habeat mos humanus. Mos humanus est, ut rex sedeat intus, et populus eum custodiat exterius; Mos Dei benedicti non ita se habet: serui eius sedent intus, ille autem eos custodit exterius, iuxta illud: Dominus custos tuus, Dominus umbra tua super dextram tuam, Ps. 121. 5.* sc. custodit illos exterius per Mesusam. Quae etiam leguntur in *Auoda sara c. 1. fol. 11. p. 1. in Gem.* Ita *in Schabbas c. 2. fol. 32. p. 2. in Gem.* dicitur, si liberi moriantur parui, id fieri ob uiolatum praeceptum Mesusae, quia legatur Deut. XI. 19. *ut multiplicentur dies* etc. Eodem modo dicitur in *Baal Tur. in Deut. XI. 20.* וסמיך ליה למען ירבו שער ירי המזוזה לא יבא המשחית על בתיכם: *Additur autem, ut multiplicentur* etc. *quia per Mesusam non intrat Perditor domos uestras.* Porro Voci שדי in Mesusa itidem uim attribuunt. Ita B. BECHAI *in legem fol. 196. col. 2.* dicit ex *Joh. XXII. 17. Quid facit* שדי (in Mesusa) *illis?* et respondet הוא מלא בתיהם טוב: *Ipse implet domos eorum bono. In Colbo fol. 101. col. 4.* scribi-

ſcribitur uocem שדי eſſe ſymbolicam harum trium: שומר דירת ישראל *cuſtodiens domicilia Iſraelis. In Leuuſch Ater. Sahaſ. Num. 288. §. 15.* id probatur ex *Job. XXII. 25.* והיה שדי בצריך et erit Schaddai munitio tua, ubi בְּצָרֶיךָ ſit quaſi בְּצִירֶיךָ, in cardine tuo. Ob hunc uſum Meſuſae uenditori domus praecipiunt: ולא יטלנה בידו כשיצא ואם שכרו מגוי נוטלה כשיצא *Ne auferat illam, quando abeat, quod ſi autem emerit domum antea a Gentili ſ. Chriſtiano, auferat, quando abeat.* Ob hunc etiam uſum מזוזת יחיד נבדקת פעמים בשבע שני ושל רבים פעמים ב יובל: *Meſuſa ad unum pertinens inueſtigatur* (an damnum paſſa ſit) *bis intra 7. annos, ad plura pertinens, bis in Jubilaeo. Arb. Tur. l. c. fol. 69. col. 2. Buxt. Synag. Jud. pag. 584. 585. 586. 587.* Haec de Meſuſa dicta ſufficiant. Plura ex Judaeorum ritualibus libris aliis u. g. R. MOSIS MIKOTZI *Seph. Mitzſ. Gad.* R. ISAAC LANDAV SEPH. *Haagus.* R. IOSEPH KARRO Ben IOSEPH. *it. eiusd. Schylchan Aruch.* R. MORDECHAI *Pulchri Leuuſch Malcus.* R. ISAAC *Tirna*, R. JACOB. *Leuitae* et aliorum *Minhagim.* etc. peti poſſunt. Nos, ut maior haberetur dictis fides, Talmud ipſum et ſummae apud Jud. authoritatis Rabbinos ſecuti ſumus.

§. 45. Huc referunt TALMVDICI legem illam de dedicatione domus nouae iam exſtructae מאן גברא די בנא ביתא חדתא ולא קבע ביה מזוזתא לשכללותיה יהך ויתוב לביתיה דלמא יגרום ליה חובה ויתקטל בקרבא וגבר חורן ישכללינה: *Quis eſt uir, qui aedificauit domum nouam, et* NON FIXIT IN EA POSTES AD FVNDANDVM IPSAM? *eat, et reuertatur rurſus in domum ſuam, ne occaſionem praebeat illi peccatum, ut interficiatur in bello,* ET FVNDET EAM. Vbi uerba haec VZIELIDIS de מזוזה, Meſuſa, interpretantur, ac ſi domus nouae per hanc Meſuſae ſchedam ſolemniter fuerint uelut initiatae. Conſecrationis iſtius formulam tradit MAIMONIDES Hilc. תפילין *Cap. V. §. 6. 7.* שיקבענה במזוזת הפתח מברך תחלה ברוך אתה

אתה י״י אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו לקבוע מזוזה ואינו מברך בשעת כתיבתה שקביעתה היא המצוה: *Et priusquam eam affigebat in poste ostii, adhibenda erat tunc primum benedictio haec :* BENEDICTVS SIS TV DOMINE, DEVS NOSTER, REX MVNDI, QVI SANCTIFICAT NOS MANDATIS SVIS, ET PRAECEPIT NOBIS AFFIGERE MEZVZAM. *Nec benedictio adhibenda erat in eiusdem scriptione. Nam affixio eius erat ipsum praeceptum.* Eandem fere in sententiam CHALDAICA PARAPHRASIS abit *Ps. CXXI. 5.* י״י ונטרינך י״י יטליל עלך מן בגלל מזוזתא דקביעא על סטר ימינך במיעלך: *Dominus custodiat te, Dominus obumbrabit tibi, propter* Mesusam, *quae affixa est super latus dexterae tuae in introitu tuo.* Et *Cantic. VIII. 3.* ititem CHALDAEVS *παραφράζει* : אמרת כנישתא דישראל אנא בחירתא מכל עממיא די אנא קטרא תפילין ביד שמאלי וברישי וקביעא מזוזתא בסטר ימינא דדשי תולתא לקביל תיקי דלית רשו למזיקא לחבלא בי: *Dixit Synagoga Israel: Ego electa sum supra omnes populos, quia ego alligo frontalia manui sinistrae meae et capiti meo, et* Mesusa *adfixa est lateri dextero portae meae, cuius tertia pars respicit thalamum meum, ut non habeant licentiam Daemones ad me nocendum.* Quanquam uero, SERVATORIS memoria, omnes has rituum circumstantias uenisse in consuetudinem, neutiquam ausim adfirmare, Pharisaeos tamen huiusmodi superstitionum fuisse amantissimos, nemo uocabit in dubium.

§. 46. In externis effictae sanctimoniae ritibus multum certe pietatis ac iustitiae consequendae quaerebant Pharisaei et Scribae, dilatantes Phylacteria, et omnia, quae ad externam corporis munditiem referebant, praecepta singulari superstitione in oculis habebant, sicut infra audiemus suo loco fusius, cordibus ipsorum odio, inuidia, omnibusque deperditi hominis sceleribus atque peccatis adfluentibus. Cum igitur CHRISTVS hypocritas illos merito publice perstringendos iudicaret,

ret, et praeterea traditionum multitudinem rideret, ac denique legis cerimonialis et forenſis Iudaicae abrogandae fines poneret, incuſabant ipſum nouitatis, effingendo, CHRISTVM ueniſſe ad deſtruendam legem et Prophetas. Quam ob cauſſam CHRISTVS ſolidius in contrarium argumentatur: 1.) Non ueni, ut deſtruam, ſed ut compleam. 2.) Amen quippe dico uobis, donec praetereat coelum et terra, iota unum, aut unus apex non praeterierit ex lege.

§. 47. Interpretabantur hoſtes CHRISTI Scripturam non ex Scriptura et uerbis SPIRITVS S. uerum ex traditionibus, quarum primam originem a Moſe ducebant. MAIMON. *Praef. ad Tit. Talmudic. Zeraim et ad Jad Chazela:* כל המצוות שניתנו לו למשה בסני בפירושתן ניתנו שנ׳ ואתנה לך את לוחות האבן והתורה והמצוה תורה זה תורה שבכתב והמצוה זו פירושה וצונו לעשות את התורה והמצו״ה והמצוה זו היא הנקראת תורה שבעל פ״ה: *Omnia praecepta, quae data fuere Moſi in Sinai, data ſunt cum explicationibus ſuis, ſecundum id, quod dicitur Exod. XXIV. 12.* Et dabo tibi tabulas lapideas, et legem, et praeceptum. *Lex heic eſt lex ſcripta, et praeceptum denotat explicationem eius, unde praecipimur facere legem iuxta ſententiam praecepti, et praeceptum heic eſt, quod uocatur lex oralis, quam adpellitant* שלשלת הקבלה, catenam traditam, *ſiue traditionis.* GEMARA BABYLON. *Hilc. Berachot, Cap. I. fol. 5. 1.* ubi R. SIMEON *Ben* LAKISH eadem fere tradit: מאי דכתיב ואתנה לך את לוחות האבן והתורה והמצוה אשר כתבתי להורותם לוחות אלו עשרת הדברות תורה זה מקרא והמצוה זו משנה אשר כתבתי אלו נביאים וכתיבים להורותם זה תלמוד מלמד שכלם נתנו למשה מסיני: *Quod attinet ad illud, quod ſcriptum eſt, Exod. XXIV. 12.* Et dabo tibi tabulas lapideas, et legem, et praeceptum, quod ſcripſi, ut doceantur illi; *Tabulae ſunt decem uerba, lex eſt Scriptura, et praeceptum eſt Miſna, quod ſcripſi denotat Prophetas et Hagiographos, ut doceantur, illic innuit Talmud,*

Talmud, seu Gemaricam eius partem. Ita obseruandum, haec cuncta donata fuisse Mosi e Sinai. Pergit MAIMONIDES: והמצוה שהיא פירוש התורה לא כתבה אלה צוה בה לזקנים וליהושע ולשאר כל ישראל שנ׳ את כל הדבר אשר אנכי מצוה אתכם אותו תשמרו לעשות וגל ומפני זה נקראת תורה שבעל פה אף על פי שלא נכתבה תורה שבעל פה למדה משה רבינו כולה בבית דינו לשבעים זקנים ואלעזר ופנחס ויהושע שלשתן קבלו ממשה וליהושע שהוא תלמידו של משה רבינו מסר תורה שבעל פה וצוהו עליה: *Et praeceptum, quod erat explicatio Legis, tradidit Moses Presbyteris, et Josuae, et reliquis Israelitis, secundum illud, quod scriptum est:* Omne uerbum, quod ego praecepi uobis, obseruabitis, ut faciatis etc. *Atque inde dicta est lex oralis; Tametsi scripto non mandata fuerit lex oralis, nihilominus eam uniuersam docuit Moses Magister noster in Synedrio suo Septuaginta Presbyteris, et Trias illa, Eliazer et Pinehas et Josua acceperunt eam a Mose. Et Josuae, qui erat discipulus Mosis Magistri nostri, tradidit ille legem oralem, et de ipsa praeceptum dedit.* In PIRKE ABHOTH Talmudici concinne: הזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה: *Seniores dederunt legem oralem Prophetis, et Prophetae tradiderunt eam Viris Synagogae magnae.* Vnde IARCHIVS hunc in textum commentatur: זקנים הללו מסרו לכל הזקנים שהיו בכל דור ודור כמו לעתניאל ועתניאל לאהוד ושאר שופטים שהיו אחריו עד שבאו לאנשי כנסת הגדולה: *Presbyteri hi eam tradiderunt Presbyteris ceteris aeuo quolibet insequente, uelut Othonieli, qui tradidit Ehudo, et reliquis iudicibus eum secutis, usque dum uenirent ad Viros Synagogae Magnae.* Ex quo capite legem oralem שלשלת הקבלה, *catenam traditionis*, uocitant, quod indissolubili nexu unum membrum, uel una aetas, alteri eandem tradiderit custodiendam. Per Synagogam magnam intelligunt Concilium CXX uirorum, cui Esra praefuisse putatur. MAIMONID. l. c. et GEDAL. in *Schalscheleth. fol.*

בית דינו של עזרא הם הנקראים אנשי כנסת *fol. 21. 22.* הגדולה והם · חגי זכריה ומלאכי דניאל חנניה ומישאל ועזריה ונחמיה בן חכליה ומרדכי פלשן וזרובבל והרבה חכמים עמהם תשלום מאה ועשרים זקנים ואחרון מהם הוא שמעון הצדיק והוא היה בכלל המאה ועשרים וקבל תורה שבעל פה מכולם: *Synedrium Ezrae fuerunt illi, qui uocantur uiri Synagogae, seu Concilii Magni, nimirum Haggaeus, Zacharias, Malachias, Daniel, Chananias, Misael, Azarias, Nehemias, filius Chacaliae et Mordechai, Pilschan et Zerubabel, praeter plurimos alios Sapientes, qui complebant numerum centum uiginti Seniorum. Postremus eorum fuit Simeon Justus. Atque is, cum ex illo numero esset, ab omnibus accepit legem oralem.*

§. 48. Quod si quis contra haec traditionum praecepta in peccata rueret, hunc מנור לשמים, *excommunicatum apud Deum*, siue coelitus ac diuinitus, putabant. GEMARA BABYLON· *Hilc. Pesachim Cap. X. fol. 113. b.* שבעה כמנודין לשמים אלו הן מי שאין לו אשה ומי שיש לו אשה ואין לו בנים ומי שיש לו בנים מגדלן לתלמוד תורה ומי שאין לו תפילין בראשו ותפילין בזרועו וציצית בבגדו ומזוזה בפתחו והמתח מנעלים מרגליו ויש אומרים אף מי שאין מיסב בחבורה של מצוה: *Septem sunt quasi Excommunicati, aut Separati a Deo, qui nempe uxorem non habet, qui habet uxorem, nec uero liberos, qui liberos habet, quos non educat in legis disciplina, qui non habet phylacteria in capite et brachio, et peniculamentum in ueste sua,* et Mesusam *in ostio suo, et qui calceamentis pedes suos munitos non uult. Sunt etiam, qui dicunt, quisquis non legitimo coniugio copulatus est.*

§. 49. HEBRAEI, nullum Iota, nullos apiculos de lege perituros statuebant, ne minimum quidem mandatorum oralium, siue traditionum, extingui posse, putantes. Cum igitur CHRISTVS legem cerimonialem annunciaret abrogan-

 dam,

dam, et traditionum superstitiones contemptui haberet, ipsum legem dissoluturum, criminabantur, quibus obtrectationibus SERVATOR occurrit u. 18. 19. commatibus subsecuturis sensum legis moralis genuinum restituturus. Significanter admodum GEMARISTAE HIEROSOLYMITANI, *Sanhedrin fol. XX. 3. Liber Deuteronomii ueniens prostrauit se coram Deo, dixitque, o Domine uniuersi. In me scripsisti legem tuam. Iam uero testamentum uacillans in aliqua parte uacillat in toto. Ecce Solomon conatur e me extirpare Iod* (in hoc scilicet textu לא ירבה נשים Deut. XVII. 7.) *Respondit Deus Sanctus Benedictus; Solomon et mille ei similes peribunt. Ast uocula de te non peribit. Dixit R. Honna nomine R. Achae, Litera Jod, quam abstulit Deus a nomine Sarai, matris nostrae, ex dimidia eius parte data est Sarae, et ex parte dimidia Abrahamo. Traditio R. Hoshaiae, Litera Jod ueniens prostrauit se coram Deo, dixitque, o Domine aeterne, eradicasti me e nomine sanctae istius feminae. Respondit Deus Benedictus, Hucusque fuisti in nomine feminae, idque in fine* (uidelicet in Sarai) *hinc porro eris in nomine uiri, idque in initio. Hinc est, quod scribitur. Et uocauit Moses nomen Hosbaeae Jehoschuam.* BABYLONICI, *Sanhedrin fol. 107. 1. Litera Jod, inquit Deus, quam ex nomine Sarai surripui, stetit, et ad me clamauit quam plurimos annos, usque dum oriretur Joschua, cuius nomini eam addidi.* Subiicit LIGTHFOOTVS *in Hor. Hebr. ad Matth. V. u. 18. p. 258.* Sempiternae durationis literulae huius minutissimae Jod exemplum habes in *Deuter. XXXII. 18.* ubi in uoce תשי scribitur uel seipsa minor, et tamen in hunc usque diem, et in perpetuum stat immortalis in statu illo suo tam tenui. De litera *Jod uid. Midr. Tillin in Ps. CXIV.*

§. 50. De cetero uetus erat traditio, facilius esse, coelum et terram praeterire, quam legis unum apicem cadere. Vnde TALMVDICI dictitant deprauatoribus legis כרת, *poenam exterminii*, et mundum destructuros putant, qui literam aliquam commutent. HIEROSOL. SCHABB. *fol. X. 4.* היה דלת ועשאו ריש ועשאו ריש דלת חייב: *Si fuerit Daleth, atque ille in Resch formauerit, aut Resch formauerit in Daleth, reus est excidii.*

TAN-

TANCHVM *fol.* I. 1. *Scribitur* לא תחללו את שם קדשי *non profanabitis nomen meum sanctum.* *Quicunque* ח in ה *commutauerit, destruit mundum.* *Scribitur* יכחשו ביהוה *mentiti sunt in Jehouam.* *Quicunque* ב *in* כ *commutauerit, destruit mundum.* *Scribitur* אין קדוש כיהוה *Quicunque* כ *in* ב *commutat, destruit mundum.* *Scribitur* יהוה אלהינו יהוה אחד *Qui in* ר ד *commutat, destruit mundum.* Adnectit denuo LIGHTFOOTVS: Per ἰῶτα uero et κεραῖαν non nudas solum literulas, aut apiculos intellexisse SALVATOREM, ex u. 19. satis patet, ubi reddit *unum de mandatis his minimis.* Quo sensu est etiam illud apud *Gemaram Hierosol.* de Solomone extirpante Jod, id est, praeceptum illud לא ירבה נשים euacuante. Et tamen hinc satis patet, etiam SALVATOREM eousque incorruptam immortalitatem ac puritatem textus sacri adserere, ut non peritura sit ulla sensus sacri particula a capite legis ad calcem.

§. 51. Ad u. 21. Ηκούσατε, *audiuistis*, partim ex lege, partim ex traditione ueteri. Sic enim TALMVDICI שמע, *audiuit*, de uerbo non scripto, siue traditionibus, accipiunt. *Sanhedrin Cap. XI. Hilc.* 2. אם שמע אמרו להם, *si audiuerunt*, id est, traditione acceperunt, *dicunt iis*, שמע השיע, *audiuit*, id est, traditione didicit, *Josua.* CHRISTVS autem, cum in confutandis Pharisaeis uersatur, neutiquam legem Mosis reiicit, sed explicationem huius legis Pharisaicam, uariis Judaeorum glossematibus et traditionibus oneratam, et sinistre a doctoribus Mischnicis traditam. ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει; *Quod dictum sit ueteribus:* Non occides, *quisquis autem occiderit*, OBNOXIVS ERIT JVDICIO. Lex ipsa haec *de non occidendo* legitur Exod. XX. 13. לא תרצח, *non occides*, Leu. XXIV. 17. Deut. V. 17. ubi poena mortis dictatur illi, qui sanguinem effundit proximi. Initio Judaei adiecerant legi huic, *si testes adfuerint*, ex quo capite discrimen statuebant inter homicidam בגלוי, *manifestum*, et בסתר, *occultum*, illum morte dignum iudicabant, hoc iudicio DEI

DEI relicto, quod SERVATOR hoc loco uocitat *κρίσιν*, das Gericht.

§. 52. Quanquam autem cautio isthaec de testibus audiendis minime censuram aliquam per se incurreret, tamen in eo peccabant, quod non, nisi homicidas, qui reapse manus proximo iniecerant, uel alio modo, hominem e medio tollere, fuerant conati, iudicio DEI relinquerent, cum et odium, omnesque adeo adfectus maligni censuram diuinam, eandemque iustam, incant. Vt autem mens Judaeorum planius, explicatiusue cognoscatur, adferam quaedam ex antiquitate, quae uerbis Matthaei faculam accendere poterant. Statuebant Iudaei duplex forum 1.) בית דין שלמטה, *domum iudicii inferiorem*, seu terrestrem 2.) בית דין שלמעלה, *domum iudicii superiorem*, id est, superius forum poli et coeleste. Verba CHRISTI *ἔνοχος ἔσαι τῇ κρίσει* omnino referenda uidentur ad domum iudicii superiorem, siue forum poli homicidii. Lex omnium prima *Gen. IX*. sequentis est tenoris: *Qui effuderit sanguinem hominis - sanguis eius effundetur.* Quibus uerbis innectunt TALMVDICI suum glossema. JARCHIVS in Glossa באדם דמו ישפך אם יש עדים המיתוהו אתם: *Per hominem sanguis eius effundetur, innuit, si testes sint caedis, ab ipsis Noachidis morte eum plectendum.* ONKELOSIVS similiter *παραφράζει*: *Qui effuderit sanguinem humanum* בסהדין על מימר דיניא יתשד, *cum testibus*, hoc est, si testes adfuerint, *iuxta sententiam iudicum sanguis eius effundetur:* Et item VZIELIDES דישוד דמא דאנשא בסהדין דייניא מחייבין לה קטול ודישוד בלא סהדין מרי עלמא עתיד לאתפרעא מניה ליום דינא רבא: *Qui effuderit sanguinem hominis cum testibus, seu quoties sceleris eiusmodi testes fuerint, iudicibus ex officio incumbit, ut et ipse uita priuetur. Ceterum si desint testes, Dominus mundi uindictam ab eo sumet in die Judicii Magni.*

§. 53. Hoc iudicium diei magni, siue nouissimi diei, differebat a כרת, *excisione illa* leuiore, ad tempus saltim statuta. Talis enim reus, qui in כרת, *excisionem iudicii magni* incideret, obno-

obnoxius gehennae incendio ferebatur. De qua iudicii poena MSTVM ARABICVM ex Bibliotheca JACOBI VSSERII significanter admodum: ופי הזא
אלמוצע אוצח איצא אלעזאב אלכאלד בעד אלמות
אלזי הו הרם אלחיאת אלמוכדה לאנה קאל אן כל
מן אהרק דם אלאנשאן דמה יהרק עוצה וקדירי
כיתרין יקתלוע אלנאש ולא יהרק להם דם
אעלמנא אלרב בהזא אן להם בעד אלמות עדאב
יעדמוא בה חיאת תלך אלדאר כמא יעדם חיאת
הזא אלדאר מן יהרק דמה פיהא: *Atque hoc in loco ostenditur etiam poena post mortem aeterna, quae nempe est priuatio uitae aeternae. Idcirco dicit Scriptura, quisquis effuderit sanguinem hominis, sanguis eius uicissim effundetur. Sed uero quam plurimi principes et potestates homicidii rei sunt, nec tamen sanguis eorum effunditur. Atqui docet nos heic Dominus, poenam debere eis post mortem, nimirum priuari eos uita seculi futuri, quemadmodum huius seculi uita priuabatur, cuius sanguis in eo est effusus.* Fusius R. ELIAS Ben MOSEH, Karaeus in MSTO hanc in rem commentatur:
העובר במצוה אחת ממצות לאוין שבתורה הוא על
שני חלקים בנסתר וזהו על הרוב ובנגלה וזה על
המעט אלה אם יהיה רשע מרשעי ישראל והוא
הנקרא משומד להכונים והנה על העובר בנסתר ויעד
לו הכתו׳ כרת והוא כרת בידי שמים ככתו׳ כי כל
העושה בה מלאכה ונכרתה וכן כל כרת שבתורה
הוא כרת בידי שמים בין בגופו בין בנפשו וכן
בעריות חייב הכתו׳ כרת בעבור שהבא על האשה
הוא בסתר כמו שביארנו וטעם הכרת הוא כרמוזת

הסעיף הנכרת מן האילן כי יכרת בזה העולם זולת
זמנו הטבעי ותכרת נפשו גכ״ בעולם הבא כי אז
היא נפרדת ממקומה ולכן מצות לא תעשה רובן
בכרת מפני שהן יותר חמורות ממצות עשה אמנם
העושה מלאכה בגלוי ש״ עדים והתראה חייב סקילה
על פי בית דין כאשר נאמ׳ במקוש׳ עצים ורגמו
אותו אבן ואם עשה מלאכה בשגגה בין בסתר בין
בגלוי חייב חטאת אמנם העובר על דברי החכמים
במצות שבת אשר הוציאו מכח דברי תורה חייב מכת
מרדות על פי גזרת בית דין אמנם במקום שאין בית
דין ישראל עומד בדיני נפשות וזהו בזמן הגלות כל
העובר ומחלל שבת חייב מידי שמים בין בסתר בין
בגלוי כל הרוחץ בגלוי אם יש עדים בר׳ המיתה וכל
הורג בסתרי חייב כרת בידי שמים: *Quisquis praeceptum aliquod negatiuum ex eis, quae in lege reperiantur, uiolauerit, is aut clam peccat, quod frequentius fit,* AVT IN APERTO, *quod fieri solet rarius, nisi ubi quis ex hominum genere fuerit profligatissimo, quos apostatas uocitant. Jam uero* clam uiolanti Sabbathum *praestituit Scriptura* Cerith, *seu excisionem, quae est* POENA MANIBVS DEI, hoc est, *per Deum infligenda, secundum id, quod scriptum est* Exod. XXXI. 14. Quicunque in eo opus aliquod fecerit, excidetur. *Atque similiter omnis excisio, in lege memorata est,* per manus DEI *adfligenda, aut in poenam corporis, aut in poenam animae. Atque ita in legibus de incestu et illicito concubitu* Leu. XVIII. 29. *praestituitur excisionis poena, quoniam concubitus cum femina clam fieri solet, quemadmodum alibi explicamus. Ratio autem ac sensus excisionis huiusmodi est: Vt ramus ab arbore exciditur in hoc mundo, antequam perficitur ei tempus suum crescendi naturale, ita etiam anima peccatoris iam dicti exciditur in mundo, seu*

ſeu ſeculo futuro, quoniam ſeparatur ab loco ſuo. Atque ideo praecepta compluria Negatiua coniunctam habent poenam exciſionis, quoniam grauioris ſunt momenti, quam adſirmatiua. Ceterum qui opus fecerit in Sabbatho aperte, adeoque, ut nec teſtes defuerint, nec praemonitio, lapidationis poena ei ſubeunda eſt, ex ſententia Synedrii, iuxta id, quod dicitur Num. XV· 35. *de eo, qui ligna in Sabbatho collegit:* Et lapidabunt eum lapidibus. *Si autem ex errore opus fecerit, ſiue id clam factum fuerit, ſiue in aperto, ſacrificium ob peccatum adducere debet. Atqui ſi peccauerit contra uerba ſapientum circa ſabbathum, ueluti praecepta, quae argumentando ex ipſo ſacro ſermone eliciunt illi, uerberibus, ut contumax, eſt plectendus, idque ex ſententia forenſi, ſiue Synedrii. Si uero locus ſit, in quo nullum Iſraelitarum Synedrium, cui poteſtas ſit iudiciorum capitalium, conſtituitur, quemadmodum in captiuitatis tempore, tunc transgreſſor eiusmodi quisque et uiolator Sabbathi manibus Dei a Numine puniendus eſt, ſiue clam peccauerit, ſiue aperte. Omnis homicida, qui aperte manum infert alteri, ſi teſtes adfuerint, ex ſententia ſynedrii morte puniendus eſt, qui uero* OCCIDIT CLAM, *reus eſt exciſionis,* MANIBVS DEI *adplicandae.*

§. 54. Gloſſema nouum legi *de non occidendo* ſuperaddunt TALMVDICI, cum de claudendis moribundi oculis ſequentem in modum ſcribunt, MISCHNA *Hilc. Sabbath Cap. XXIII· fol. 151. 2.* אין מעצמין את המת בשבת ולא בחול עם יציאת נפש והמעצים עם יצאת נפש הרי זה שופך דמים: *Non claudunt morientem, nec Sabbatho, nec die aliquo profeſto, tempore illo, quo exhalaturus eſt animam, id eſt, in diſceſſu animae. Et qui claudit, in exitu animae, effundit is ſanguinem, id eſt, homicidii reus eſt. Rationem addunt* שבטורח מועט מקרב מיתתו: *Quoniam motu leniculo acceleratur mors eius,* id quod per ſimilitudinem illuſtrare conantur משל לנר שכבה וחולבת ארם מניח אצבעו עליה מיד כבתה: *Hoc eſt, inſtar lucernae extinguibundae, in quam ſi quis manum ſuam impoſuerit, ſtatim extinguitur.* Conſonat MAIMONIDES *Hilc.* אבל

חגוסס חרי הוא כחי לכל רבר אין *Cap. IV. §. 5.* אבל קושרין לחייו ואין פוקקין נקביו וגו׳ עד שעה שימות הנוגע בו הרי זה שופך רמים המאמץ עיניו עם יציאת נפש חרי זה שופך רמים אלה ישהא מעט שמא נתעלף *Qui in articulo mortis est, censetur ut uiuus undiquaque. Non colligunt maxillas eius* (ne hiatu oris deformis fiat) *excrementa eius non sistunt. Nec quidquam ei tactu faciendum, usque ad ipsum tempus, quo mortuus est. Qui ipsum tetigerit, reus est homicidii. Qui oculos eius in ipso exitu animae clauserit, reus est homicidii. Adeoque expectandum est paululum, ne inde uita, quae etiam tunc qualiscunque, reliqua deficiat.* Eadem leguntur in *Abhel Rabbthi Cap. I. Massecheth Schemachoth:* אין מעמצין את עיני הגוסס הנוגע בו ומזיזו הרי זה שופך רמים: *Nec oculos eius claudunt. Qui eum tetigerit, et ullatenus commouerit, homicida est.* Poteram plura ad confirmandam sententiam adferre, sed uereor, ne Lectori traditionum multitudo uergat in taedium.

§. 55. Vnicum saltim locum ex antiquitate Mischnica adhuc commemorandum duxi. Distinguunt scholae Iudaicae inter *fratrem* et *proximum*, ubi frater est Israelita genere et sanguine talis, proximus autem religione et cultu, proselytus scilicet צרקה, *iustitiae*, uel ברית, *foederis*, ad quam ius et priuilegia proximi omnino pertinebant, cum contra proselytus תושב, *inquilinii*, qualis erat aduena Ethnicus, ab omni iure huiusmodi excluderetur. Auctor *Aruch* in uoce בן ברית, *filii foederis*, hi *Israel. Et cum dicit* SCRIPTVRA: *Si cornu ferierit bos cuiuspiam bouem proximi, excludit omnes Ethnicos, eo quod dicit, proximi.* MAIMONIDES in רוצח *Cap. 2. Idem est occidere Israelitam et seruum Cananaeum, pro utroque mulctabitur morte. At Israelita, qui occiderit* גר תושב, *aduenam inquilinum, morte non mulctabitur, ideo quod dictum est:* Quicunque superbe insurrexerit in proximum ad occidendum eum *Exod. XXI. 14. Et superuacaneum est dicere, non morte mulctabitur pro occidendo Ethnico.* Vid. LIGHTFOOT *Hor. Talmud. p. m. 263.* qui p. 265. sq. satis adpo-

adposite scribit: *Qui distinguendum sit* IUDICIUM *in clausula prima a* IUDICIO SYNEDRII *in secunda facillime elucebit ex hoc Talmudicorum in legem de non occidendo glossemate et commentario. Sanhedr. Cap. IX. Hilc. 1. Homicida hic est. Quicunque percusserit proximum suum lapide, uel ferro, uel protruserit eum in aquam, aut ignem, unde non possit adscendere, ita ut moriatur, reus est, si uero protruserit in aquam, aut ignem, unde posset adscendere, si moriatur, impunis est. Impellit in eum, uel canem, uel serpentem, impunis est.* MAIMONID. in רוצח Cap. II. *Quicunque proximum occiderit manu sua, gladio scilicet percutiens, aut lapide, ita, ut interimat, aut strangulauerit, aut combusserit, ita ut moriatur quocunque modo in propria persona interficiens, ecce talis morte est mulctandus a Synedrio. At ille, qui mercede conducit alium, ut occidat proximum, aut qui seruos suos mittit, et illi occidunt; aut qui uiolenter in leonem protrudit eum, uel in aliam bestiam, et bestia illum interficit, aut qui seipsum interimit* כל אחד מאילו שופך דמים, unusquisque horum est effusor sanguinis, *et iniquitas homicidii est in manu eius, et damnandus est mortis* לשמים, PER MANUM DEI, *at non morte plectendus a Synedrio.* Eccum duplicem homicidam, inquit uir laudatissimus, eccum duplex iudicium! Applicentur iam uerba SERVATORIS ad Glossam hanc ueterum in legem de homicidio. *Audistis*, inquit, *quod dictum est a ueteribus:* Quicunque occiderit, quocunque modo occiderit, siue per mercedem conductam, siue per seruos, siue per bestiam immissam, reus est iudicio Dei, licet non iudicio Synedrii; Et quicunque occiderit proximum per se, et non mediante alio, hic reus iudicio Synedrii. *At ego dico uobis, quod quicunque irascitur fratri suo temere, hic reus erit iudicio Dei, et qui dixerit fratri suo Raca, hic reus Synedrio.*

§. 56. Haec Saluatoris uerba rectius porro intelligamus, collatis insuper quibusdam phrasiologiis et doctrinis apud scholas Iudaicas usitatissimis, quales sunt istae פטור מדיני אדם וחייב בדיני שמים: *Absolutus a iudicio hominum, at reus iudicio coeli*, id est, Dei. מיתה ב״ד ומיתה בידי שמים *Mors per Synedrium, et mors per manum coeli, seu Dei.* חייב על

 ודון

זדונו. כרת אם מזיד חייב כרת, *si hoc fecerit ex praesumptione, reus est excisionis, si uero ex ignorantia, tenetur ad sacrificium pro peccato.* Per excisionem uero, quam כרת adpellitant, non intelligitur censura Ecclesiastica, quam triplici modo, nempe per *Niddui*, *Cherem* et *Schammata* exequebantur, sed poena בידי שמים, PER MANVM DEI, id est, a Deo exspectanda, ad quam CHRISTVS adludere uidetur, cum ait, der ist des Gerichts schuldig. Interim et illud est commemorabile, quod formulae *reus est iudicio, reus est Synedrio, reus est iudicio ignis aeterni, uel gehennae*, iisdem fere literis, ac syllabis apud Talmudicos inueniantur, quod ex antea allatis et aliunde satis patet. R. SOLOM. *in Esaiae Cap. XXIV. 23. Colligentur, sicut colliguntur captiui in carcerem,* מחויבי גחנום לגהינום, *Ἔνοχοι γεέννῃ εἰς γέενναν.*

§. 57. Quod si quis ordinem illum, a maioribus per traditiones acceptum, uel inuerteret, uel quomodocunque in canones sapientum impingeret, חייב, reus Synedrio censebatur, et maiori peccatorum grauitate oneratus, quam illi, qui contra uerba legis in peccata ruant, illudque ex sententia R. AKIBHAE. *Mischna Sanhedr. Cap. X. §. 3. 4.* חומר בדברי סופרים מבדברי תורה האומר אין תפילין כדי לעבור על דברי תורה פטור חמש טוטפות להוסיף על דברי סופרים חייב אין ממיתין אותו לא בבית דין שבעירו ולא בבית דין שביבנה אלא מעלין אותו לבית הגדול שבירושלים ומשמרין אותו עד הרגל וממיתין אותו ברגל שנ׳ וכל העם ישמעו ויראו ולא יזידון עד דברי רבי עקיבא:

Grauius peccatur circa uerba scribarum, quam uerba legis. Si quis dicat : Phylacteria nihili sunt, *ita, ut transgrediatur legem, num liber est. Quinque capsulae sunt in Phylacterio, ita, ut addat uerbis scribarum, reus est. Non occiditur a iudicibus ciuitatis suae, non a Synedrio, quod Jafne est, sed ad summum senatum Hierosolymam deducitur, atque isthic in custodia asseruatur usque ad festum, et in festo interficitur.* Q. D. *Deut. XVII. 13.* Et totus populus

lus audiet, et timebit, neque amplius praefracte agent, *uerba haec sunt* R. AKIBHAE.

§. 58. Nec adeo mirum illud, quod CHRISTO, cum Pharisaeis et Scribis disputaturo, formulae et phrasiologiae, memoria illa non infrequentes, in os sanctissimum inciderint, siquidem SERVATOR optimus κατ' ἄνθρωπον multitudinem traditionum et glossematum intendebat dirutam dare. Ex quo capite pergit Judaeorum phrasibus insurgere: *Quicunque uero dixerit ῥακὰ fratri suo, obnoxius erit Synedrio.* Vox ראקא Hebraeo-Talmudica, siue spectes etymum, siue scholarum Talmudicarum consuetudo et usus oculis tuis obseruetur, est contemnentis, ut ait LIGHTFOOTVS, summo contemptu. Similes loquendi rationes colligunt eruditi ex scriptis Judaeorum. Sic GEMARA BABYLONICA *Hilc.* קדשים, *Cap. I. fol. 28. 1.* הקורא לחבירו עבד יהא בנידוי ממזר סופג את הארבעים רשע יורד עמו לחייו: *Qui uocauerit proximum suum* seruum (id est עבד כנעני, seruum Cananaeum, sic capite Israelitico minutum) *excommunicandus erat a Synedrio, cui suberat* שמזלזל בישראל כל כך אף הם יזלזלו בו: *Quoniam, qui ita Israelitam nilipendisset, ipse a Synedris sic erat nilipendendus. Qui proximum suum uocaret* Mamzerem (coitu damnato ortum) *uerberandus erat plagis quadraginta* (GLOSSA: קנסא מכת מרדות וניחא לה הא מנידוי *Poena scilicet subeunda erat uerberum, contumaciae caussa, adhiberi ex lege superinducta, solitorum, nec ita excommunicandus.*) *Qui uocauerit proximum suum* improbum, *descendit Synedrium cum eo in uitam eius.* Vbi GLOSSA: כלומר לזו אין בית דין נזקקין אבל הוא מותר לשנאותו אף למעט פרנסתו ולירד לאומנותו: *Ac si diceres, necesse non erat, ut a Synedris sententia eiusmodi uictum eius minuere, et in uiuendi eius genus accuratius, ut censores, animaduertere.* Ratione etymi ῥακὰ deuenit a ריק, quae uox, dialecto Talmudica, designat, aliquem exinanire, et in statum atque conditionem serui deiicere, ex fratre, Israelita, aut

aut Profelyto iustitiae, insigni contemptu, existimatione ciuili et ecclesiastica, efficere Chananaeum, siue Ethnicum, unde רקא, ראקא, ריקא et ריקה est homo nequam, ἄχρηστος, inutilis ac leuis, exclusus uelut hominum commercio, iuribus ac priuilegiis, qualis JCtis ueteribus erant sclaui, qui proinde nulla capita habere credebantur. FRANZIVS *de Interpret. Script. S. Orac. 129.* graphice : ריק *est ex genere talium nebulonum, qui tantum uersantur in otio, talique uitae genere, ubi licet scortari, praedari etc. quos in publico nullius leuitatis pudet, qui ad extremum redactus est gradum temeritatis, qui animam uenalem habet, qui expers omnis fidei, indignus hominum honestorum familiaritate et conuersatione, multorum scelerum ignominia marcidus, ad cuius mentionem alii honesti exspuere debeant, ubi omnis spes emendationis sit frustranea et uacua.* Veteres quoque exponunt hominem καταπτυστον, רקק, exspuendum. Nostro tamen iudicio, nisi fallimur, ראקא referebat Hebraeis, uti diximus, hominem gentili non absimilem, et eiusmodi, cui traditiones et iura ueterum neutiquam curae, sed neglectui fuere. Non erit a scopo praefixo alienum, si exempla, a LIGHTFOOTO collecta, in scenam producam. Ῥακά uox contemnentis summo contemptu, apud scriptores Hebraeos usitatissima, et tritissima in ore gentis

TANCHVM *fol. 5. col. 2. Rediit quidam ad poenitentiam. Dixit ei uxor* ריקה, Raca, *si statutum est tibi, poenitentiam agere, ipsum, quo te accingis, cingulum non erit tuum.*

IDEM *fol. 18. col. 4. Dixit Ethnicus Israelitae : Paratum tibi apud me esculentum adpositissimum. Qualenam illud? inquit alter, cui ille, caro suilla.* Raca, *inquit Iudaeos, de bestiis etiam mundis apud uos non comedendum.*

MIDRAS TILLIN *in Ps. CXXXVII. Nupta est regis filia sordido cuidam nebuloni. Imperat ille, ut ea sibi adstet ut seruula, et sit a poculis, cui illa, Raca, ego sum filia regis.*

IDEM *fol. 38. col. 4. Quidam e discipulis R. Jochananis pro ludibrio habuit doctrinam Magistri. At rediens tandem ad fruges, doce tu, inquit, o Magister. Nam dignus es, qui doceas,* Id

Id enim, quod docuisti, expertus sum, et uidi. Cui ille ריקה, Raca, *non credidisset, nisi uidisses.*

BABYL. BERACHOTH, *fol. 32. 2. Religiosum quendam in uia orantem salutauit dux quidam, at ille non resalutauit. Expectans ille, usque dum orationem tandem finiisset, dicit ei*, ריקא, Raca, *scriptum est in lege uestra etc.*

§. 59. Si quid ergo coniecturando consequi possum; ריקא, siue ראקא, *Raka*, Talmudicis fuisse hominem sordidum, et dissolutae uitae, cum gentilibus, ex mente Iudaeorum, conferendum, existimo, cui, praesertim ex consuetudine et familiaritate cum peccatoribus, publicanis et gentilibus, malae notae infamia inurenda iudicabatur. Quum igitur SERVATOR peccatorum et publicanorum interesset conuiuiis frequens, maiorum traditionibus posthabitis, Pharisaei eo illum loco, quo peccatores et publicanos, habebant, quam ob caussam eorum perstringit criminationes acerbius: *Qui dixerit fratri suo* ריקא, *reus est Synedrio*, quod tamen literatis, qui doctrina et ingenio abundant, diiudicandum relinquimus. Vid. POLI *Synops. Critic. p. m. 135. sqq.* LIGHTFOOT. *p. 267.* PFEIFFER. *Dubb. Vex. p. 892.*

§. 60. Qui fratri dixerit ῥακὰ, censetur ἔνοχος τῷ συνεδρίῳ, *Synedrio*, id est, Synedrio Magno LXX. uirum, (uel certe Synedrio XXIII. uirorum) quibus casus dubii et scelera enormia relinquebantur examinanda, id quod Britanni adpellitarent den Hochverrath, des Hochverraths schuldig seyn. MISCHNA *Tit. Sanhedrin. Cap. I.* דיני נפשות בעשרים ושלשה וגו״: *Judicia capitalia ad Synedria attinent uigintitriumuiralia etc.* MAIMONID. *Hilc. Sanhedr. Cap. V. §. 2.* אין דנין דני נפשות בפחות מכג״ שהן סנהדרי קטנה בין דיני נפשות בהמה וגו׳: *Judicia capitalia a paucioribus, quam uiginti trium uiris, qui Synedria minora faciebant, exercenda non erant, siue capitale esset hominis, siue bestiae iudicium etc.* GEMARA BABYLON. *Tit. Sanhedrin. Cap. X. fol. 88. 2.* הוצרך הדבר לשאול

 שואל

שואל מב״ד שבעירו אם שמעו אמרו להן ואם לאו באין לזה שסמוך לעירו אם שמעו אמרו להם ואם לאו באין לזה שעל פתח הר הבית וגו׳: *Exorta quaestione iuris, consulendum erat primo Synedrium urbis, in qua exoriebatur. Hoc si traditione rem acceperat, sententiam pronuntiabat senatoribus. Sin uero Synedrium, quod urbi uicinius erat, adibant, quod si traditione caussam acceperat, sententiam ferebat eis. Sin uero, adibant Synedrium ad introitum montis Templi situm etc.* MAIMONID· *Hilc. Memarim Cap. III·* בעת שיפלא דבר יורת בו חכם המגיע להוראה בין בדבר שיראה בעיניו בין בדבר שקבל מרבותיו הרי הוא והחולקין עמו עולין לירושלם ובאין לבית דין שעל פתח הר הבית וגו׳: *Quando casus intricatus oboriebatur, circa quem sententiam ferentes reluctabantur, ascendebant Hierosolymam, atque Synedrium ad introitum montis adibant etc.* MISCHNA *Sanhedrin. Cap. I.* אין עושין עיר הנדחת אלה בב״ד של ע״א *In nullam urbem sententia uniuersalis apostasiae fertur, nisi ad Synedrium septuaginta unius uirale.* MAIMONID· *Hilc. Aboda Zara Cap. IV. §. 3.* אין דנין עיר הנדחת אלה בב״ד של עא׳ שנ׳ והוצאת את האיש ההוא או את האשה ההוא אשר עשו את הדבר הרע הזה אל שעריך יחידים נהרגין בבד של כל שער ושער ואין המרובין נהרגין אלה בב״ד הגדול: *Sententia de ciuitate apostasiae rea non alibi ferenda erat, quam in Synedrio Septuaginta unius uirali. Nam et scriptum est:* Et educes illos, uirum scilicet illum, et feminam illam, malum hoc perpetrantem, ad portas tuas. *Priuati, seu homines singuli, morte plectendi fuere a Synedriis quarumcunque portarum. Atqui uniuersitates, non ex alia, atque Synedrii Magni sententia.* Hanc ob caussam morte plectendus deducendus erat in Synedrium Magnum. TALMVD· BABYL· *Tit. Sanhedrin Cap. I· fol. 16. 1.* ניגמר קטליה בסנהדרי גדולה: *Executioni mandabatur*

batur sententia eius capitalis in Synedrio Magno. Et MISCHNA *ad Tit. Sanhedrin. Cap. X.* אין ממיתין אותו לא בב״ר שבעירו ולא בב״ר שביבנה אלא מעלין אותו לב״ד הגדול שבירושלים: *Morte afficiendus erat nec in urbis suae Synedrio, nec Synedrio Iabniensi, deducendus autem erat in Synedrium Magnum, quod Hierosolymis.* Verba MISCHNAE iuxta AQVIBAM ita sonabant: ומשמרין אותו עד הרגל וממיתין אותו ברגל שנ׳ וכל העם ישמעו ויראו וגו׳: *Et custodiendus erat usque ad festum, et in festo ultimo supplicio afficiendus, iuxta illud:* Et totus populus audiet, et timebit etc.

§. 61. Habebant tamen alii *ius appellandi* ad Synedrium Magnum: MAIMONIDES perbelle: אבל אם אמר המלוה נלך לבית דין הגדול כופין את הלוה ועולה עמו שנ׳ עבד לוה לאיש מלוה וכן אם טען זה שהזיקו או גזלו הטוען לעלות כופין ב״ד שבעירו את הנטען לעלות עמו וכן כל כיוצא בזה: *At uero si dixerat creditor, adeamus Synedrium Magnum, cogebant debitorem, ut cum eo illuc iret, iuxta etiam illud, quod habetur in sacris literis. Qui mutuum accipit, seruus est eius, qui dat mutuo. Idem ius obtinuit, quoties, cum lis esset de damno illato, seu rapina, uoluit actor ad Synedrium Magnum ascendere. Nam et tunc etiam cogebant reum cum illo ascendere, quod itidem in ceteris, quae actionum harum induebant naturam, pariter locum habuit.* Vid. OBADIAS BARTENOR *ad Mischn. Sanhedr. Cap. XI* et JARCHIVS *in Gloss. ad Talmud. Babylon. Tit. Sanhedrin. fol. 89. 1.* item exemplum uxoris, de adulterio suspectae, *Tract.* סוטה, *Cap. I. 4.* de qua haec legimus: היו מעלין אותה לבית דין הגדול שבירושלים: *Adducebant mulierem, adulterii suspectam, in magnum iudicium Hierosolymitanum.* Quae si conferantur cum uerbis nostri SERVATORIS, statim adparet, illum, qui dixerit fratri ῥακὰ, in Synedrium deducendum, in maximis peccatorum sceleribus uersatum, maiorem poenam esse daturum.

§. 62. Quisquis autem dixerit, *μωρὲ, obnoxius erit gehennae incendio.* Μωρὸς, procul dubio descendit ab Hebraeorum מורה, *rebellis, apostata fuit*, qua de notione uid. CASAVBONI *Exercit. XVI. contra* BARON. *sect. 23.* In sacris literis V. I. audit נבל Ps. XIV. 1. quales erant Athei. Vid. AINSWARTH. in Ps. XIV. 1. Apud TALMVDICOS significat hominem Ethnicum idololatram, apostatam, turbam, quae non nouit legem, execrabilem *Joh. VII. 49.* qui digni censebantur excommunicatione ueteribus hinc שמתא, hinc מרן אתא, denominata. Reum huius poenae uocitabant מרם מותא, *maledictum ad mortem*, quo sensu LVTHERVS transtulit uocem *μαραναθὰ 1. Cor. XVI. 22.*, der sey anathema Maharam Motha, verbannet zum Tode, puta mortem aeternam. Hanc in classem Pharisaei referebant omnes illos, qui cum CHRISTO ab religione Judaeo-Pharisaica, traditionibusque ueterum discederent. Hinc SERVATOR regerit : *Quisquis autem dixerit* nobiscum Pharisaeis, Μωρὲ Christe, *μωροὶ* scipuli Iesu, *μωρὸς ὄχλος ἐπικατάρατος, obnoxius erit gehennae incendio.* Non enim simpliciter inhibetur nomen *μωρὸς*, quippe gentiles et idololatrae non tantum stulti nomen et indolem tuentur, uerum et sine peccato a Christianis stulti uocari poterant ; Verum improba isthaec ex affectibus corruptis, e fastu Pharisaeorum et inani persuasione enata denominatio, qua חכמים, *sapientes*, uolebant uideri soli, et CHRISTVM, sapientiam diuinam, in *μωρῶν* numerum abiectissime referebant, cum tamen ipsi stulti insignia deportarent Pharisaei, quod claudebant regnum coelorum *Matth. XXIII. 13.* in carceres infernales dimittendi. Quicunque enim CHRISTVM in numero fatuorum ponit, *ἔνοχος ἔσαι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς*, quod PAVLLVS ita *παραφράζει 1. Cor. XVI. 22. Si quis non amat Dominum, Jesum Christum, sit* ANATHEMA, *μαρὰν ἀθὰ*, id est, MALEDICTVS AD MORTEM ÆTERNAM die nouissimo, quando uenturus est Dominus in iudicium. Nam extra CHRISTVM nulla salus, sed *γέεννα τοῦ πυρός.* At enim de hoc excommunicationis genere pag. 84. a nobis est dictum, quo lectores remittimus. TALMVDICIS homines de plebe audiunt maledicti, ארור et עם ארץ, *populus terrae*, die Canaille, quibus oppo-

opponebantur תלמידי חכמים, *discipuli sapientum*, hoc est, *Pharisaeorum et Scribarum*, עם קודש, *populus sanctus*, alias dicti. Vid. MISCHN. *Sota fol. 39. 1.* Idololatras, seductores, publicanos et peccatores praefractos fatui uenisse nomine, sigillatim ex *Sanhedrin.* et *Hal.* רשעים, de improbis, intelligitur.

§. 63. Quando gehennae iniicitur mentio, illorum error ex TALMVDICIS confutandus est, qui Magistris Hebraeorum falsam de *non resurgendis impiis* opinionem adfingunt. Equidem, impios non esse resurrecturos, sed animas ipsorum perituras, plus simplici uice in TALMVDE et scriptis Judaeorum legitur. Sic RABBI BECHAI *Sect. Schopherim Deut. XVIII.* commentatur: ד׳ דברים הן שלא זכתה להם שום אימה כי אם ישראל והן הנבואה והתורה וארץ ישראל ותחיית המתים וכו׳: *Quatuor res sunt, quibus non fuit dignus ullus populus, excepto Israele, nimirum Prophetia, lex, et terra Israel, et* RESVSCITATIO MORTVORVM, quod in PARASCHA fusius exponitur sequentem in modum: וכן מצינו בישעיה עליו השלום שהתנבא על אומות העולם ואמר מתים בל יחיו רפאים בל יקומו וחזר והתנבא על ישראל ואמר יחיו מתיך נבלתי יקומון הקיצו ורננו שוכני עפר כי טל אורות טלך באר שאין תחית המתים אלה בישראל: *Ita quoque inuenimus in Esaia, quod prophetauerit de gentibus mundi, dixeritque Es. XXVI. 14.* Mortui non uiuent. Rephaim non resurgent. *De Israele autem prophetauerit Es. XXVI. 19.* Viuent mortui tui, cadauer meum resurgent, Euigilate et iubilate habitatores pulueris. *Nam ros tuus ros est olerum. Declarat hoc, quod non futura sit resuscitatio mortuorum, nisi Israeli.* Huc pertinent canones המתים לצדיקים ולא לרשעים: *Resurrectionem mortuorum futuram esse iustis et non impiis*; הרשעים לא תהיה להם תקומה אלה תאבד נפשם עם גופם ביום המיתה: *Impiis non erit resurrectio, sed peribit anima eorum cum corpore eorum in die mortis.* At enim

nim uero ABEN ESRA, IARCHIVS, KIMCHIVS alii recte explicant uerba eiusmodi de תחיה, uiuificatione mortuorum, quae futura est בעת הישועה, *in tempore salutis gloriosae*, scilicet in altera uita, ubi utique non resurgent improbi ad תחיה, *uitam*, sed ad מחתה, *mortem aeternam*. Hanc esse Hebraeorum de resurrectione impiorum mentem, alibi iam adseruimus. Nusquam etiam Iudaei *ἀποκαταστάσεως* Peterfenianae extitere Patroni, de qua restitutione Diabolorum uid. Dissert. Ob dermaleins eine Erlösung derer Teuffel zu hoffen sey? DAN. PFEFFINGERI in Academia Argentinensi M DCC VIII. habitam. De cetero Judaeos locum damnatorum usitatissime per uocem Gehinnom exprimere, atque sic infernum damnatis relinquere, nullum est dubium. Iam suo tempore CHALDAEVS PARAPHRASTES in *Es. XXX. 14.* גהנום יקידות עלם, *γέεννα πυρὸς αἰώνιου*, *gehenna ignis aeternus*, commentatus est, ut alios silentio praetermittamus. Heic enim in ritus הנום paullo sollicitius oculos uertimus, qui gehennae, id est, *τοῦ* damnatorum, turpe dederunt nomen. Vid. LIGHTFOOT. *Hor. Talmud. p. 265.* SELDEN. *Synt. I. p. 173.* OTHO *Lex. Phil. p. 243.* PFEIFFER. *Dub. Vex. p. m. 894.*

§. 64. GEHENNA nomen accepit a גיא, *ualle*, et הנם, *Hinnom*, uel הנם, *eiulauit*, *lamentatus est*, quae pertinebat ad filios Hinnom *2. Chron. XXIII. 6. 2. Reg. XXIII. 10. 11.* eratque locus extra urbem foedissimus, ubi in loco תפת, *Topheth*, a תף, *tympanis*, dicto, Molocho infantes comburebantur, uel idololatrico more traducebantur per ignes. MOLOCH Hebraice מלך, *rex*, *dominus*, idem sonat, ac בעל, *rex*, *dominus*, aliquando אדרמלך, id est, quasi אדיר מלך, *excellens dominus*, salutatur. Vnde VETVS INSCRIPTIO Romae in hortis Farnesianis Moloch et Baal eundem statuit

ΑΓΛΙΒΩΛΩ ΚΑΙ ΜΑΛΑΧ
ΒΗΛΩ ΠΑΤΡΩΙΣ ΘΕΟΙΣ

Et item ABARBANEL *Comment. in Leg. Deut. XVIII.*

שני

שני חשמות הוו לו מולך ובעל חבעל שהיו עוברים היה כנגר חשמש והוא הנקרא מולך כי הוא מלך על כל בני שחץ: *Duo nomina sunt ipsi* Moloch *et* Baal. *Baal, cui seruierunt; sol est, quique etiam Moloch uocatur, quod hominibus ferocibus imperitat.* Vid. eundem *in Comment. Ier. XLIV. 17.* Molochum conferunt alii cum Saturno, cui adiungunt אשתיה *ἑςίαν*, *Vestam*, ab אשתא *ignis*, יה, *Domini*, quod et Chaldaei cum Persis, et Graeci cum Romanis ignem solis praecipue adorabant. Existimant autem nonnulli, liberos neutiquam combustos, uerum saltim per ignem traductos fuisse, in honorem Molochi, ac ueluti per Baptismum ignis, die Feuer-Tauffe, qui Persis nondum uenerit in desuetudinem, consecratos et initiatos. Sed enim largiamur, morem traducendi, uel initiandi per ignem hinc inde quibusdam ex gentibus fuisse usu receptum, phrases tamen TALMVDICORVM et SCRIPTVRAE: העביר למלך העביר באש העביר למלך *traducere in honorem Molochi, traducere per ignem, in honorem Molochi Leuit. XVIII. 21. Deut. XVIII. 10. 2. Reg. XXIII. 10.* ipsam combustionem indicare, ex locis parallelis *2. Reg. XVI. 3. 2. Chron. XXVIII. 3.* aliisque patet. Vid. HOTTINGER. ad GOODWINI *Mos. et Aar. Libr. IV. Cap. II. n. 6. p. 667.* qui testimonium ABEN ESRAE ex *Comment. Leuit. XVIII. 21.* adducit, et in describendis ritibus Molochi admodum multus est. Nos etiam infra *ad Act. VII. 43.* plura dabimus.

§. 65. Ritus plerosque huius idolomaniae graphice descripsit LVNDIVS in Jüd. Heiligth. *Libr. III. Cap. XXXIV. p. 563. sqq.* Diese Menschen-Opffer geschahen dem Götzen Moloch zu Ehren, und zwar im Thal Hinnom, wie zu sehen *Leu. XVIII. 21. 2. Reg. XXIII. 10. Jer. XXXII. 35.* Es war diß Thal aussen an der Stadt-Mauer Jerusalems, gegen Abend, bey dem Brunnen Siloah. Der Götze Moloch, dem die Kinder zu Ehren geopffert wurden, war sonst der *Ammoniter* Abgott, wie zu sehen *1. Reg. II. 7.* Beniamin in seinem Itiner. p. m. 57. beschreibt diesen Ammonitischen Abgott, daß er im Götzen-Tempel der Ammoniter auf einen steinern mit Gold übergezogenen Stuhl gesessen, wie es also L' Empereur gibt. Selden.

den. aber Syntagm. 1. de Diis Syris Cap. 6. gibts also, daß das Bild selbst steinern mit Gold überzogen gewesen, und auf einem Stuhl, oder Trohn, gesessen, weil es auch also Schindler. gibt Lex. Pentagl. in מלך p. 1009. Zu beyden Seiten wären zwey Bilder weiblichen Geschlechts gewesen. Die Hebräer aber geben vor, es sey ein eherner, oder kupferner Götze gewesen; mit einem Ochsen- oder Kalbes-Kopfe, und ausgestreckten Händen. Etliche liessen ihre Kinder durchs Feuer gehen, und durchs Feuer sich gleichsam reinigen. Etliche liessen ihre Kinder gar verbrennen und aufopffern. So bald die arme Kinder dem glüenden Moloch übergeben wurden, ward alsofort frisch und lustig auf Trummeln und Paucken geschlagen, und getantzet, damit der armen Kinder klägliches Geschrey nicht gehöret, und die Eltern zum Mitleiden beweget würden. Und daher meinen die Hebräer, daß diß Thal seinen Nahmen Hinnom bekommen, nicht wie Glassius, Grammat. S. p. 139. Schindler. Lex. Pentagl. in הנם p. 446. Flacius in Gehenna, und andere wollen, als sey Hinnom eines Mannes Nahme, sondern entweder **von dem kläglichen Geschrey der Kinder** (נהם), daß das Thal **Benhinnom** so viel sey, als **das Thal der winselnden Kinder**, oder daß die Priester zu den Eltern gesagt יהנה לך, **es ist dir nutz**, und weil תוף eine **Paucke**, und תפים, **Paucken**, oder Trummeln bedeuten, sey der hohe Orth im Thal, da sie verbrannt worden, **Tophet** genannt, das ist der Trummel-Ort, weil, wegen der Kinder klägliches Geschrey, Trummeln und Paucken gerühret wurden, und lustig klungen. Vid. HOTTINGER. *de Jur. Hebr. num. 208.* SIXTIN. AMAM. *Antibarb. Bibl. libr. 4. ad Es. XXX. 27.* COCCEI. *Not. 16. ad Sanhedr. Cap. VII. §. 7.* DIETER. *Antiquit. Biblic. ad Leu. XVIII. 21.* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Act. VII. 43. p. m. 72.* Pergit autem ille l. c. So heilig nun von den gottlosen Juden dieser Orth gehalten ward, so sehr hat der löbl. König Josua denselben beschimpfft, und verunreiniget, *2. Reg. XXIII. 10.* und schreiben die Hebräer, daß, auf seinen Befehl, alle todte Aase, Knochen, und andere unsaubere Dinge dahin gebracht, und ein stetig Feuer, solche Dinge zu verbrennen, da gehalten worden. Es hat endlich die Hölle von diesem Thal *Hinnom* den Nahmen bekommen, daß sie genennet wird *γέεννα* *Matth. V. 29. 30. X. 28. XVIII. 9. Marc. IX. 43. 45. 47. Luc. XII. 5. Jac. III. 6.* Weil, gleichwie in diesem Thal Hinnom vormaln die Kinder

Kinder jämmerlich mit grossen Geschrey und Heulen verbrannt werden, hernach aller Unflath hieher gekommen, und ein stetig Feuer gehalten worden: Also ist in der Höllen ein stetig Heulen und Zähnklappen, ein heßlicher Unflath, und ein ewiges nimmer verlöschendes Feuer. Alias Hebraeis gehenna uocatur שאול, a שאל, *requisiuit*, *anxie petiit*. Via enim ad inferos ducens est ampla, et multi illic obambulantes inter tripudia et iubilatus interitum suum uelut expetunt.

§. 66. Ad u. 25. Καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, MAIMONID· *Sanhedr. Cap. I*· שופטים ושוטרים תתן לך בכל שעריך Deut. XVI· 18. שוטרים *sunt uirgiferi et flagelliferi* (lictores) *qui stant coram iudicibus. Proficiscuntur hi per uicos, et plateas, et diuersoria, de ponderibus et mensuris curantes, uerberantque praue agentes. Ast omne ipsorum opus est ex praescripto iudicum. Quemcunque male agentem uident, ad iudices adducunt.* BABYLON· *Schabb. fol. 32. 1.* אדם יוצא לשוק יהי דומה בעיניו כמי שנמסר לסרדיוט: *Quicunque in plateam egreditur, de se reputet, ac si lictori traderetur, ipsum coram iudicibus ducturo.* Vid. LIGHTFOOT· *Hor. Talm. p. 270.* Carceris mentio itidem apud Mischnicos occurrit. MISCHNA *Tit. Sanhedr. Cap. IX.* אלא מכניסין אותו לכיפה והוא מקום צר כפי קומתו ואינו יכול לשכב בו ונותנין לו לחם צר ומים לחץ עד שרות צרו מעיו ויחלה ואחר מאכילין אותו שעורים עד שכריסו נבקעת: *Sed tradebant eum*, qui ob Negatiui praecepti excisionem in se continentis, uiolationem, semel, iterumque, in foro peccasset, ac tertio reus deprehenderetur, carceri כיפה, *qui locus erat angustus, statura eius non altior, nec einsmodi, ut in eo decumbere posset; ubi dabant ei panem, et aquam miseriae, usque dum languesceret, et dein hordeo eum satiabant, usque dum uenter eius rumperetur.* Vid. GOODW. *Mos. et Aar. Libr. V· Cap. VIII· p. 814.*

§. 67. Ad u. 28. 31. Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. HIEROSOL·

כל המסתכל באשה בכוונה כאילו בא *Callah fol. 58. 3.*
עליה כל המסתכל בעקבה של אשה הויין ליה בנים
שאינם מהוגנים: *Quicunque aspicit calcaneum mulieris, erunt ipsi liberi inhonesti.* Vid. BABYL. *Berachoth fol. 24. 1. et Nedarim fol. 20. 1.* Libellus repudii Hebraice sonat ספר כריתות, *libellus abscissionis*, cuius in ritibus describendis TALMVDICI diuersas in sententias distrahuntur. MISCHNA *Cap. IX. 10.* בית
שמאי אומרים לא יגרש אדם את אשתו אלא אם
כן מצא בה דבר ערוה שנ׳ כי מצא בה ערות דבר
ובית הלל אומרים אפילו הקדיחו תבשילו שנ׳ כי מצא
בה ערות דבר רבי עקיבא אומר אפילו מצא אחרת
נאה הימנה שנ׳ והיה אם לא תמצא חן בעיניו: SCHOLA SCHAMMAI *dicit, Vxorem non esse dimittendam, nisi in ea deprehensa fuerit caussa turpitudinis.* Q. D. E. Deut. XXIV. 1. quando repererit in illa rem turpem. *At* SCHOLA HILLELIS: *Si uel combusserit decoctum eius.* Q. D. E. Si repererit in illa turpitudinem rei cuiusdam. R. AKIBHA dicit: *Modo aliam pulchriorem inuenerit* Q. D. E. et si non inuenerit gratiam in oculis suis. GLOSSA BARTENORIANA הלכה כבית הלל, *decisio iuxta domum Hillel.* Cum itaque CHRISTVS Judaeos criminis de diuortio incusat, illos a parte heic scholae stetisse Hillelis, omnino licet suspicari. *Libellus repudii* extat *integer* apud MAIMONID. *in Geruschin fol. 273. 2.* MOS. KOTS. *fol. 133.* et ALPHESIVM *in Gittin* fol. 600. qui sequentis est tenoris:

ספר כריתות

בכך בשבת בכך וכך לירח פלוני בשנת כך וכך
לבריאת עולם במנינא דרגילנא למימני בית ברוכתא
פלוני אין אני פלוני בר פלוני וכל שום דאית לית
דמסת פלוני צביתי ברעות נפשי בדל אניסנא ופטרית
ושבקית ותריכית יתיכי לוכי אנת פלונית בת פלונו
וכל

וכל שום דאית ליכי דממתא פלונית דהוית אינתתי מן
קדמא דנא וכדו תרוכית יתיכי ליכי אנת פלניתא
בת פלוני וכל שום דאית ליכי דממתא פלוני דיתהויין
רשאה ושלטאה בנפשיכי למהן להתנסבא לכל גבר
דיצתביין ואינש לא ימחא בידיכי מן יומא דנן ולעלם
והרי את מותרת לכל אדם ודן די יהוי ליכי מינאי ספר
תירוכין וגט פיטורין ואגרת שביקין כדת משה וישראל

ראובן בן יעקב עד:
אלעזר בן גלעד עד:

Libellus Repudii

Die hebdomadis N· Menſis N· anni a condito mundo N. computo, quo numerare conſueuimus in prouincia N· Ego N· filius N· et quocunque nomine uocitor, de ciuitate N· cum ſummo animi conſenſu, atque abſque ulla coactione urgente, repudiaui, dimiſi, atque expuli te, te, inquam, N· filiam N· quocunque nomine uocitaris, de ciuitate N· quae antehac uxor mea fuiſti. At nunc te dimiſi, te, inquam, N. filiam N· quocunque nomine uocitaris; de ciuitate N· ita ut libera et de iure tuo ſis, nuptum iri, cuicunque placuerit, et nemo te reprimat, ab hodierno die usque in perpetuum. Libera es ergo cuiuis homini: ATQVE HIC ESTO TIBI A ME LIBELLVS REPVDII, LITERAE DIVORTII, ET SCHEDVLA EXPVLSIONIS, ſecundum legem MOSIS atque Iſraelis.

Reuben filius Iacobi teſtis.
Eliezer filius Gilead teſtis.

Non tantum duo ad minimum teſtes requirebantur, ſed libellum quoque repudii a Notario ſcribi oportebat. Materiae, cui libellus inſcribebatur, itidem MISCHNA *Cap. II· 3. 5.* meminit:
כותבין בדיו בסם בסקרא ובקומוס ובקנקנתום ובכל דבר
שהוא של קיימא אין כותבין לא במשקין ולא במי פירות ולא
בכל דבר שאינו מתקיים על הכל כותבין על העלה של

זית

זית ועל הקרן של פרה ונותן לה את העבר וכו׳ הכל כשרין לכתוב את הגט אפילו חרש שוטה וקטן האשה כותבת את גיטה והאיש כותב את שוברו שאין קיום הגט אלה בחותמיו: *Scribebant uel atramento, uel auripigmento, uel minio, aut Gummi, uel chalcantho, immo omni materia mensura, sed non licitum est scribere liquore, uel aqua frugum, nec ulla alia materia, quae non est duratura. Sic inscribunt cuiuis materiae, uti folio oliuae, aut cornu uaccae, ipsam uaccam ope serui, imo et seruum dat. Ad libellum diuortii scribendum omnes idonei sunt, etiam surdus, stultus et minorennis. Immo mulieri proprium, repudium libelli et mariti apocham scribere licet, etenim confirmatio omnis dependet a subsignatione.* Qui plura cupit perlustranda, laudatissimum adeat LIGHTFOOTVM l. c. p. 273. sqq.

§. 68. Ad u. 33. 34. 35. Ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ ἐπιορκήσεις etc. Rursum audistis, quod *dictum fuerit antiquis: Non peierabis*, sed persolues ea Domino, quae iuraueris. At ego dico uobis, ne iuretis omnino, neque per coelum, quia thronus Dei est, neque per terram etc. Iuramentum more, ex mente ueterum, legitimo, peractum tradunt TALMVDICI passim, ita tamen, ut qua circumstantias cerimoniarum diuersas in sententias abeant. Solemniter iuraturus olim constituebatur inter septem testes, unde uox נשבע, quae proprie sonat *inter septem collocatus est*, apud Hebraeos iuramento dedit nomen, ita, ut illis dicatur שבועה a numero septenario. GOODWINVS rotunde p. m. 624. Antiquus autem mos imponendi iuramentum hic fuit: *Tribue gloriam Deo Jos. VII 19. Joh. IX 24.* Deus itaque glorificatur iuramento, quia eo fit solemnis confessio diuinae *omnipraesentiae*, quod ubicunque praesens sit, item *omniscientiae*, quod sint πάντα τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, abditaque quaeque pernoscat, *ueritatis*, quod sit cultor ueritatis et ultor falsitatis, *iustitiae*, quod sit ἑκούσιος, promptus, *omnipotentiae*, quod satis uirium ipsi sit ad puniendum eos, qui Deo periurio illudunt. MAIMONIDES obiectum legitimi iuramenti ponit solum Deum, Hilc.

Hilc. שבועות, *Cap. XI. 1.* מצוה עשה שישבע מי שנתחייב שבועה בבית דין בשם שנ׳ בשמו תשבע זו מצוה עשה שהשבועה בשמו הגדול והקדוש מדרכי העבודה היא והדור וקדוש גדול הוא, להשבע בשמו ואסור להשבע בדבר אחר עם שמו וכל המשתף דבר אחר, עם שם הקדוש ברוך הוא בשבועה נעקר מן העולם שאין שם מי שראוי לחלוק לו כבוד שנשבעין בשמו אלא האחד ברוך הוא: *Praeceptum adfirmatiuum est, ut ille, qui in iudicio ad iuramentum adstringitur, iuret in nomine Dei Q. S. E. Deut. VI. 13.* in nomine eius iurabis. *Est ergo praeceptum adfirmatiuum. Etenim iuramentum nomine Magni atque Sancti Dei dictum pars cultus diuini est, Deus iuramento honoratur et sanctificatur. Prohibitum est una in nomine Dei et re aliqua iurare. Hinc omnis, qui nomine Dei Sancti et Benedicti aliud aliquid addiderit, ex mundo extirpabitur. Neque enim ullum nomen est honoris huius capax, ut per id creatura iuret. Haec gloria soli benedicto Deo competit.* Vid. MOS. KOTZENS. Praec. Adfirm. 123. Ad iuramentum quoque legitimum referunt, quando iusiurandum praestiturus Nominum DEI et Attributorum mentionem iniicit. MAIMONID. *Hilc.* שבועות, *Cap. 2.* אחד הנשבע או שתשביעו אחר בשם המיוחד או באחד מן הכינוין. כגון שנשבע במי ששמו חנון ובמי ששמו רחום ובמי ששמו ארך אפים וכיוצא בהן בכל לשון הרי זו שבועה גמורה: *Ius idem est, siue quis iuret, aut ab alio adiuretur per Nomen Dei Proprium, siue per Cognominum aliquod, ut si iuramentum fecit per Nomen eius, qui est gratiosus, per Nomen eius, qui est misericors, per Nomen eius, qui est longanimis, per eiusmodi alia, quocunque modo.* Atque hoc iuramentum dicitur perfectum. Ad defendendam huius iuramenti speciem recte adlegant uerba legis *Deut. VI. 13.* את יהוה אלהיך וגו׳ ובשמו תשבע: *Dominum Deum tuum timebis, et illum coles, et per Nomen eius iurabis:* Et item *Gen.*

 XXVI.

XXVI· 3. שים נא ידך תחת ירכי ואשביעך ביהוה אלהי השמים ואלהי הארץ: *Pone manum tuam subter femur meum, et adiurabo te per Dominum Deum coeli et Deum terrae*, ubi IOSEPHVS misisse ait (Lib. I· Antiqu. Iud. Cap. 16.) Abrahamum seruum illum, *ἐγκυσάμενον μεγάλαις πίστεσι· γίνονται δὲ αὗται τοῦτον τὸν τρόπον. Ὑπὸ τοὺς μηρους ἀλλήλοις τὰς χεῖρας ἐπαγάγοντες ἐπικαλοῦνταί τὸν Θεὸν μάρτυρα τῶν ἐσομένων; Magnis fidei sacramentis eum obstringentem, quae hoc modo fiebant. Vtrique inuicem manum sub femora mittebant, et inuocabant Deum testem eorum, quae futura essent.*

§. 69. Solemnis iurandi formula erat ביהוה אלהי ישראל, *per Dominum Deum Israel*, uel ביהוה אלהי חי, *per Dominum Deum uiuum.* Forensis iurandi formula, quae uocatur שבועה הדיינים a TALMVDICIS, MAIMONIDE *Hilc.* שבועות *Cap. XI·* §. 8. et MOS· KOTZ· *Praecept. Adfirm. 123.* his cerimoniis describitur: המשבע אותו ספר תורה בזרועו והוא עומד ונשבע בשם או בכינוי או בשבועה או באלה מפיו או מפי הדיינים: *Qui iurat, librum prehendit brachio suo, et stans iurat, per Nomen sanctissimum, aut Cognomen, aut iuramentum, aut execrationem, ex ipsius ore, aut ex ore iudicum.* SELDENVS *de Synedr. Vet. Hebr. Libr. II· Cap. XI· p. m. 309. Addiderunt*, inquit, *in iuramentis forensibus solemnioribus quandoque feretrum, culleum, seu utrem inflatum, et candelas, quae spiritu cullei extinguerentur, non sine execrationibus in peierantem horrendis, siue* a *Synedris, siue a ministris Synedrii proferendis, ut terrore sic, si fieri posset, periurium praeueniretur. Vnde et ad infamiae timorem augendum adhibiti saepius, ut in Excommunicatione grauissima et solemniori, Buccinarum clangores. Inter iudicum item monita, a circumstantibus in terroris augmentum, clamari est solitum. Num. XVI·* Recedite quaeso, a tabernaculis istorum uirorum impiorum, et nolite tangere quicquam, quod eorum est, ne forte consumamini omni peccato illorum. Vid. GEMAR· BABYLON· *Tit.* שבועות *Cap. VI.*

VI· fol. 39. 1. →Formula iuramenti prolixior a TALMVDICIS adfertur ſequens : הריני נשבע באלהי ישראל במי ששמו רחום במי ששמו חנון שאיני חיב לזה כלום וכן אם אמר הרי הוא ארור לה׳ או ארור למי ששמו רחום אם יש לזה כלום אצל: *Ecce iuro per Deum Iſrael, per eum, cui nomen miſericors, me reum huic non eſſe. Atque ita ſi dicat, ſe maledictum eſſe Domino, aut maledictum ei, cuius nomen miſericors, ſi quid habeat, quod aduerſario debeatur.* Delati autem a Synedris iuramenti forenſis uerba ita ſonabant : משביעין אנו אותך בה׳ או במי ששמו חנון שאין לזה בידך כלום והוא עונה אמן כעניין שנאמר והשביע הכהן את האשה בשבועת האלה ואמרה האשה אמן אמן או שאמרו לו הרי פלוני בן פלוני ארור לה׳ אלהי ישראל או למי ששמו חנון אם יש לפלוני אצלו ממון ולא יורה לו והוא עונה אמן: *Adiuramus te nos per dominum, aut per eum, cuius nomen eſt Gratioſus, quod in manu tua nihil habes, quod aduerſarii eſt. Et reſpondeat ille Amen, iuxta negotium illud* (de uxore ſuſpecta) *et adiuuet ſacerdos feminam per iuramentum et execrationem, et dicat femina Amen, Amen. Aut ad hunc modum, Ecce, N· maledictus ſit Domino Deo Iſrael, aut ei, cui nomen Gratioſus, ſi ſit apud N· res aliqua ipſius N· quam non illi agnoſcit, atque is reſpondet Amen.* Hoc ex capite אמן Hebraeorum adiurandi naturam ac indolem aliquando induit. MAIMONID· l. c. שכל העונה אמן אחר שבועה כמוציא שבועה מפיו ואחד העונה אמן או האומר דבר שעניני כענין אמן כגון שאמר הן או מחוייב אני הרי זו שבועה: *Quoniam quisquis adiuratus ab alio reſponderit Amen, eiusdem habendus eſt iuris cum eo, qui iuramentum ex ore ſuo protulerit. Neque diſcrimen eſt, ſiue quis Amen dicat, ſiue aliud aliquod uocabulum tantundem innuens, ut Etiam, ſeu Reus ſum, obligatus ſum hoc iuramento.*

§. 70. RESERVATIONES MENTALES, quas dicimus, longius ab iuramentis abeſſe oportebat, alias enim iuramentum fieret irritum· GEMARA BABYLON· *Hilc.* שבועות *Cap.*

Cap. III· fol. 29. 1. et Cap. VI· fol. 39. 1. Hilc. Nedarim Cap. III· fol. 25. 1. כשמשביעין אותו אומר לו היו יודע שלא על דעתך אנו משביעין אותך אלה על דעת המקום ועל דעת בית דין שכן מצינו במשה רבינו כשהשביע את ישראל אמר להן דעו שלא על דעתכם אני משביע אתכם אלה על דעת המקום ועל דעתי שנ׳ ולא אתכם לבדכם וגו׳: *Cum iurabant, dictum est, heus, scire oportet nos, haud adiurare te iuxta conceptum mentis tuae, sed iuxta conceptum Dei sanctissimi, uti et Synedrii, iuxta id, quod reperimus in eo, quod fecit Moses Magister noster, qui, cum adiuraret Israelitas, dixit eis, sciendum est uobis, me neutiquam uos adiurare iuxta conceptum uestrum, sed iuxta sententiam Numinis sanctissimi et mentem Dei ipsius. Secundum quod dicitur, nec uobiscum solum etc.* Hactenus in genere de Iuramento legitimo *formali*, siue, ut in scholis loquimur, *expresse tali* ac solemni dictum est. Sequitur iam iuramentum *implicitum*, siue *materiale*, quod quidem ritibus antea commemoratis destitutum fertur, atque sic minus solemne dici poterat, reapse tamen *effectiue*, saltim in foro poli, eundem cum solemni habuit effectum. MAIMONID· l. c. ולא השבועה בלבד אלא כל כנוי שבועה כשבועה וכל האומר לאו לאו שני פעמים דרך שבועה או הן הן והזכיר שם או כינוי הרי זה כנשבע: *Nec solum iuramentum ipsum, scilicet solemne et formale, uerum etiam, quicquid speciem iuramenti prae se fert, uelut iuramentum censendum. Ita etiam si quis dixerit :* NON, NON *bis modo, seu animo iurandi, aut* ETIAM, ETIAM, *et mentionem fecerit Nominis, seu Cognominis Dei, is censendus pro iurante.* אמר איסר לה׳ אן למי ששמו חנון שאעשה הואיל והוציא בלשון שבועה הרי היא כשבועה: *Si quis dixerit, etiam Domino interdictum sit, seu, cui nomen est Gratiosus, ut ego faciam, aut non faciam, cum illud protulerit modo iuramenti, etiam ut iuramentum hoc habendum. Qui alium iurantem audiens dixerit* ואני כמותך, *et ego*

ego ſicut tu etc. Ita quoque iuramentum praeſtitiſſe credebatur, qui adiuratus ab alio reſponderit אמן, *Amen.* Heic Chriſtiani, niſi abuſus acceſſerit, in Hebraeorum ſententiam, absque peccati committendi periculo, diſcedere poterant. Neque CHRISTVS omnem iuramenti eſum abrogandum cenſuit, quod contra illos notandum, qui iuramenta ſimpliciter e curia releganda putant, et maxime in eos inuehuntur, qui iuramentum religionis iuſto titulo exigunt. Quomodo cum ICtis in ſpecie iuramenta legitima diuidi poſſint in *iuramenta depoſiti, teſtimonii*, atque ſic amplius, heic non diſputo. Vide interim, ſi placet, LIGHTFOOTVM *Hor. Talmud. ad h. l.* et SELDENVM *de Synedr. Libr. II. Cap. XI. p. 311. ſqq.*

§. 71. Propius ad ſcopum noſtrum, nimirum ad iuramenta, quae reiicienda mandat SERVATOR, eſt deueniendum. Iudaei doctrinam de iuramentis memoria CHRISTI uariis traditionibus et additamentis conſpurcarant, unde CHRISTVS huc reſpicit, cum ait *ὀυκ ἐπιορκήσεις, non peierabis*, quae uerba SYRVS notanter admodum interpretatur : דלא תרגל במומתך, *quod non mentiaris in iuramento tuo*, et item ARABS : לא תחנת ימינך, *fidem non falle, perfidus non ſis in iuramento tuo.* Qua uerſione SYRVS et ARABS tacite, iuramenti in Eccleſia legitimi locum ſtatui poſſe, innuunt. Quando autem CHRISTVS regerit : *Ego autem dico uobis, non iurare* ὅλως, SYR. סך et ARABS אלבתה, *ullo modo*, tum non prohibetur legitimum, ſed fatuum et ſpurium, quod uel ex ipſa recenſione iuramentorum illegitimorum *μήτε ἐν τῷ ὀυρανῷ* etc. cognoſcitur, quales iuramentorum ſpecies ipſi HEBRAEORVM MAGISTRI, qui heic, ſi praeſens argumentum ſpectes, a ueritate non aberrant, reiectas uolunt. MAIMONID. *Hilc.* שבועות *Cap. XII. §. 3. et 4.* MOS. KOTZENS. *Praecept. Negat. 241.* מי שנשבע בשמים ובארץ ובשמש וכיוצא בהן אף על פי שאין כוונתו אלה למי שבראם אין זו שבועה וכן המשבע בנביא מן הנביאים או בכתב מכתבי הקדש אע״פ שאין כונתו אלא למי ששלח נביא, זה או למי

שצוה בכתב זה אין זו שבועה אע״פ שאין אלו שבועות מאיימין עליהם ומלמרים את העם שלא ינהגו קלות ראש בכך ומראין בעיניהם שזו שבועה ופותחין להם פתח ומתירין להם במה דברים אמורים בשאר כתבו הקדש אבל הנשבע בתורה אם נשבע במה שכתוב בה רערו על ההזכרות ואם נשבע בה כתם רעתו על הגויל ואין כאן שבועה נטלה בידו ונשבע בה הז׳ כמו שנשבע במה שכתוב בה ואסור: *Si quis iurauerit per coelum, et terram, et solem, ac similia, tametsi cogitauerit tantum de eo, qui creauit, iuramentum legitimum non est. Ita etiam si per Prophetam aliquem ex Prophetis, aut Scripturam aliquam ex sacris scripturis, tametsi cogitarit tantum de eo, qui Prophetam hunc misit, aut de eo, qui per Scripturam hanc quid iussit, iuramentum legitimum non est. Ceterum licet haec non sint iuramenta, quibus fides habenda, monere tamen solebant populum, ut nec hisce temere uteretur, cum etiam ipsis iuramenta esse uideantur. Et ostium eis aperiunt, et absoluunt eos. Quae dicta sic temperanda, ut iuret per id, quod scriptum est in ea, in mente habet Nomina in ea diuina. Sed si simpliciter per eam iurauerit, adeoque cogitans tantum de uolumine, haud ibi iuramentum legitimum praestatur. Sed si ceperit eam in manus suas, et per eam iurauerit, idem est, ac si iurasset per id, quod scriptum est in ea, et obligatur.*

§. 72. De iuramentis per creaturas erudite PFEIFFERVS in *Antiquit. Hebr. Cap. XXIII. p. m. 186.* edisserit. Iurare temere et futiliter per creaturas, perquam familiare et solemne erat. In *Juchasin f. 56. 1.* Cum Rabbinorum quorundam per templum iurantium mentio iniecta esset, subiicitur: וכך מנהג בישראל: *Et sic mos fuit in Israel*, scilicet iurare per Templum. *Tract.* כריתות *Cap. I. 7.* אמר רבן שמעון בן גמליאל המעון הזה לא אלין הלילה עד שיהוא בדינרין: *Dixit Rabban Simeon Ben Gamaliel, per Templum, non pernoctabo nocte*

nocte hac, donec ualeant denarios., GLOSSA BARTENORIANA : המעון הזה שבועה היא Per Templum hoc : *Est formula iuramenti.* Sed eiusmodi iuramentorum exempla ex ipso Talmude produci facile possunt. Per coelum *Berachoth fol. 55. 2.* השמים כן הוא, *per coelum, res ita est.* Per Templum duplici formula iurabant המעון הזה, *per habitaculum hoc*, et היכלה, *per Templum.* Prior occurrit in כריתות *fol. 8. 1.* l. c. Conf. *et fol. 25. 1. et Ketubh. fol. 27. 2. et Baua Bathra fol. 166. 1.* ubi GLOSSA : בבית המקדש נשבע, *per domum Sanctuarii iurat.* Posterior in *Kidduschin fol. 71. 1.* ubi R. JOCHANAN היכלה בידינו היא, *per Templum, res est in manu*, scilicet potestate nostra etc. GLOSSA : שבועת בהיכלו של מקום: *Est iuramentum per Templum Dei :* Per altare suetos esse iurare, patet ex *Echa rabbaesi Cap. II. 10.* במה השביעוי יוסי בר חנינה אמר במזבח הפנימי: *Quomodo iurare uoluit eum ? R. per altare interius.* Et nescio, sintne huc referendae istae, siue iurandi, siue uouendi formulae, quae extant in *Nedarim Cap. I. f. 13. 1.* לאימרא, *agnus*, לדירים, *caulae*, לעצים, *ligna*, עצים כאישים, *ignita*, למזבח, *altare*, היכל, *templum*, לירוש׳ כי רוש *sed nondum iurandi finis est.* Iurarunt etiam per Mosen. HIEROSOL. *Megillah Cap. ult. fol. 75. 3.* et HIEROSOL. *Haraioth Cap. III. f. 47. 4.* etc. Per coronam regis הנא דמלכא *Kidduschin fol. 9. 1.* per uitam regis בחיי המלך, *Rosch haschana fol. 17. 2.* Sic CALVINVS et alii uolunt, Iosephum iurasse per uitam Pharaonis *Gen. XLII. 16.* praesertim cum ABEN ESRA scribat ad *Exod. XX. 7.* Ægyptiis solemne esse iurare per caput regis. Hinc CALVINVS, PISCATOR, aliiue adulationis et temeritatis postulant Iosephum. Sed conferatur B. GERHARDVS in *Gen. p. 753.* Per uitam Rabbinorum בחייהן רבנן, *Pesachin f. 113. 2.* Per uitam propriam. Ita enim exponenda uidentur uerba ista in *Sanhedr. fol. 24. 2.* דור לי בחיי ראשך, *iura mihi per uitam capitis tui.* Conf. WEMMERIVS *Instit. Grammat. p. 24.* LVDOLFVS

FVS *Lex. Ath. col. 112.* Alia hac .. e mittemus. E dictis autem clara lux loco *Matth. V. 33. sq.* Vid. BVXTORFF. *Lexic. Talmud. 608. 1586. 1595. 2314. 2441.* Et SELDEN. *de Synedr. Vet. Hebr. Libr. II. Cap. XI. p. 305.*

§. 73. Mahumedem per Alcoranum, per Angelorum ordines, per uentos, per nubes, per aequoris naues, per coelum, per ſtellas, item per montem Sinai, per diem reſurrectionis atque ſic amplius iurare, idem fuſius commemorat l. c. *p. 297.* De Iuramentis Ethnicorum itidem multa adfert commemoratione digna *p. 286. ſqq.* In foedere illo uetuſto Smyrnaeorum et Magnetum Magnetes iurabant διὰ γῆν, ἥλιον etc. *per terram, ſolem* etc. Habet SELDENVS *p. 290.* Creticum marmor, quo ſequentia legimus inſculpta:

ΟΜΝΕΩ ΤΑΝ ΕϹΤΙΑΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΖΗΝΑ ΤΟΝ ΚΡΗ
ΤΟΓΕΝΙΑ ΚΑΙ ΤΑΝ ΗΡΑΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΖΗΝΑ ΤΟΝ
ΤΑΛΛΑΙΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΟϹΕΙΔΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΑΜΦΙ
ΤΡΙΤΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΧΑΤΩΝ Κ᾽ ΑΡΤΕΜΙΝ ΚΑΙ ΑΡΕΑ
ΚΑΙ ΤΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΕΛΕΥϹΙΝΑΝ ΚΑΙ
ΒΡΙΤΟΜΑΡΤΙΝ ΚΑΙ ΕΡΜΑΝ ΚΑΙ ΚΩΡΗΤΑϹ
ΚΑΙ ΝΥΜΦΑϹ ΚΑΙ ΤΩϹ ΑΛΛΟϹΙΩϹ ΠΑΝΤΑϹ ΚΑΙ
ΠΑϹΑϹ

Iuro Veſtam et Iouem in Creta genitum, et Iunonem, et Iouem Tallaeum

Tallaeum et Neptunum, et Amphitritem, et Chaton, et Dianam, et Martem, et Eleusinem, et Britomartin, et Mercurium, Curetes et Nymphas et Deos alios cunctos, cunctasque. Vid. MARM. ARVNDELL. *p. 27. 147.* De PERSIS confer. BRISSON. *de Regno Pers. Libr. I. p. 224. et Libr. II. p. 347.* CHRISTVS itaque et Judaeorum et Gentilium iurandi morem omnino damnat u. 37. suauiter monens: Ἔστω ὁ λόγος ὑμῶν, Ναὶ, ναί. οὔ, οὔ. MAIMONID. *in Peah Cap. V.* משאן ומתנן של תלמידי חכמים באמת ובאמונה אמר על לא לא ועל הן הן: *Datio est acceptio* (id est transactio) *inter discipulos sapientum sit in ueritate et fide, dicendo* EST, EST, NON, NON. *Gittin Cap. VII. Hal. 1. Si lunatico dicitur: Num libellum repudii conscribemus uxori tuae? Ille autem capite annuat, ter experiuntur, et si ille respondeat* על לאו לאו ועל הן הן NON, NON, *atque* ETIAM, ETIAM, *conscribant illi, ac dent uxori.*

§. 74. Ad u. 41. καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν; *Et qui te adegerit ad miliarium unum, abito cum illo duo.* Ἀγγαρεύειν designat aliquem, uiolentia adhibita, cogere ad suscipiendum iter. Vox haec est origine Hebraeo-Talmudica, siquidem אגר et הגר designat *peregrinari, mercede conducere.* Vnde אגיר, *seruus, mercenarius*, אגרא et אגרת, *epistola*, praesertim *dimissoria*, eine Missiu, quam nuntii circumferebant per prouincias, magistratuum sigillis munita, item אגרת בקורה, *epistola solemniter adfixa*, aut promulgata, de uenditione domus, aut agri, per auctionem, cum solemni formula: *Ager, aut domus uenumit, pro tali, uel tali summa pecuniae, qui aliquid cupit superaddere, ueniat, et det.* הגירה *fuga sigillatim Muhammedis*, quae contigit A. C. 622. et aerae Turcicae dedit nomen et originem, הגר, *Hagar*, ancilla Sarae, mater Ismaelis, a qua Ismaelitae הגראים, *Hagareni*, ueluti profugae et uagabundi, dicti, quae uox et *Hungaris*, dagesch forti in ג resoluto, nomen tulit. Quia ergo Chaldaei, Talmudici, Arabes, Turcae, Persae, addo Graeci, Dagesch forte saepius in נ, hoc est in literam N. resoluunt, exinde factum ἄγγαρος et ἀγγαρεύειν, quae uoces deinceps in Persiam uenerunt, et nihil aliud significant, quam mancipia ad itinera (bey der Post) compellere. LEIGH. *Critic. S. N. T.* p. 5.

Dixerim ἀγγαρεύειν esse cogito inuitum. Vid. SCVLTET. *Exercit. Euangel. Libr. II. Cap. 28.* Angaros, nemo nescit, Persis dictos fuisse Tabellarios regios, literas sibi inuicem perferentes. Nam certis itinerum spatiis mutabantur. Vid. DRVSII *Obseru. S. ad h. l.* POLVS *ad Matth. V. 41. p. 182.* Angari Persis dicebantur regum nuncii, siue tabellarii, qui certis stationibus dispositi erant, quorum alter alteri tradidit literas, ut ita celerius perferrentur. Hodie Postas uocamus, quasi positas cursorum stationes. Persarum cursoribus fas erat, ad cursum rapere cuiusuis equos, uel naues, uel plaustra, uel ipsos etiam homines, *Matth. XXVII. 32.* CHRISTVS hic loquitur de angaria hac personali. Angariae autem locus erat praecipue expeditionis tempore, quo milites, dum exercitus procederent, angariare solebant. Hac uoce angariae utuntur Scriptores Hebraei. In libro παιδείας *Cap. 10. R. Eleazar peragrabat oppida, et regiones studio discendae legis. Inuenerunt eum serui eius, fecerunt ei angariam. Dixit eis: Sinite me, ut abeam ad discendum legem. In Nedarim Cap. 4.* etc. Erat autem hoc seruitutis genus pene intolerabile. HERODOTVS *in Vrania*, ratione ἀγγαρείας reddita, subnectit Τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον. SVIDAS: Ἄγγαροι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. Οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ἀστάνδαι, τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά, quocum consonat HESYCHIVS. Etymolog. uetus ἄγγαρος est ἐργάτης, ὑπηρέτης καὶ ἀχθοφόρος.

§. 75. Fuerunt ergo ἄγγαροι infimae conditionis homines ex seruorum ordinibus. Vid. HEINSIVM ad h. l. et LAVR. RAMIREZIVM de PRADO *in Pentecont. Cap. XV.* Antiquis igitur serui, Magistris discipuli, per uias et stationes decurrebant, urgente necessitate, cuiusuis asinum, uel naues, aut ipsos homines, praecipue seruos, in cursum rapere fas erat, proinde etiam Asini subinde ramis palmarum, ad uiarum exitus, in uia regia, circa instans festum, in peregre aduolantium usus, adligabantur, iuxta *Lexic. Aruch. S. 131. f. 3.* in med. BABYLON. *Nedarim fol. 32. 1. Dicit R. Eliezer: Quare punitus est Abraham pater noster, et adflicti sunt filii eius in Aegypto ducentis et decem annis?* מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים QVIA ANGA-

ANGARIAVIT DISCIPULOS SAPIENTUM, *ficut dicitur* וירק את חניכיו, *armauit catechumenos ſuos Gen. XIV· 14.* Idem fere commemoratur de rege Aſa, *Sota fol. 10. 1. Quaerit Rabba; quare punitus eſt Aſa?* שעשה אנגר יא בתלמידי חכמים QUIA ANGARIAVIT DISCIPULOS SAPIENTUM, *ficut dicitur:* Et rex Aſa conuocauit omnem Iudam, nemine excepto etc. *1. Reg. XV· 22. Baua Mezia Cap. VI· Hal. 3.* aſini ad iter montanum conducti fit memio, ubi GLOSSA: או שנעשית אנגריא, *ſi angariatus fuerit*, id eſt, ſi eum arripiant ad opus aliquod regis. Vult ergo CHRISTUS homines commonefacere et adhortari, ne inſurgant iniurias delatas referendo, ne legem talionis in actores ſuos exigant, ſed ut molliter omnia ferant ex iure ἐπιεικείας, de quo alibi ſatis a nobis eſt dictum.

CAPUT VI

§. 1.

Ad u. 5. *6.* 7. Hypocritae ſolebant in angulis platearum ſtantes orare. MAIMON· *Tract.* תפלה *Cap. V·* אין מתפללין אלה מעומד היה יושב בספינה או בעגלה אם יכול לעמוד יעמוד ואם לאו ישב במקומו ויתפלל חולה מתפלל אפילו שוכב על צדו והוא שיכול לכוין את דעתו: *Nequit precatio, niſi a ſtante fundi. Qui in naui, aut curru conſidet, hic, ſi ſtare poterit, ſtare tenetur. Sin ſedeat in loco ſuo, atque precetur Aegroto, uel inclinanti in latus ſuum, orare licitum, modo queat cogitata ſua intendere.* Idem *l. c. Cap. XI· orabant in plateis, in feſtis et publicis ieiuniis.* BABYLON· *Beracoth fol. 26. 2. Scriptum eſt:* Et ſurrexit Abraham multo mane ad locum, ubi ſteterat coram Domino: ואין עמידה אלה תפלה *At ſtare nihil aliud fuit, quam orare,* ſicuti dicitur ויעמד פנחס ויפלל, et ſtetit Pinehas, et orauit. HIEROSOL· *fol. 20. 1. Ingreditur quis in Synagogam* ומצאן עומדין לתפלה *inuenitque illos ſtantes in oratione.* Vide

de plura apud LIGHTFOOT· *Hor. Talmud. ad Matth. VI· 5. p. 293.*

§. 2. *Orantes ne ſitis multiloqui, βαττολογήσητε.* Iudaeos, abſente corde, βαττολόγυς, uerborum ambagibus ad DEVM acceſſiſſe, ac preces non ex integritate oraturi, ſed multitudine uocum olim diiudicaſſe, eorum ſcripta luculenter teſtantur. *Hieroſol. Taanith* fol. 6. 7. 3. כל המרבה בתפלה נענה *Omnis multiplicans orationem exauditur.* Huius rei teſtes ſunt MAIMONID· *Tract. Theſchuba* Cap. II· ARBA TVRIM *Hilc. Orach. Chaiim* §. 607. MISCHNA et GEMARA *Tit. Ioma Cap. VIII· Tit. Sanhedr. Cap. VI·* §: 2. אינו צריך לפרסם עצמו ועזות פנים הוא לו אם מגלה. אלה שב לפני האל ברוך הוא ופירט חטאיו לפניו ומתודה עליהם לפני רבים סתם: *Neceſſe non erat, ut peccator ſcelera ipſa propalaret. Etiam impudentia quaedam in eo fuiſſet, ſi ea reuelaſſet. Sed poenitentia agenda coram Deo Benedicto, et coram eo ſingula recenſenda eiusmodi peccata, coram pluribus autem confitenda ea uerbis generalibus.* Poſſedit SELDENVS codicem *Ritualem MStum* peruetuſtum, in quo deſignatio peccatorum et confeſſio prolixior inſigne πολυλογιάς exemplum oculis noſtris ſubiicit. Anteloquium in genere peccata in memoriam reuocat ſequentem in modum: יהי רצון מלפניך י׳י אלהינו ואלהי אבותינו שתמחול לנו על כל עונותינו ותסלח לנו על כל פשעינו ותכפר לנו על כל חטאתינו: *Placeat tibi, o Domine, Deus noſter, et Deus Patrum noſtrorum, ut condones nobis iniquitates noſtras omnes, et remittas nobis uniuerſas praeuaricationes noſtras, et expies nos ab omnibus peccatis noſtris.* Confeſſio autem peccatorum hunc in modum ſubiungitur:

על חט׳ שחטנו לפניך באונס
ועל חט׳ שחטנו לפניך ברצון
ועל חט׳ שחטאנו לפניך בבלי דעת
ועל חט׳ שחטאנו לפניך בגלוי עריות
ועל :

ועל חט' שחטאנו לפניך בגלוי
ועל חט' שחטאנו לפניך ברעת ובמרמת
ועל חט' שחטאנו לפניך בדיבור פה
ועל חט' שחטאנו לפניך בהרהור הלב
ועל חט' שחטאנו לפניך בוועידת זנות
ועל חט' שחטאנו לפניך בזרון
ועל חט' שחטאנו לפניך בחילול השם
ועל חט' שחטאנו לפניך בחוזק יד
ועל חט' שחטאנו לפניך בטיפשות פה
ועל חט' שחטאנו לפניך בטומאת שפתים
ועל חט' שחטאנו לפניך ביצר הער
ועל חט' שחטאנו לפניך ביורעים
ועל חט' שחטאנו לפניך בלא יודעים

סלח לנו מחול לנו כפר לנו

ועל חט' שחטאנו לפניך במקח שוחד
ועל חט' שחטאנו לפניך בכחש ובכזב
ועל חט' שחטאנו לפניך בלשון הרע
ועל חט' שחטאנו לפניך בלצון
ועל חט' שחטאנו לפניך במשא ומתן
ועל חט' שחטאנו לפניך במראית העין
ועל חט' שחטאנו לפניך בנשך ובמרבית
ועל חט' שחטאנו לפניך בנטרת גרון
ועל חט' שחטאנו לפניך בשיח שפתותינו
ועל חט' שחטאנו לפניך בסיקור עין
ועל חט' שחטאנו לפניך בעינים רמות
ועל חט' שחטאנו לפניך בעזות מצח

ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בפריקת עול
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בצריות דיע
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בקלות ראש
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בקפוצת יד
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בריצת רגלים להרע
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	ברשע
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בשגגה
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בשנאת חנם
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בתמהון לבב
ועל	חט׳	שחטאנו	לפניך	בתשומת יד

סלח לנו מחול לנו כפר לנו

ועל	חטאים	שאנו	חייבין	עליהם	אשם
ועל	חטא׳	שא׳	חייב׳	עליה׳	חטאת
ועל	חטא׳	שא׳	חייב׳	עליה׳	קורבן עולה
ועל	חטא׳	שא׳	חייב׳	עליה׳	קורבן עולה ויורד
ועל	חטא׳	שא׳	חייב׳	עליה׳	כרת
ועל	חטא׳	שא׳	חייב׳	עליה׳	מיתה בידי שמי׳
ועל	חטא׳	שא׳	חייב׳	עליה׳	מלקות ארבעים
ועל	חטא׳	שא׳	חייב׳	עליה׳	מכת מרדות .

ועל כולם סלח לנו מחול לנו כפר לנו

על חט׳ שא׳ חייב׳ עליה׳ ארבע מיתות בית דין סקילה שריפה הרג וחנק על מצות עשה ועל מצות לא תעשה וגו׳

Id

Id est

Peccata, quae in te commisimus per uim coacti, et peccata, quae in te commisimus sponte, (ubi per ברצון, linea traducta, adiicitur in ora codicis *manu perantiqua* באמוץ הלב, *corde, seu animo obfirmato*) *Peccata, quae commisimus in te ex ignorantia, et peccata, quae commisimus in te per reuelationem turpitudinum, peccata, quae commisimus in te aperte* (adiici solet ובסתר *et secreto*) *et peccata, quae commisimus in te scienter et fraudulenter, peccata, quae commisimus in te per loquelam oris, et peccata, quae commisimus in te per cogitationes cordis, peccata, quae commisimus in te per congressus lasciuos, et peccata, quae commisimus in te praesumtuose* (adiicitur manu alia, sed perantiqua, בשגגה, *ex errore*) *peccata, quae commisimus in te per profanationem nominis tui, et peccata, quae commisimus in te manu uiolenta, peccata, quae commisimus in te ex stultitia oris, et peccata, quae commisimus in te ex immunditie labiorum, peccata, quae commisimus in te ex cogitationibus malis, et peccata, quae commisimus in te, scientibus aliis, et peccata, quae, inscientibus aliis, commisimus in te.*

REMITTE NOBIS CONDONA NOBIS EXPIA NOBIS

Peccata, quae in te commisimus per acceptionem munerum, et peccata, quae in te commisimus per fallacias et mendacia, peccata, quae in te commisimus lingua mala, et peccata, quae commisimus in te deridendo ac ludificando, peccata, quae commisimus in te negotia inter nos transigendo, et peccata, quae in te commisimus ex oculi uisu, peccata, quae in te commisimus per extorsionem et usuram, peccata, quae in te commisimus ex inclinatione gutturis, peccata, quae commisimus in te ex meditatione etiam in labiis nostris, et peccata, quae in te commisimus ex oculo fucato, peccata, quae in te commisimus per oculos nimis elatos, et peccata, quae in te commisimus fronte obdurata, peccata, quae commisimus in te per iugi reiectionem (iuxta adiicitur alia manu עח״ש בפלילות, *peccata, quae commisimus in te in iudiciis*) *et peccata, quae commisimus in te ex industria mala* (adiicitur ובצרות עין, *et ex oculi industria*) *Peccata, quae in te commisimus ex leuitate, seu elatione capitis, et peccata, quae in te commisimus manum occludendo* (adiicitur

בקשיות עורף, *per duritiem ceruicis*) *Peccata, quae commisimus in te per pedum cursum in malum* (adiicitur alia manu : על חטא שחטאנו ברכילות: *Peccata, quae commisimus in te mercaturam exercendo*) *et peccata, quae commisimus in te per improbitatem,* (ubi linea per רשע traducitur.) *Peccata, quae commisimus in te ex errore* (ubi linea item per בשגגה traducta substituitur בשבעות שוא, *per iuramentum uanum*) *et peccata, quae commisimus in te, cum odio aliquem immerito habuerimus, peccata, quae commisimus in te per positionem manus*

REMITTE NOBIS CONDONA NOBIS EXPIA NOBIS

Peccata, quorum nomine debemus nos hostiam pro reatu, peccata, quorum nomine oblationem debemus nos pro peccato, peccata, quorum nomine debemus nos oblationem holocausti, peccata, quorum nomine debemus nos oblationem holocausti, et quae circa holocaustum est, peccata, quorum nomine debetur nobis poena Cerith, seu exscissionis, *peccata, quorum nomine debetur nobis poena per manus Dei,* seu diuinitus, *peccata, quorum nomine debetur nobis poena quadraginta plagarum, peccata, quorum nomine debentur nobis plagae ob contumaciam.*

ET VNIVERSA HAEC REMITTE NOBIS CONDONA NOBIS EXPIA NOBIS

Sed linea per petitionem hanc in MS. traducitur. *Peccata, quorum nomine debentur nobis ultimi supplicii forensis genera illa quatuor lapidatio, occisio per gladium, combustio, strangulatio, siue praecepta, in quae commissa sunt, adfirmatiua fuerint, siue negatiua.* Addunt alii על חשתע נידוי, *peccata, quorum nomine debetur nobis Excommunicatio per Niddui,* et על השח"ע חרם, *peccata, quorum nomine debetur nobis Excommunicatio per Cherem.*

§. 3. Quemadmodum Hebraei effigendis in ritibus admodum erant multi : Ita maxime mittendis in precibus cerimoniis tenebantur, a maioribus traditis, innumeris propemodum, licet HEBRAEORVM MAGISTRI harum in consuetudinum explicatione mirum in modum ab se inuicem discedant. Nos paucis multa complectemur. Quum plerique inter

ter precandum ad ſtandi ſe conſuetudinem conferrent, locus in templo, quo DEVS inuocaretur, nomine מעמר, ueluti *ſtationis*, uenit, qua notione locus etiam inſigniebatur, ubi ſtabant lugentes in funeribus, ibique eos alii, adferendae conſolationis cauſſa, adirent. MAIMONID. *Hilc.* תפלה *Cap. V.* מתפללין במקום שמעמר שהיו מתפללין לדרך עומר קדם גם קראו עזרה הוא בית תפלה: *Iſraelitae in Templo non orant, niſi loco illo, qui dicitur* מעמר, *quod precaturi ſtandi conſuetudine uterentur, olim etiam uocarunt* עזרה, id eſt, *auxilium Dei.* Hic locus itidem adpellatur בית תפלה, *domus precationis.* Eiusmodi בתי תפלות fuerunt Synagogae, cum primis להתפלל, *ad orandum*, extructae. MAIMONID. *Tract.* תפלה *Cap. XI.* כל מקום שיש בו עשר מישראל צריך להכין בית שיכנסו בו לתפלה בכל עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת: *Vbicunque decem Iſraelitae ſunt, extruenda eſt domus, quae tempore precum adiri poteſt. Hic autem locus dicitur domus congregationis.* Oraturi quoque caput operiebant, faciem uerſus Hieroſolymas uertentes, quod itidem tradit MAIMONID. *Hilc.* תפלה *Cap. V.* GEVERVS *de Luctu Hebraeor. Cap. XI. §. 2. p. m. 161.* perbelle : Ex eodem reuerentiae fonte haud dubie manauit quoque, quod Moſes tegit faciem coram rubo, ne conſpiceret Dominum *Exod. III. 6.* id quod imitabatur etiam Elias, faciem ſuam adoperiens באררת, *pallio ſuo prophetico piloſo* (quod excuſſum explicatumque uideſis apud FVLLERVM *Libr. IV. Miſcell. Cap. 7.*) *1. Reg. XIX. 13.* Huc referre forſan poterimus eccleſiarum noſtrarum conſuetudinem, qua precaturi uiri pileo ſuam contegere ſolent faciem, feminae autem in Templis aſſidentes, eandem ad genua declinare, ubi tamen et hoc accedit, quod ea ratione minus turbari debeat deuotio per occurſantia ſenſibus obiecta externa, quod etiam geſtus inter orandum in uultu ſuborti minus et uideri et rideri queant a profanis. Quomodo uero Hebraei adorauerint olim prono in terram uultu (quod proprie uult השתחוה) quare etiam Iudaei moderni quotidie ad ueſperam in ſynagoga

oratum uenientes, uelent faciem capite in finiftrum latus propendentes, nimirum ne alter alterius audiat forte confeffionem etc. recenfet CL· BVXTORFF· *Cap. VIII· Synag. Iud. p. m. 204.* Imo feuere etiam pueri eorundem adiguntur, a feptimo ad XIII· aetatis annum, incedere capite operto, poft hunc uero annum interdictum eft penitus capite nudo ambulare, idque propter SCHECHIna, id eft, maieftatem Domini ubiuis etiam reuerendam, ibid. *Cap. III· p. 107.* Vocabant Iudaei integumentum, quo precaturi fe operiebant טלית, *Talles*, de quo plura diximus p. 53. Orantes recitabant phylacteria; de quibus infra uerba fumus facturi. RABBENV ASCHER *in Berac. fol. 693.* *Cum quis uefpere ab agro fe domum confert, ne dicat, ibo in domum meam, fed primo fe conferat ad fynagogam, et, fi habilis fit ad lectionem, legat quid; Si ad recitandas traditiones, recitet, et deinde recitet phylacteria, et precetur.* Preces in plateis ad Deum mittebant. MAIMONID· *in* תפלה *Cap. XI· Orabant in plateis in feftis et publicis ieiuniis.* LIGHTFOOT· l. c. p. 294. *Hierofol.* ubi ante: *dixit R· Jochanan: Vidi ego R· Iannai ftantem atque orantem in plateis Tfipporis, et progredientem ad quatuor cubitos, atque orantem orationem addititiam.* Duae res praecipue hypocrifin eorum hic actitarunt 1. Quod de recitandis phylacteriis, precibusque adiunctis adeo cautum eft (intra iuftum tempus id fieri) ut ubicunque quis effet pofitus, cum adueniret praefinitum tempus, ad orationes fe recipiat protinus, architectus uel in culmine arboris, infidens afino illico defcendat, et recitet etc. Haec ipfiffima funt Canoniftarum exempla, quae cum pluribus uide in *Berachoth Cap. 1. 2. 3. 4.* Anfam ergo hinc nacti funt flatuofi illi hypocritae fe oftentandi, adueniente enim orationem phylactericarum hora, curae atque induftriae iis fuit, ut in plateis deprehenderentur, quo magis, tempore Canonico eos ad preces illic cogente, ab omnibus confpicerentur, et zelum ac religionem eorum miraretur uulgus, applauderetque. Cui hypocritico faftui et hunc etiam non raro adiiciebant, ut longiffima paufatione uterentur, et ante inceptas orationes, et poft finitas, ita, ut per tres horas continuas ufitatiffime confpicerentur in habitu pofiti et ftatu precatorio. Vid. BABYL· *Berachoth fol. 30. 2. et 32. 2.* ita, ut non fine ratione infa-

ſaniuerint Canoniſtae, cum ab ortu aurorae ad horam diei usque tertiam ſpatium indulſerint precibus phylactericis, quoniam uix intra minus ſpatium eas abſoluerint trihorarii iſti precatores, per horam totam pauſantes, ante preces inceptas, tantum temporis poſt finitas. 2. Ad eiaculationes, preces et benedictiones ſeſe addixerunt, ex occurſu cuiuslibet fere rei, uel in plateis, uel in uia obuiam euntis. *Cum uideret quis locum, in quo editum eſt aliquod miraculum pro Iſraele, locum, a quo eradicata eſt idololatria, aut locum, in quo iam aderat idolum, oratiuncula eſt utendum. Cum uideret quis Aethiopem, nanum, curuum, mancum etc. benedicendum. Arborem uidens pulchram, aut faciem formoſam, benedicat, Benedictus ſit ille, qui creauit creaturae formoſitatem etc. Berachoth Cap. IX.* De numero orationum cotidie recitandarum inter doctores non conuenit. Plerique octodecim preces, per diem ad Deum miſſas, ſtatuunt. BABYLON. *Berachoth. fol. 28. 2. Dicit Rabban Gamaliel, unoquoque die oret unusquisque octodecim orationes. R. Ioſua dicit* יתפלל מעין י״ח *oret ſummulam iſtarum octodecim. At R. Akibah dicit* אם תפלתו שגורה בפיו מתפלל י״ח ואם לוא מעין י״ח: *Si expedita ſit oratio in ore eius, oret octodecim, ſin minus, oret ſummulam iſtarum octodecim.* Vid. HIEROS. *Taanith fol. 65. 3.* Phariſaeos tamen alias quasdam preces, ex ſingulari praetenſa ſanctitate, adieciſſe, complures exiſtimant. Preces indies bis, aut ter, aliquando quater et ſaepius, tempore praeſertim belli, aliisque tempeſtatibus ſubortis, Deo ferebant. Ordinarie ter precabantur plerique per diem, horis nempe diei ſacri maioribus, uidelicet tertia, ſexta et nona, quo trahunt illud *Pſ. LV. 18. Veſpere, et mane, et meridie,* LVTHERVS: Des Abends, Morgens und Mittags wil ich klagen und heulen, ſo wird GOtt meine Stimme hören, et exemplum *Danielis Cap. VI. 10.* qui ter cotidie genua flexit, preces ad Deum miſſurus. Vid. Lundii Jüd. Heiligth. *Libr. V. Cap. III. p. 936.* qui ſubnectit: So ſtehet auch von Petro und Johanne, daß ſie hinauf gegangen in den Tempel, um die neundte Stunde, da man pflegt zu beten. Da das Abend-Opffer geopffert, und daheim in allen Städten, und auch in Jeruſalem gebetet ward, *Act. III. 1.* Wie ſich ſonſt die Juden vormal in ihren Gebeten, nach dem Ort, da der Tempel, oder vorher die Stiffts-Hütte) war, gewendet, wie ſie ihre Denck-

Zettel

Zettel angelegt, wie sie ihre Köpffe verhüllet, ist anderswo, bey gelegner Zeit und Ort, von mir gedacht worden. Sie hatten auch unter wehrenden Beten keinen Beutel bey sich, und wie sie mit blossen Haupte nicht beteten, alsso beteten sie nie mit blossen Füssen. Vid. BVXTORFF· *Lexic. ad Voc.* מנח *et not. ad Cosri P. III· §. 5. et* DRVSII *Praeterit. Libr. V· ad Act. III· 1. et X· 10. etc.*

§. 4. Ad u. 9. ὅυτως ὄυν προσεύχεσθε ὑμεῖς, ΠΆΤΕΡ ΗΜΩ͂Ν etc. Obseruant nonnulli cum LIGHTFOOTO, doctores olim Iudaeorum orationum formulas tradidisse discipulis, id quod ex Iohannis exemplo demonstratum dare satagunt, de quo *Luc. XI· 1.* legitur: *Et factum est, quum oraret quodam in loco, ut cessauit, dixit quidam ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sic ut et Iohannes docuit discipulos suos;* Quosdam praesertim precibus statis, aliisue ab se formatis, oratiunculam aliquam adiecisse, arbitrantur, quem in finem adlegant BABYLON· *Berac. fol. 16. 2.* ר׳ א׳ בתר דמסיים צלותיה מאר הכי *R· Eliezer, cum orationes suas finiisset, sic dicere est solitus: Sit beneplacitum tuum, Domine, ut habitet in sorte nostra amor et fraternitas etc.* R· Iochanan, *cum finiisset orationes suas, sic dicere est solitus: Sit beneplacitum tuum, Domine, ut obserues contumeliam nostram, et respicias miserias nostras etc.* Pergit ille ad quaelibet fere uerba orationis Dominicae addere formulam Iudaicam, sequentem in modum: 1) Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς ὀυρανοῖς. MAIMONID· in תפלות אבינו שבשמים, *Pater noster, qui es in coelis, nobiscum agas, sicut promisisti per Prophetas.* SOTAH· *Cap. IX· Hal. 15.* ter hoc recitatur: *Quemnam habemus, cui innitamur?* על אבינו שבשמים *super Patrem nostrum, qui est in coelis.* HIEROSOL· *Maaseroth fol. 50. 3. Patri uestro, qui est in coelis, non dedistis, sed mihi sacerdoti.* 2.) ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. In scholis Iudaicis hoc obtinuit pro axiomate כל ברכה שאין בה מלכות אינה ברכה: *Ista oratio, in qua non est memoria regni Dei, non est oratio.* BABYL· *Berac. fol. 40. 2.* ubi haec etiam adduntur: *Dicit Abai, Huic par censendum est illud τοῦ* Rabh, *quod traditur* לא עברתי ממצותיך ולא שכחתי: *Non transgressus sum praecepta tua, nec sum oblitus* (uerba sunt primitias offerentis, Deut. XXVI· 13.) *Non transgressus sum, id est, non agendo gratias: Et non oblitus sum,*

sum, id est, non oblitus sum, memorare nomen tuum. At a R· Iochanane sic traditur: Et non oblitus sum, memorare nomen tuum et regnum tuum. 3.) Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ etc. *Quaenam est oratio breuis?* R· Eliezer dicit עשה רצונך בשמים, *uoluntatem tuam fac in coelis, et dato quietem spiritus timentibus te infra, uel in terris.* BABYL· *Berac. fol. 29. 2. et fol. 16. 2.* 4.) τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, id est, panem crastinum prouide, et da nobis, hodie, ne soliciti simus de crastino, ut uerba tricesimo quarto. ἐπιούσιος ab ἐπιών, ἐπιοῦσα etc. non ἐπούσιος ab ἕπειμαι. BABYL· *Berac. Necessitates populi tui Israelis sunt multae, et cognitio eorum tenuis, ita, ut non norint necessitates suas patefacere, sit beneplacitum tuum, ut des unicuique* כדי פרנסתו, *quod sufficit in alimentum etc.* 5.) ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. *Rabbi* (Iudah) *precari sic fuit solitus: Sit beneplacitum tuum, ut liberes nos ab impudentibus et impudentia, ab homine malo, et ab occursu malo, ab effectu malo, a socio malo, a uicino malo, a Satana destructore, a iudicio duro, et ab aduersario tuo etc.* BERAC· *fol. 16. 2.* 6.) ὅτι σου ἐστιν ἡ βασιλεία etc. In Liturgia publica in Templo commemoratio regni Dei fuit, pro *Antiphono*, quo uice *Amen* respondebatur a populo, orationibus finitis Sacerdotum. Nam תנו לא היו עונין אמן בבית המקדש: *Traditio est, non responsum, fuisse Amen in domo Sanctuarii. Quid ergo dixerunt?* ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד: BENEDICTVM SIT NOMEN GLORIAE REGNI EIVS, IN SEMPITERNVM HIEROS· *Berac. fol. 13. 3.* Hinc in *Tract. Ioma* (ubi, habetur Rubrica diei Expiationis) post recitatas uarias orationculas, quas eo die fudit summus Pontifex, additur: Et respondit populus: *Benedictum sit nomen gloriae regni eius in sempiternum* Vid. BAB· *Ioma fol. 39. 1. et 41. 2.* praesertim uero *fol. 66 1.* ubi, memorata precatiuncula summi Sacerdotis, in qua ab eo sic est conclusum: *Coram Iehoua mundemini*, haec adduntur: *Sacerdotes autem, populusque in atrio stantes, cum audirent* שם המפורש, *nomen Jehouae, syllabis suis prolatum, adorantes, pronique in faciem prostrati dixerunt:* בשכ׳ מלו BENEDICTVM SIT NOMEN GLORIAE REGNI EIVS IN SECVLA SECVLORVM. Vid. BABYL· *Taanith fol. 16. 2.* ubi huius doxologiae redditur ratio

in GLOSSA. Hanc etiam tacite et leui susurro protulerunt inter recitanda phylacteria. Dicitur in BABYL. *Pesachin fol. 56. 1.* de hominibus Jerichuntis, quod כורכין את שמע complicarent שמע. *Disputatur, quid sibi hoc uelit: Et R. Iuda dicit, quod pausam aliquantulam haberent, post recitatam hanc pericopen:* Audi Israel, Dominus Deus noster Iehoua unus: *At non dixerunt:* BENEDICTVM SIT NOMEN GLORIAE REGNI EIVS IN SECVLA SECVLORVM. *At qua ratione nos ita dicimus? Mysterium explicat* R. Simeon ben Leui, *qui dicit: Vocauit Pater noster Iacobus filios suos, et dixit:* Congregamini, et declarabo uobis. *In animo eius fuit, reuelare iis finem dierum, et recessit ab eo Spiritus S. dixit ergo:* Forte in lecto meo est profanum quid (quod μὴ γένοιτο) sicut Abrahamo, e quo prodiit Ismael, et Isaaco, e quo prodiit Esauus. *Dixerunt ei filii eius: Audi Israel, Iehoua Deus noster est Iehoua unus, sicut in corde tuo, non est nisi unus; Ita in cordibus nostris, non est, nisi unus. Eo tempore cepit Iacobus pater noster, et dixit:* בשכ׳ מלו BENEDICTVM SIT NOMEN GLORIAE REGNI EIVS *in secula seculorum. Dixerunt Rabbini: Quid faciemus? Nos hanc doxologiam dicemus? Eam dixit Iacobus pater noster. Institutum est igitur, ut eam dicerent tacite.*

§. 5. Doctores denique in pronuntiatione Amen admodum solliciti sunt, quam uariis, teste HOTTINGERO, circumscribunt canonibus. SCHVLCH. ARVCH *ex Ord. Orach. Chaim 104. 6.* יענו אמן אחר כל ברכה בין אותם שיצאו ידי תפלה בין אותם שלא יצאו ובכונה שכוין בלבו אמת היא הברכה שברך המברך ואני מאמין בזה: *Amen dicendum est post unamquamque benedictionem, siue ita precationi satisfactum fuerit, siue non. Probe autem mente sua debet perpendere, ueram esse illam benedictionem, quam, qui benedicebat, proferebat, q. d. Etiam ego illi fidem adhibeo.* In animaduersione, quae paullo infra: ילמד בניו הקטנים שיענו אמן כי מיד שהתינוק עונה אמן יש לו חלק לעולם הבא:

Filii

Filii minorennes in acclamatione τοῦ *Amen informandi ſunt. Quam primum enim puer Amen dicit, ille partem in altero ſeculo habet.* Adnectunt triplici Amen, de quo mirum in modum diſceptant TALMVDICI, quartum: לא יענה אמן קצרה, אלא ארוכה קצת כדי שיכול לומר אל מלך נאמן: *Non dicat Amen breue, ſed aliquantulum longum, ut queat dicere: El Maelaech Naeaeman.* Vide ea, quae de uocula אמן adnotauimus ad *Matth. XXVI. 13. p. 342. ſqq.* Quaeſtio autem poterat moueri, an CHRISTVS, diſcipulis uerum precandi morem docturus, in ORATIONE DOMINICA formulas orandi detulerit e Phariſaeorum et Scribarum phraſiologis, in traditionibus Maiorum praeceptis? Poterat aliquis, ſi complures phraſes in lege orali, quae TALMVD complectitur, oculis ſuis ſubiectas uidet, quas in ORATIONE DOMINICA a CHRISTO traditas conſpicit, cum LIGHTFOOTO aliisque ad adfirmatiuam inclinare. Sed enim nos negatiuam amplectimur uel ideo, quod SERVATOR Phariſaeorum precandi ritus uirgula notauit cenſoria. Phraſiologiae et quaedam uerba, formulis ORATIONIS DOMINICAE non abſimilia, ad defendendam diſſentientium cauſſam plane nihil conferunt, ſiquidem et in Turcarum et Gentilium ſcriptis paſſim Deus patris nomine uenit, et Deo, ut alia praetermittamus, regnum cum gloria in ſecula ſeculorum adſcribitur, quales formulas quoque precibus eorundem innexas uidemus. Quis autem uellet, SERVATOREM ab Ethnicis et ueritatis hoſtibus ſua fuiſſe mutuatum, ſceleratiſſimo conatu exinde argumentari. Ad haec accedit, quod ORATIO DOMINICA Talmudicorum formulas antiquitate longius ſuperet, et non usque adeo certum ſit, quibus Phariſaei phraſiologiis inter precandum praeciſe fuerint uſi. Quum Iudaei inter ſe de precibus partim ipſis, partim de ritibus et circumſtantiis diu multumque diſceptarent, ac praeterea preces, uerborum ex multitudine, aeſtimarent, quemadmodum ſupra commemoratum eſt, CHRISTVS non poterat non πολυλογίαν, cum uariis ſuperſtitionibus coniunctam, ualde deridere, et rogatus a diſcipulis diuinam precandi rationem, o-

mnes orationes, diuinitus traditas, in compendium mittere. De cetero quando in *βαττολογία* Iudaeorum p. 240. typis expressa כרת, *exterminii*, bis iniicitur mentio, sciendum est, poenam, quam בידי שמים, *a manibus Dei* deuenientem, et item כרת; *excisionem*, adpellitant, duplici sensu a Talmudicis accipi. Nempe designat 1.) omnes temporales castigationes ac poenas, diuinitus immissas, quorsum etiam mortem naturalem detuleris, 2.) exclusionem a gloria futuri seculi. Vtrumque ex sequentibus Magistrorum glossematibus intelligitur. MAIMONID· *ad Mischn. Tit. Sanhedrin Cap. IX· §. 6.* המיתה בידי שמים הוא פחות מן הכרת לפי שהמחוייב כרת ישאר הענש עליו אחר המיתה ומחוייב מיתה בידי שמים ונתכפר לו בשמת: *Mors simpliciter a manu Dei inflicta, leuior est poena*, siue excisio, *quam excisio*, posteriori sensu accepta, *quoniam*, hoc sensu, *reus excisionis etiam post mortem punitur. Reus autem mortis tantum corporalis, a manu Dei infligendae, ex ipsa morte sit illata expiatur.* R· DAVID KIMCHIVS *ad Ps. LV· 23.* כלומר לגהינום שהאבד נפשם במות גופם וגם מיתת גופם תהיה כרת שלא יגיש לחצי ימיהם: *Quasi dictum fuisset*, inquit, *deducendos eos in gehennam, unde periret anima eorum in morte corporum eorum, atque etiam mors corporum eiusmodi esset Excisio, ut non attingerent dimidium dierum suorum.* Vid. et MAIMONID· *Hilc. Theschuba Cap. VIII·* Quanquam TALMVDICI aliquando per בידי שמים, hoc est, *poenam diuinitus, seu a manibus Dei, infligendam* intelligunt omnes poenas temporales, diuinitus immissas, per כרת, *Excisionem*, autem, ut ait MAIMONIDES, *separationem* מחיי העולם הבא, *a uita seculi uenientis*, siue futuri.

§. 6. Ad u. 16. 17. *ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Obscurant facies suas, uidelicet cineribus.* Vocantur hypocritae etiam *σκυθρωποί.* In ieiuniis, praesertim solemnibus, orantes rituum multitudini nouas quasdam consuetudines et cerimonias super-

ſuperaddere ſolebant, quas inter commemorabiles 1) *στερνοτυπία*, *pectoris tuſio*, 2) *pulueris conſperſio*, 3) *ſacci adplicatio*, quae plerumque cum pulueris conſperſione fuit coniuncta. *στερνοτυπίαν*, ſeu *pectoris tuſionem*, in luctu Romanis, Graecisue inſolentem deſcribit KIRCHMANNVS *de Fun. Rom. Libr. II. Cap. II. p. 129.* et MENOCHIVS *de Rep. Hebr. Cap. VI. p. 9.* De Hebraeis teſtimonia adduxit AVGVST. PFEIFFERVS *in Antiquit. Hebr. Cap. XX. p. m. 146. ſq.* Sic *Nahum II. 7.* introducuntur ancillae מתופפות על לבביהן, *tympanizantes ſuper pectora ſua.* Quae uerba ABARBANEL quidem *f. 296. Cap. I.* ita declarat : אותם שבימי הצלחתה היו מנגנים ומתופפים בתוף וכנור בכוונה רבה על לבביהן עתה יתהמו בקול יונים: *Ii, qui rebus laetis fidibus cecinere, et pulſarunt tympana atque cytharas, iam ingemiſcent inſtar columbarum.* Sic et infra *Cap. 2.* cum adlegaſſet *Aben Caſpi* : ואמהותיה מנהגות לפניה הין מנהמות כקול יונים תחת שהיו מנגנות ומשוררות לפנים ומתופפות על לבביהן בתוף וכנור: *Et ancillae eius deducentes eam ſuſpiraturae ſunt ueluti columbae, pro eo quod cecinerunt antea, et pulſarunt ad pectora ſua tympana et cytharas.* Similiter IVNIVS : *Pro eo, quod ancillae pſaltriae, ſambuciſtriae et ſymphoniacae proſequuntur dominas, tum omnes in deportationem abeuntes edent concentus querulos et lamentabiles.* At ſua ſponte textus fundit ſenſum a nobis tactum. Hinc rectius RASCHIVS : מקישות ידיהן לבן כחוקש בתופים, uel, ut declarat ABARBANEL: המכות בידיהן על לבביהן כדרך האדם המכה בתוף: *Percutiunt manibus ſuis pectora, ſicut quiſpiam pulſare ſolet tympanum.* R. DAVID KIMCHIVS : כמו שאדם מכה בתוף כן הן מכות על לבביהן הנשים הניהות והמקוננות: *Sicut aliquis pulſat tympanum, ſic illae pulſant ſuper pectora ſua pro more mulierum lamentantium et plangentium.* Quae ex eodem, ut pleraque, mutuatus eſt SAL. *Ben* MELECH. Ceterum uerbum מתופפות non caret emphaſi, quam bene exprimit BIBLIANDER : *Proprie* תוף *Hebraeis* tym-

tympanum pulſare, quod Nahum uſurpat metaphorice, ſignificans fore, ut plangant, ſeque adflictantes pectora, uelut tympana, pertundant. Conf. et COCCEIVS ad h. l. Sic et PVBLICANVS ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος, dolens ob peccata, et uelut oſtendens eorum fontem, cor ſcilicet corruptum *Luc. XVIII. 13.* Conf. *Luc. XXIII. 48.*

§. 7. Pulueris conſperſio, cum primis in ieiuniis ſolemnibus uenit in conſuetudinem, quemadmodum in omnibus caſibus tragicis, propter quos ad ieiunia recurrebant Hebraei, cineris conſperſio eligebatur, unde poenitentiam acturus dicitur cum Dauide cinerem manducare tanquam panem, et potum miſcere cum fletu *Pſ. CII. 10.* Vid. GEVER. de *Luctu Hebraeor. Cap. IX. p. m. 148.* Faciem inſuper deformabant per inciſiones et auſteritatem, quo SYRVS uidetur reſpicere, cum notanter uertit: אמתי דין דציימין אנתון לא תהוון כמירא איך נסבי באפא מחבלין ברצופיהון: *Cum autem ieiunatis uos, ne ſitis atrati, ſicuti qui accipiunt uultum, corrumpunt enim faciem ſuam.* Eiusmodi enim inciſiones genarum et ſtigmata praeſertim כומרין, ſacerdotes gentilium fuerunt amplexi, qui hanc ob cauſſam σκυθρωποὶ, hoc eſt כמרין, ueluti *deformati*, compellabantur. Mos iſte inurendi ſtigmata perantiquus eſt, quem DEVS Iſraelitis interdixit *Leu. XIX. 28.* כתבת קעקע לא תתנו בכם: *Scripturam ſtigmatis non ponetis in nobis.* Somniant Hebraei, originem iſtam uel a ſigno Caini defluxiſſe *Gen. IV. 15.* cuius fronti litera ת ex uoce תשובה, *poenitentia*, fuerit inciſa, uel a primo ſtatim homine, cui DEVS ipſe ſigna diuina, quae uocant, originalia digito ſuo infixerit, quorum alterum פחד, alterum חסד dictum uolunt, illud ad beſtias in ſubiectione tenendas, hoc ad mutuum amorem conciliandum. Aſſyriis ritum adſcribit LVCIANVS *Tractat.* περὶ τῆς Συρίας Θεοῦ, qui inter opera LVCIANI extat *Tom. II. p. 656. ſqq.* ille enim ἀπὸ τοῦδε, inquit, ἅπαντες Ἀσσύριοι στιγματοφορέουσι; De Ægyptiis et Zabiis uid. M. JO. GOTTL. DERLINGII *Diſſert. de More inurendi ſtigmata p. 4.* et HOTTINGER. *Hiſt. Orient. Libr. I. Cap. XIII.* PTOLEMAEVS PHILOPA-

LOPATOR, Judaeos omnes a religione patria descifcentes *χαράττεσθαι παρασήμῳ Διονύσου κισσοφύλλῳ, notari insigni liberi Patris hederae folio, iussit 3. Maccab. II. 29.* De Dacis et Sarmatis testis est Plinius, de Thracibus PLVTARCHVS et HERODOTVS, ne quid de aliis gentibus dicam.

§. 8. Singula in compendium sunt mittenda, quare, breuitatis caussa, adiiciamus saltim ex laudata dissertatione stigmata religiosa, quae recte uicissim, si quid iudicem, in idololatrica, seu superstitiosa, et quae uero Deo deuotis quondam inusta fuerunt, dispesci queunt. Prioris generis stigmata erant, quae idololatrae plerique, uel eorum saltim antistites, daemonibus quippe magis solemniter deuoti et consecrati, ueluti superstitionis suae tesseras praeferebant. De hisce *στίγμασι* LVCIANI locum, supra commemoratum, intelligo, qui de ministris Deae Syriae consecratis, agens, *στίζονται δὲ πάντες*, inquit, *οἱ μὲν ἐς καρπὸς, οἱ δὲ ἐς αὐχένας. Certis autem notis compunguntur omnes, alii quidem in uola manus, alii autem in ceruice.* Horum quoque stigmatum meminit PRVDENTIVS *περὶ στεφ. Hymn. X. Quid quum sacrandus accipit sphragitidas?* etc. PRIMASIVS, Adrumeti quondam episcopus haud incelebris, locum illum Apostoli *Rom. I. 24.* qui de contumeliis agit, quibus idololatrae corpora sua adficiebant, explicans, inter alia, *sibi characteres*, inquit, *et ustiones infligunt in consecrationibus idolorum.* His enim notis acceptis, se deorum suorum seruos indicasse idololatras, testantur Talmudici apud HOTTINGER. *de Iur. Hebr. p 393.* quum dicunt: *Usu receptum est apud idololatras, ut se suis idolis signo quodam notent, significantes, se quasi seruos eorum pretio emptos, et nota insignitos esse.* Illustris quoque est MAIMONIDIS locus *lib. de idololatria cap. XII. §. XII. p. m. 65. Solent gentiles in idoli honorem notare seruum, eo indicantes, illum uenditum, culturaeque ergo signatum.* Confirmat haec omnia GROTIVS *Comm. ad Zach. XIII. 6.* ubi haec uerba habet: *Plagae sunt stigmata manibus inusta, per quae solebant diis gentium se mancipare, inscripto eorum signo, nomine, aut numero.* Quo quidem ritu multos pseudoprophetas certis se diis olim addixisse, certum est; at enim uero num uates

tes

tes diuinus in hoc commate de iis adhuc sermonem faciat, id quod tamen sibi persuadet GROTIVS, et, qui eum sequitur, SPENCERVS *loc. cit. pag. 533.* aliorum sit iudicium. Ceterum stigmata illa idololatrica ad ipsa exspirantis ethnicismi tempora perdurasse, euincere idem GROTIVS ex *Apoc. XIII. 16.* conatur, modo uicissim eius interpretatio quid fidei mereatur: *Magi*, inquit, *auctores Traiano fuere, ut* hetaerias, *id est, sodalitates, siue collegia omnia uetaret, exceptis, quae religionis paganicae nomine coibant. Cum uero homines natura ament sodalitates, factum inde, ut nemo esset in imperio Romano, qui non in sodalitatem, Deorum alicui dicatam, nomen daret. Qui in ista collegia adscribebantur, simul accipiebant in corpore suo χάραγμα aliquod, id est, Dei alicuius* signum, *aut litteris expressum, aut numeris dissimulatum.* Immo uero etiam sequiori aetate eiusmodi stigmata quosdam gessisse, obseruat CAROLVS DV FRESNIVS *in Gloss. med. et inf. latin. part. II. pag. m. 1063. u. stigmata.*

§. 9. Stigmata autem illa, quibus homines olim idolis se mancipabant, continebant uel idoli nomen, uel eius χάραγμα, uel etiam nominis sui numerum, cultorum frontibus manibusue impressum. De idoli nomine idololatris impresso, *mos erat*, inquit Grotius, *adnot. ad Apoc. XIII. 17. inscribendi ipsa deorum nomina, Graece, ut* Ζεὺς, Ἄρης, Διόνυσος, *Iupiter, Mars, Bacchus*, aut Syriace, בעל, בעלת, עזיז, מרנס, *Bel, Beltis, Azizus, Marnas.* Vt uero miseri caecum erga idola zelum clarius indicarent, curarunt, ut litterae, idoli nomen exprimentes, altiuscule in corporibus inscriberentur: hoc enim stigmate notati, τὸ χάραγμα τοῦ ὀνόματος, *sculpturam*, aut *caelaturam nominis* idoli accipere dicebantur. De his omnibus Abulensis *in Leuit. XIX. quaest. 27. idololatrae*, inquit, *accipiebant laminam auream, inscriptam idoli nomine, et inflammatam apponebant carni suae, et manebat ibi profunde impressum idoli nomen.*

§. 10. Quandoque etiam numinis fictitii χάραγμα, siue insigne, uel notam hieroglyphicam corporibus inurebant idololatrae. Varia autem erant deorum παράσημα, uerbi caussa, fulmen Iouis, galea, uel hasta Martis, caduceus Mercurii, tridens

dens Neptuni, hedera Liberi Patris, unde Ptolemaeus Philopator, quod hedera esset notatus, *Galli* nomen obtinuit, ita enim auctor *Etymologici uoc.* γάλλος: γάλλος, ὁ Φιλοπάτωρ πτωλεμαῖος, διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ κατεστίχθαι, ὡς οἱ γάλλοι· *Gallus, Philopator, Ptolemaeus: quod ei, ut Gallis solet, hederae folia imprimerentur.* Quibus autem hoc Bacchi insigne inurebatur, *thyrsigeri*, et ναρθηκοφόροι plerumque dicebantur. Thyrsus enim hasta erat aculeata, hederae foliis obtecta, quam in Orgiis Bacchicis quatiebant. Inde Bacchus *Thyrsiger* adpellatus est, et in prouerbii consuetudinem uenit: πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι, *plures thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.*

§. 11. Denique etiam notabantur numero aliquo, aliaue nota mystica, quae plerumque idoli nomen continebat, qua ratione nomen solis mysticum, nonnisi Mystis cognitum, ad numerum sexcentorum et octo peruenit, atque hoc modo notabatur XH· ut nos docuit MARTIANVS CAPELLA· uid. IO· POTTERVS *Archaeolog. Graec. lib. I· cap. X· pag. 55.* SPENCERVS *l· c. lib. II· cap. XIV· sect. III· p. m. 539. seq.*

§. 12. Ad stigmata autem, Deo uero deuotis inscripta, quod attinet, nonnullos olim, Zelo religionis inflammatos, eiusmodi stigmata sacra, manibus impressa, circumtulisse, e LXX· euincere quidam adlaborant, qui Iesaiae uatis uerba *cap. XLIV·* יכתב ידו ליהוה sic παραφραστικῶς transtulere: ἐπιγράψει τῇ χειρὶ αὐτοῦ, τοῦ θεοῦ εἰμι, nempe sicut et qui militiae erant adscripti antiquitus imperatoris sui nomen manibus inscriptum habuere. Sed quidquid huius sit, id pro certo habendum est, antiquos Christianos, artificio quodam nomen Iesu, aut crucis signum sibi impressisse, ut σύμβολον illud, signo Diaboli seruis inusto, ex aduerso responderet. Hinc TERTVLLIANVS: *Non conuenit signo Christi et signo Diaboli, de idol. cap. XIX·* et AVGVSTINVS *tract. VII· in Ioan. Perdidit signum Christi, accepit signum Diaboli.* Huc forsan, ex quorundam sententia, prophetice alluditur *Apoc. XIII· 16. XIV· 1.* ubi alios bestiae characterem, alios agni nomen, frontibus inscri-

ſcriptum, geſſiſſe legimus. Horum quoque ſignorum meminit PROCOPIVS, commemoratum Ieſaiae uaticinium ita explicans: Τὸ δὲ τῇ χειρὶ λέγει διὰ τὸ ςίζειν ἴσως πολλὺς, ἐπὶ καρπῶν, ἢ βραχιόνων, ἢ τῦ ςαυρῦ τὸ σημεῖον, ἢ τὴν χριςῦ προσηγορίαν. Confirmat haec omnia HIERONYMVS *praef. 1. in Iob.* Immo uero receptiſſimum fuiſſe morem, docet ENNODIVS *epigr. XVII. Nos*, inquit, *frontis ſigno credimur eſſe Dei.* Plura hanc in rem teſtimonia e Prudentio, aliisque, collegit BARTHIVS *l. c. lib. XLVII. pag. 1863.* Quantam etiam efficaciam externo crucis ſigno attribuerint ueteres, patet ex ATHANASII effato *contra gent.* πᾶσα δαιμόνων φαντασία τῷ σημείῳ τύτῳ ἀπολαύνεται. Ceterum militum quoque conflicturorum frontibus crucis ſignum itidem fuiſſe inſcriptum, PRVDENTIVS auctor eſt: *Huius*, inquit, *adoratis altaribus, et cruce fronti inſcripta cecinere tubae, lib. II. in Symm.* Copioſius autem de his omnibus egit ALBERTI *diſſ. de Inſcriptione crucis Chriſti.*

§. 13. Quanquam autem Hebraeos, memoria CHRISTI, τῆς κακίας καὶ μετανόιας χαρακτῆρας circumtuliſſe, uel ſtigmata inurendi conſuetudine fuiſſe uſos, uix adfirmare auſim, licet PHILO de idololatris ſcribat de MONARCH. *Libr. I. p. 819.* Ἔνιοι τοσαύτῃ κέχρηνται μανίας ὑπερβολῇ, ὥς' ὀυδ' ἀναχώρησιν ἑαυτοῖς πρὸς μετάνοιαν ἀπολιπόντες, ἵενται πρὸς δουλείαν, τῶν χειροκμήτων γράμμασιν ἀυτὴν ὁμολογοῦντες, ὀυκ ἐν χαρτιδίοις, ὡς ἐπὶ τῶν ἀνδραπόδων ἔθος, ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι καταςίζοντες ἀυτὴν σιδήρῳ πεπυρωμένῳ, πρὸς ἀνεξάλειπτον διαμονὴν, ὀυδὲ γὰρ χρόνῳ ταῦτα ἀμαυροῦνται; *Non deſunt quidam, eo inſaniae prolapſi, ut ne receptum quidem ad poenitentiam ſibi reliquum faciant, ad cultum ſimulacrorum praecipites ruant, confirmantes eam ſeruitutem literis, non in chartula ſcriptis, ſicuti mos eſt mancipiorum, ſed inuſtis ferro ignito, ne deleri queant poſtea. Nam hae non obſcurantur ullo tempore.* Conſuetudo tamen inter illos obtinuit huic parum abſimilis, qua caſibus in tragicis conſtituti, cum preces funderent, ac in ieiuniis uultum, more Gentilium perantiquo, deformabant, quorſum ſpectabat et cineris conſperſio, quae quidem in ſe non erat improbanda. Vid. MENOCHIVS *de Rep. Hebr. Cap. VI. Q. 10.* PFEIFFERVS *l. c. p. 154.* TAANITH *Cap. 2. In publicis ieiu-*

ieiuniis accipit unusquisque cineres, ac imponit capiti suo. IVCHASIN *fol. 59. de R. Ioshua Ben Ananiae dicunt: Quod omnibus diebus uitae suae* הושחר פניו מפני תעניות, *nigra fuit facies eius prae ieiuniis.* BABYLON· *Sotah fol. 12. 1. Quare uocatur nomen eius Ashur?* (1. Chron. IV· 5.) שהושחרו פניו, *quia nigra fuit facies eius prae ieiuniis.*

§. 14. Ad u. 17. σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν etc. *Tu uero, quum ieiunas, unge caput tuum, et faciem tuam laua. Ne conspicuum sit hominibus, te ieiunare.* Ex his Christi uerbis relinquitur praesertim Pharisaica sanctimonia, qua ieiunantes conspurcabant faciem, ab lotione et unctione abstinentes, maxime in ieiuniis solemnibus et publicis die expiationis, quo feruntur afflixisse animas, cum primis ieiunio, ex *Leu. XVI· 29.* Vnde *affligere animam* Talmudice ex *Ps. XXXV· 13.* ענית בצום נפשי, *adflixi ieiunio animam meam*, est plurimum *ieiunare.* MISCHNICI *Tract.* יומא, *Cap. VIII· 1.* יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה: *Die expiationis probibitus est esus et potus, lotio, unctio, inductio sandalii, concubitus coniugalis.* De unctione alias diximus. Heic cum LIGHTFOOTO, triplicem unctionis fuisse usum, monemus, Capita et corpora unxerunt Hebraei ac ueteres 1.) לתענג, *in decorem delicatiorem.* HIEROSOL· *in Maasar Schem. fol. 53. 2. et Sabb. fol. 12. 1. Vnctio Sabbatho permittitur, siue sit in decorem, siue non in decorem. Die expiationis utraque prohibetur. Nono mensis Ab, ac in ieiuniis publicis unctio in decorem prohibetur, non in decorem permittitur.* 2.) Valetudinis caussa, maxime cum orientales eiusmodi morbis scorbuticis plerumque laborarent, quibus unguentis et oleo poterant occurrere. BABYLON· *Ioma fol. 77. 2. Traditio Rabbinorum: Prohibitum est*, in ieiuniis, *lauare partem corporis, aeque ac totum corpus. Si uero sit luto, aut stercore foedatus, lauet pro more, et ne sit solicitus. Prohibitum est etiam, ungere partem corporis, aeque ac totum corpus. At uero si aegrotet, aut si capite exoriatur scabies, ungat pro more;* Hunc in usum ueteres Christiani in aegrotos unguenta effuderunt, qua de re uid. LVNDII Jüd. Heiligth. *Libr. I· Cap. XXIX· p. 163.* Denique 3.) magicum fere in modum

unctio-

unctione, per superstitionem, sunt abusi, quod explicatum dedit LIGHTFOOT· *l. c. p. 305.* Conf. GOODWIN· *Mos. et Aar. Libr. III· Cap. VIII· p. m. 616.* Cum itaque Pharisaei et Scribae ad ieiunia se conferrent subinde, ostentationis caussa, externis saltim ritibus adplicatis corpori, quo nempe conspicerentur ab hominibus, SERVATOR hanc sanctimoniam, per hypocrisin praetensam, iuste carpit. In die expiationis magnae sponsis ac regi unctio fuit permissa, sponsae capite in ieiuniis insuper circumcincto corona, cui imago urbis Hierosolymitanae cernebatur innexa. MISCHNA *de Festo Expiat. Cap. XV.* et MAIMONID· *ad Mischn. eandem Cap. II· et III·*

§. 15. Ad u. 34. *Μὴ μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον* etc. BABYL· *Berac. fol. 9. 2.* דיה לצרה בשעתה, *sufficiens est adflictio hora sua.* SANHEDR· *fol. 102.* אל תצר צרת מחר, *ne adfligas te ob crastinum.* SOTA *fol. 48. 2.*

CAPVT VII

Ad u. 2. 3. 4. *Ἐν ᾧ μέτρῳ* etc. SOTA *Cap. I· §. 7.* במדה שאדם מודד בה מודדין לו JEBAMOTH *fol. 107. 2.* במדה כפושה מדד לפיכך מדדו לו במדה כפושה:, *Qua mensura metimini, ea metientur uobis alii.* Sine eximam festucam ex oculo tuo. Haec uerba itidem Hebraeis in prouerbium abiisse uidentur. BABYL· *Baua Bathra fol. 15. 2. Scriptum est in diebus cum iudicarent iudices, id est, in generatione, quae iudicauit iudices suos* אומר לו טול קיסם מבין עיניך: *Cum diceret quis* (iudex) *alicui, eiice festucam ex oculo tuo* אומר לו טול קורה מבין עיניך, *respondit ille, eiice et tu trabem ex oculo tuo.* Idem ERACHIN *fol. 16. 2.* טול קיסם מבין עיניך אמר לו טול קורה מבין עיניך: *Vbi* GLOSSA קיסם *festucam*, id est, *paruum peccatum, quod in manu tua est, eiice. Potest ille respondere : Ast eiice tu* קורה, *trabem, magnum peccatum, quod in tua.* Idem fere tradit ELIAS *in Thisbi ad Radic.* נטל *p. 132. Lib. Musarum Cap. XVIII·*

R. DAV. KIMCHIVS ספר השרשים, *rad.* קשט *fol.* רי״ז *col. 3.* Pertinet huc ex BAVA MEZIA *fol. 59. 2.* מום שבך אל תאמר לחברך: SANHEDRIN *fol. 18. 1.* קשט עצמך ואחר כך קשט האחרים: *Excutite uos ipsos a maculis uestris malis, ac deinde excutite alios.*

Ἀγαθοὶ δὲ τὸ κακὸν ἐσμεν ἐφ' ἑτέρῳ ἰδεῖν,
Αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, οὐ γινώσκομεν.

Quod adagium, qua sensum saltim, cum illo *Matth. VII. 5.* idem facere uidetur, et com. 12. *Omnia igitur, quaecunque uolueritis, ut faciant uobis homines, sic et uos facite illis. Haec enim est lex et Prophetae.* BABYLON. *Schabbath fol. 31. 1.* דעליך סני לחברך לא תעבר זו היא כל התורה כולה ואידך פירושה הוא: *Quod odiosum tibi est, alteri ne facias. Haec tota est lex. Cetera sunt explicatio eius.*

CAPVT IX

§. 1.

Ad u. 14. sqq. Existimauit nonnemo, commata haec non cohaerere cum antecedentibus, sed enim praeter rem et necessitatem. Nam argumenta CHRISTVS ordine collocauit, nulla prorsus ratione taxando. Discipuli Johannis mouent quaestionem: *Quam ob caussam nos et Pharisaei ieiunamus πολλὰ, discipuli uero tui non ieiunant?* Ad quam CHRISTVS respondet 1.) *quia ego sponsus iam cum illis sum*, inconueniens autem foret, si filii nuptiarum uellent lugere, more ieiunantium. 2.) u. 16. 17. quia *traditiones Judaicae*, tanquam *uestis uetus* et *uter uetus*, non conuenirent cum panno et uino nouo, nempe doctrina Euangelii. Vtres ueteres ergo sunt Pharisaei, noui discipuli SERVATORIS, quibus mustum Euangelii effundebatur. Vtinam Syncretistae et Indifferentistae, qui Christianam Ecclesiam omnibus modis uexant et dilacerant, probe intelligerent. Υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος sunt בני חופה, *filii Chuppae*, die Hochzeit-Leuthe, quales

 GOOD-

GOODWINO uidentur fuisse triginta illi socii Samsonis *Judic. XIV. 11.* de quibus fusius egimus pag. 40. sqq.

§. 2. Ad u. 23. *Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς, καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον. Et quum uenisset Jesus in aedes primatis, uidissetque tibicines et turbam tumultuantem.* Ἄρχων erat Iairus ראש הכנסת, *caput*, siue princeps, *Synagogae*, BABYLON. *Joma Cap. VII. Hal. 1.* חזן הכנסת נוטל ספר תורה ונותנו לראש הכנסת: CHASAN *Synagogae accipit librum legis, et dat* Ἀρχισυναγώγῳ. *Vbi sic* GLOSSA: בית הכנסת, *Synagoga erat in monte templi propinqua atrio*, חזן הכנסת שמש: CHASAN *Synagogae est minister*, atque ARCHISYNAGOGVS *ille est, cuius iussu decernuntur res synagogae, nempe quis leget prophetam, quis recitabit phylacteria, quis transibit coram arca.* R. OBADIAS de BARTEN *ad Hilc.* יומא, *Cap. VII. 1.* ראש הכנסת על פיו נחתכים כל צרכי הכנסת: ARCHISYNAGOGVS, *is est, ex cuius ore ea, quae synagogae necessaria sunt, deciduntur.* Vid. etiam *Tract.* סוטה, *Cap. VII. 7.*

§. 3. Mentio fit heic *αὐλητῶν* tibicinum, quorum usus in funeribus et mortuis efferendis Hebraeis erat frequens. Ritus circa mortuos sepeliendos concinne tradit MAIMONID. *Hilc.* אבל, *Cap. IV. §. 1. sqq.* מנהג ישראל במתים ובקבורה כך הוא מאמצין עיניו של מת ואם נפתח פיו קושרין את לחייו ופוקקין את נקביו אחר שמריחים אותו וסכין אותו במיני בשמים וגוזזין שערו ומלבישין אותו תכריכין תפורין בחוט של פשתן לבנים ולא יהיו דמיהם יקרים ונהגו חכמים כסודר שוה זוז שלא לבייש את מי שאין לו ומכסין פני המת שלא לבייש את העניים שפניהם מושחרין ברעב ואסור לקבור בתכריכין של משי ובגדים המוזהבין הרקומין אפילו לנשי שבישראל שזהו גסות הכות והשחתה ומעשה גוים:

Mos

Mos circa mortuos, eorumque sepulturam in Israele hic est: Claudunt oculos mortui. Os si forsan apertum, maxillas colligant. Ablutione peracta, foramina, per quae excrementum emitti solet, obstruunt. Vngunt insuper speciebus aromatum, capillos detondent, quos uilis pretii inuolucro filis lineis, coloris albi consuto indunt. Sudarium, ex consuetudine sapientum, non nisi unum Zuz constare debet, atque hoc ideo, ne pauper alias ignominia afficiatur. Ob eandem rationem tegunt demortuorum facies, pauperum, qui fame premebantur. Sic uetitum quendam inuolucris sericeis uestibus inauratis, acupictis, si uel in Israele princeps fuerit, inuoluere. Hoc enim esset indicium animi elati, ἀπώλεια et mos infidelium. מלך או נשיא שמת יש להן לשרוף מטתו וכל כלי תשמישו: *Regis, aut principis lectus et reliqua uasa utensilia comburenda sunt* רבי יהודה אומר אפילו עני שבשראל לא יפחות משני חלילים: *R. Jehuda dicit: Pauper in Israele non minus, quam duos tibicines,* ad deplorandum mortem uxoris, *conducet.* האבל ביום ראשון כלבד אסור להפיח תפילין ולאכול משלו וכו' ויאמר לו ולחם אנשים לא תאכ' מכלל שכל העם אוכלין משל אחרים ביום ראשון ואסורין לאכול משל עצמן אין מוליכין לבית האבל המאכל שמברין בולוא בכלי כסף ולא בכלי שעם וכיוצא בהן אלא בכל נצרים של ערבה קלופה וכיוצא בהן שלא לבייש את מי שאין לו ואין משקין בזכוכית לבנה אלא בצבועת שלא לבייש את העניים שאין יינותיהן טובות אין שותין בבית האבל יתר על עשרת כוסו' לכל אחד ואחד שלשה קודם אכילו ושלשה בתוך אכילה וארבעה לאחר אכילה ולא יוסיף שמא ישתכר: *Lugenti prima die uetitum est, uel phylacteria induere, aut ex proprio edere*

re etc. dictum est Ezech. XXIV· 17. panem uirorum, qui te, consolandi gratia, adeunt, non comedes. *Hinc constat, populum die luctus prima ex alieno, non ex suo uiuere etc. Cibus, quo lugentes reficiunt, non uasis argenteis, aut subereis, illorum aedibus infertur, sed uimineis ex salicibus decorticatis, aut similibus, ne alioquin pauperes hisce destituti confundantur. Ex eadem caussa potus non uitris albis, sed coloratis porrigendus est, pauperum enim uinum ignobilius esse solet. Vltra decem pocula in aede funebri a nemine ebibenda, scilicet tria ante conuiuium, tria dein super mensa et quatuor, finito conuiuio. Huic numero nihil addendum, ne quis inebrietur.*

§. 4. Quanquam ergo omnis luxus et laetitia tempore luctus erat prohibitus, musica tamen in funeribus audiebatur, magis ad tristitiam concitandam, quam ad gaudium percipiendum composita. Tibicinum erat, inquit PFEIFFER· *in Antiquit. Hebraic. Cap. IV· p. m. 38.* luctum inchoare, et flebili cantu exequiatorum aures atque animos demulcere. Tales praesto erant in aedibus Iairi Archisynagogi, filiae exequias parantis, *Matth. IX· 23.* ubi nota THEOPHYLACTI: Ἐπειδὴ ἄγαμος ἦν, μετὰ τῶν γαμικῶν αὐλῶν ἐθρήνουν; *Quoniam nondum nupta erat, deflebant eam nuptialibus tibiis;* inanis et superuacanea est, ut recte iudicat CASAVBONVS *Not. ad N. T. p. 374.* Nam αὐληταὶ adhibebantur illic ex communi funebri consuetudine. Ita enim TALMVDISTAE *Ketubhot Cap. IV.* אפילו ענו שבשראל לא יפחות משני חלילים ומקוננת: *Etiam pauper inter Israelitas non adhibebit* (in funere uxoris) *pauciores, quam duas tibias, et lamentatricem feminam.* Ita et MAIMONIDES *Hilc.* אישות *Cap. XIV·* et IOSEPHVS *Libr. III· de Bello Iud. Cap. 15.* scribit: Πλείστους μισθοῦσθαι τοὺς αὐλητὰς, οἱ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς. Adiunctas tibicinibus quandoque feminas fuisse sistra, uel tympana pulsantes, ex *Kelim Cap. XV·* in fine et *Cap. XVI·* patet. RASCHIVS ad *Ezech. XXV· 6. Sunt quaedam res, quibus utuntur ad luctum et ad gaudium, sed non est par earum ratio* וכן חלילין לכלה ולמת *sic tibiae adhibentur in nuptiis et funeribus.* Et ipsi TALMVDICI *Bana Mezia Cap. VI· §. 1. Qui conducit asinarium, aut aurigam, ut adferat* חלילים לכלה או למת *tibias,*

aut

aut pro ſponſa, *aut pro mortuo*, id eſt, aut ad nuptias, aut ad funus. Huc referunt BVXTORFFIVS *Lex. Talm. p. 766.* et ABRAH· SCVLTETVS *Exercit. Euangel. Libr. II· p. 155.* locum *Matth. XI· 17.* et *Luc. VIII· 22.* Vid. GEIERVM *de Luctu Hebr. Cap. V·* §. *16. 17.*

CAPVT XI

§. 1.

Ad u. 5. De tribus feſtis ſolemnioribus, nempe *Azymorum*, *Primitiarum*, et *Tabernaculorum* dicitur *Exod. XIV· 23. Ter in anno adparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo tuo*, propter quam legem regulariter quilibet mas חייב בראיה, *obligatus erat ad comparendum*, in horum feſto quolibet, quae comparitio TALMVDICIS ita deſcribitur: שנראה פניו בעזרה ביום טוב הראשון של חג *Vt faciem quisque ſuam*, hoc eſt, ſeipſum, *ſiſteret in Aſara*, (qui locus uocabatur בית תפלות, *domus precationum*, et *auxilium Dei κατ᾽ ἐξοχὴν*, quoniam illic Deus preces ab Iſraelitis latas excipiebat, ſicut a nobis alibi eſt dictum) *die primo feſti*, ac ſecum adferrent ea, quae leges ſacrae et Maiorum praeciperent traditiones adducenda. Sed enim MISCHNICI et GEMARICI heic excipiunt, praeter alios, claudos, coecos, ſeruos atque ſic amplius. TALMVD· BABYLON· *Miſchna Chagiga Cap. I·* הכל חייבין בראיה חוץ מחרש שוטה וקטן וטומטום נשים ועבדים שאינן משוחררים החוגר והסומא והחולה והזקן ומי שאינו יכול לעלות ברגליו: *Omnes ad adparitionem obligantur*, *exceptis ſurdis*, *fatuis*, *minorennibus*, *genitalibus obſtructis*, *hermaphroditis*, *feminis ſeruis*, *qui nondum manumiſſi*, *claudis*, *coecis*, *aegrotis*, *ſenio confectis*, *et qui ſe non poſſint ad pedibus incedendum erigere.* GEMARA et MAIMONIDES eodem titulo Cap. 2. adiicit alios: נשים ועברים פטורין מן הראיה וכל האנשים חייבין בראיה חוץ מחרש ואלם ושוטה

ושוטה וקטן וסומא וחגר וטמא וערל וכן הזקן והחולה והרך והענוג מאר שאינן יכולין לעלות על רגליכם כל האנשים חייבין בראיה: *Feminae, et serui immunes sunt ab apparitione. Sed uiri uniuersi ad eam seruandam obligantur, excepto surdo, et muto, et fatuo, et minorenni, et coeco, et claudo, et immundo, et incircumciso, et senio confecto, et aegroto, et ualetudinario, et qui in pedes se erigere nequit. Omnes hi undecim immunes sunt. Reliqui uirorum uniuersi ad comparendum obligantur.* Vid. plura apud SELDENVM *Libr. I. Cap. 7. p. m. 100. sq.* CHRISTVS ergo procul dubio aliquoties, praesertim *Luc. XIV. 16.-24.* cum doceret suos regnum DEI, hanc ad Iudaeorum consuetudinem respexit, maxime ubi coecos et claudos inuitandos iubebat, ostendendo Iudaeis, uel ipsam traditionem ueterem, qua circumferebatur, MESSIAM uenturum coecos surdos, claudos atque sic porro ad יומין טובין, *solemnitates festorum* esse conuocaturum, iam in ipso adimpleri, quod tamen aliis diiudicandum relinquimus.

§. 2. Ad u. 8. *Homo mollibus uestimentis* inducitur. Distinguebantur uestes istae molles a uestibus crassis. Hae enim constabant ex filo sextuplici, quales uestes a Sacerdotibus adiiciebantur corpori; sed molles conspiciebantur tenues, et a Iudaeis nostris comparantur rebus, die von feinen Filtz, oder Castor gemachet sind. Vid. SIMSON *de Vasis f. 42.* Habebant quoque molles uestes, quae ex lana agnina, a natiuitate, lota et tecta constabant, et magno apud Hebraeos erant in pretio, iuxta LEXIC. ARVCH *fol. 81.* Wenn ein junges Lamm, inquit uir πολυμαθέστατος, geworffen ward, so wuschen sie es, und bedeckten die Wolle. Solches Waschen wurde wöchentlich etliche mahl wiederholet, da man die Wolle sauber bedeckte, wie dann bey denen orientalischen Völckern das Vieh mehrentheils, wegen der Hitze, des Staubes und Ungeziefers, Decken tragen muste, welche Decken bey einer grossen Fasten, an denen **Buß-Tagen und zur Zeit des Trauerens**, schwartz gefärbet wurden, wiewohl auch einige besondere Trauer-Decken auflegten. Dahero die Worte des Königes zu Ninive, wel-

welche Jon. III· 7. stehen. Der König ließ ausschreyen, und sagen zu Ninive, aus Befehl des Königes und seiner Gewaltigen also: Es sol weder Mensch, noch Thier, weder Ochsen, noch Schaafe etwas kosten, und man sol sie nicht weyden, noch Wasser trincken lassen, und sollen Säcke um sich hüllen / beyde Menschen und Thier/ und zu GOtt ruffen hefftig, gar leicht verstanden werden. Weil also die Schaaffe bedecket, und öfters gewaschen wurden; So ward die Wolle weisser, als Schnee. Sie nahmen aber Lämmer, welche krause Wolle hatten, färbten die Fell purpurroth, oder violetblau, und trugen die Kleider davon nur an hohen Feyer-Tagen. Additur itaque, quod lana illa agnina fuerit pretiosa, ac in primis mollis, ac tenuis. Et huiusmodi uestibus raro Iudaei utebantur, easque quam diligentissime adseruabant, unde ad aulicos praecipue homines hae uestes pertinebant.

§. 3. Ad u. 17. et Luc. VII· 32, *Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε. Ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε*, siue *ἐκλαύσατε*. Sanhedrin fol. 103. 1. אמרי אנשי בכיו ליה לומר דלא ידע חיכי ליה למר דלא ידע ווי ליה למר דלא ידע בין טב לביש: Vid. BVXTORFFIVS *Lex. Talmud. col. 1247.* COCCEIVS *Excerpt. Gemar. Sanhedrin Cap. XI· §. 50.* CARTWRIGHTHVS, *Mellif. Hebr. in Opere Critico Anglic. col. 2983.* Dicunt homines: *Plorant ei Domino, qui nescit, arrident ei Domino, qui nescit. Vae illi Domino, qui non nouit discernere inter bonum et malum.* Addit MVHLIVS ad COCCEIVM: Sensus est: *Cum homine insano nihil profici, sed perinde esse, siue quis mitius cum eo agat, siue asperius in ipsum animaduertat.*

§. 4. Ad u. 21. *ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν; In sacco et cinere poenitentiam egissent.* PFEIFFERVS perbelle l. c. p. 150. Erant crassiores, duriores, uel uiliores uestes, quas, exutis, aut laceratis splendidioribus, induebant Hebraei, in luctu defunctorum, in moerore publico, ob metum belli, obsidionem, cladem, funesta quaeuis, denique in solemni poenitentia et ie-

 iuniis.

iuniis. Patet id ex ſequentibus SCRIPTVRAE locis *Gen.* XXXVIII· *24. 2. Sam.* III· *13. 1. Reg.* XX· *32. Cap.* XXI· *27. 2. Reg.* VI· *30. Cap.* XIX· *1. 1. Chron.* XXII· *6. Neh.* IX· *1. Pſ.* XXX· *12. Pſ.* XXXV· *13. LXIX· 12. Iob.* XVI· *15, Eſ.* III· *24.* XV· *3.* XX· *2.* XXII· *12.* XXXII· *11.* XXXVII· *1. Ier.* IV· *8.* VI· *26.* XLVIII. *37. XLIX· 3. Thren.* II· *10. Ezech.* XVII· *18. Dan.* IX· *3. Ioel.* I· *8. Amos* VIII· *10. Ion.* III· *6· 8. Iud.* IV· *8.* VIII· *5. 1. Maccab.* III· *47.* Conficiebantur illae ueſtes e craſſiori, uiliorique cannabi, aut lino, et, iuxta Papiſticos interpretes, ex uillis quoque hircorum et caprarum, nec non pilis camelorum etc. unde *Cilicia* uocant (conf. LORINVS ad *Pſ.* XXXIV· *Ebr.* XXXV·) id quod tamen *neque ex ſacra pagina demonſtrari, neque ullo alio ſatis firmo argumento probari poſſe,* ait CASAVBONVS *Exercit.* XIII· *n. 6. p. 180.* Accingebant eos quandoque ſupra lumbos, ſupra talarem togam, honoratioresque ueſtes ſuas, inſtar craſſi et ſordidi uentralis induebant, funibusque adſtringebant. Vnde frequens uocis שק cum uoce חגר, uel phraſibus שום על מתנים׳ חגר על חלצים: citatis locis eſt conſtructio. Sic et commemoratur *cingulum ſacci Eſ. III· 24* quod et *aperiri*, ſiue ſolui dicitur, cum ueſtis illa lugubris deponitur. *Eſ. XX· Pſ. XXX· 12.* Aliquando etiam nudae carni adplicabant, ita, ut non, niſi laceratis ſuperioribus ueſtimentis, conſpici poſſent. Sic tranſeunte Ioramo per muros uidet populus ſaccum אל בשרו מבית, *ſuper carnem eius intrinſecus 2. Reg.* VI· *30.* ARABS: עלי ברנה מן תחת הׄיאבה: *Super corpus eius ſubter ueſtes ipſius.* Conf. *1. Reg. XXI· 27.* Sic Hiobus ait, *Cap. XVI· 15. Saccum conſui* עלי גלדי, *ſuper cutem meam.*

§. 5. Colorem ſacci atrum fuiſſe, SOPRANES, aliiue minus ſolide probant ex *Eſ. L· 3.* et *Apocal. VI· 12.* Nam operire ſolem ſacco, eſt ſplendorem, radiosue eius intercipere. Sed num propterea ſacci color eſt niger? Candelae ſplendor impediri poteſt obtentu panni etiam altiſſimi, ait D· GEIERVS, *p. 403.* Poſterior locus, utut, plauſibilior, non tamen euincit, omnes ſaccos atros fuiſſe. Sed conferantur de Saccis SCHINDLERVS *Lex. Pent. ad uoc.* שק: MERCERVS *ad Pagn. u.* שק. GROTIVS ad *Matth. XI· 21.* CAROL· SIGONIVS *de Republ.*

Hebraeor.

Hebraeor. Libr. IV. Cap. 18. MENOCHIVS *Libr. VIII. de Republ. Hebr. Cap. VI. Q. 4.* GEIERVS *de Luctu Hebr. Cap. XXII. §. 6.* DILHERRVS *Dial. I. Philolog. p. 46.* SCHMIDIVS ad *N. T. p. 1448.* Dauid inducitur *Ps. XXXV. 14.* inceſſiſſe קודר, *pullatus*, ad ſimilitudinem lugentis matrem. Nam Hebraea uox קדר deſignat tenebricoſum et colorem perquam obſcurum. Verbo hoc, inquit GEIERVS p. 260. utitur etiam Ieremias *Cap. VIII. 21. propter contritionem filiae populi mei - - -* קדרתי, *obtenebratus ſum.* Ita *Ioh. V. 11.* dicitur, *ut ponat humiles in celſo,* וקודרים, *et atrati ſublimentur ſalute*, hoc eſt, ſecundum COCCEIVM, *ſupplices adflicti, aut atrati incedebant in ſacco ſcil. qui erat pannus et craſſi textus, et ſordidi coloris, ut unde ſacci fiant*, quorſum faceret illud IOSEPHI *Libr. XIV. Antiquit. Judaic. Cap. 17.* de reis in iudicium procedentibus *κόμην τε ἐπιτέρψασι, καὶ ἐσθῆτα μέλαιναν ἐνδεδυμένοις, capillis prolixis, ueſte nigra indutis.* Ita Dauid *Ps.* XXXVIII. *7. Inclinatus ſum uehementiſſime omni die* קודר, *atratus incedo, propter oppreſſionem inimici.* Huc illud *Mal.* III. *14.* ubi Judaei conqueruntur, *ſe fruſtra ambulaſſe* קדרנית, *atrate, uel obſcure, more* ſcilicet lugentium, ieiunantium, et poenitentiam acturi, atra ueſte indutorum. Quod ſi ergo ſaccus non ſemper fuerit nigri coloris, tamen obſcuritatem quandam et uilloſitatem prae ſe tulit. Vid. HEINSII *Ariſtarch. Sacr. Cap. V. ſ. m. 766.* Commemorabilia ſunt, quae leguntur de Niniuitis *Jon.* III. *6. Et ſurrexit rex Niniue de ſolio ſuo, et tranſire fecit, id eſt, depoſuit ueſtem ſuam magnificam ab ſe,* ויכס, *et operuit ſe ſacco, et ſedit ſuper cinerem uerſ. 8.* ויתכסו, *operiantur ſaccis homines et iumenta, et clamant ad Deum etc.* quem in locum ſcribit DRVSIVS, Perſas in luctu totondiſſe etiam mulos et iumenta, quod ante DRVSIVM iam monuerat BRISSONIVS, item, loco pretioſorum tegminum, aut ſtragulorum impoſuiſſe ipſis tegmina uilia, ſeu ſaccos. CHRYSOSTOMVS *Hom.* III. *ad pop.* declarat ex pompa funebri, *ſicut diuite aliquo mortuo non ſeruos ſolos et ancillas, ſed et equos domeſtici ſacco ueſtientes, et agaſonibus tradentes ad ſepulchrum ſequi iubent, calamitatis magnitudinem oſtentantes.* Huius conſuetudinis ueſtigia inter principes, et nobiles, equos et currus nigro undique panno ueſtitos, ob luctum deduci, curantes, uidemus.

§. 6. Ad u. 24. Ἡμέρα κρίσεως, TALMVDICE יום דינא uel יום דינא רבא, *dies iudicii*, uel *dies iudicii magni*, aliquando ſimpliciter uocabatur דינא, ſiue *κρίσις*, ut *Matth. V. 21.* in quem diem Iudaei peccatores clandeſtinos et alios, qui forum humanum effugere ſoliti, per כריתות, uel בידי שמים puniendos et iudicandos remittebant, qua de re ſatis diximus.

CAPVT XII

§. 1.

Ad u. 2. et 4. *Dauid ingreſſus in domum DEI, panes propoſitionis edit, quos ipſi non licebat edere.* LIGHTFOOTVS bene ad u. 2. De re ipſa non litigant, quia licita *Deut. XXIII. 25.* ſed de re patrata ſabbatho. De qua ſic patres traditionum : קוצר זרגורת חייב ותולש תולדות קוצר: *Metens ſabbatho uel tantillum, reus eſt. Et uellere ſpicas eſt ſpecies meſſionis. Et quicunque aliquid decerpit a germinatione ſua, reus eſt ſub nomine metentis.* MAIMONID. *Schabb. cap. VIII.* At quonam reatu tenebatur? Dixerat hoc ante, ad initium Cap. VII. his uerbis : *Opera, per quae reus fit homo lapidationis, atque exciſionis, ſi ex praeſumptione ea faciat, ſacrificii autem pro peccato, ſi ex ignorantia,* מהן אבות ומהן תולדות, *ſunt uel primitiua, uel deriuatiua. Ex primitiuis, uel generibus, enumerantur triginta nouem.* TALMVD. *Schabb. Cap. VII. Arare, ſerere, metere, manipulos colligare, triturare, cribrare, commolere, pinſere etc. tondere oues, lanam tingere etc.* תולדות, *deriuatiua, uel ſpecies iſtorum generum, ſunt ea, quae eiusdem cum iis ſunt claſſis et ſimilitudinis. Exempli gratia : Foſſio eſt eiusdem generis cum aratione - ſpicarum auulſio eiusdem rationis cum meſſione.* Cauſſam ergo diſcipulorum eo ardentius agit Saluator, quia iam de capite agebatur. Ad lapidationem namque eos ob rem patratam adiudicabant Canones Scribarum, ſi modo, ex praeſumptione id fieri, probaretur.

§. 2. Omnes hominum actiones diuidunt in אבות, *patres*, et תולדות, *filios*, hoc eſt, *opera generalia et ſpecialia*, ſiue expli-

explicita et implicita. TALMVD· שבת *Cap. VII· 2.* אבות
מלכות ארבעים חסר אחת הזורע חורש והקוצר והמעמר
הדש והזורה הבורר הטוחן והמרקד והלש והאופה הגוזז
את הצמר המלבנו והמנפצו והצובעו והטווה והמיסך
והעושה שתי בתי נירין והאורג שני חוטין והפוצע שני
חוטין הקושר והמתיר והתופר שתי תפירות הקורע על
מנת לתפור ב׳ תפירות הצד צבי שוחטו והמפשיטו
המולחו והמעבד את עורו והמוחקו והמחתכו הכותב שתי
אותיות והמוחק על מנת לכתוב שתי אותיות הבונה
והסותר המכבה והמבעיר המכה בפטיש המוציא ברשות
לרשות הרי אלו אבות מלאכות ארבעים חסר אחת:
Quae SEBASTIAN· SCHMIDIVS ſic interpretatur. *Patres operum, ſiue principalia opera, ſunt quadraginta uno minus 1), Serens, 2) Arans, 3) Metens, 4) Manipulans, ſiue colligans in manipulum, 5) Triturans, 6) Ventilans, 7) Purificans, 8) Molens, 9) Cribrans, 10) Pinſens, 11) Coquens, 12) Tendens lanam, 13) Dealbans eam, 14) Excutiens eam, 15) Tingens eam, 16) Nens, 17) Stamen ſubtegens, 18) Induens duo fila in ſpatium filorum, 19) Texens fila duo, 21) Ligans, 22) Soluens, 23) Suens duas ſuturas, 24) Diſſecans eo fine, ut conſuat, 25) Venans capream, 26) Mactans eam, 27) Decorians eam, 28) Saliens eam, 29) Parans pellem eius, 30) Radens eam, 31) Diſcindens eam, 32) Scribens duas literas, 34) Aedificans, 35) Deſtruens ea, 36) Extinguens, 37) Accendens eam, 38) Percutiens malleo, 39) Educens rem e poteſtate in poteſtatem, id eſt, e loco priuato in locum publicum et contra. Hi ſunt patres operum quadraginta uno minus.* GLOSSA BARTENORIANA: המלקט באילנות חייב משום קוצר: *Qui fruges decerpit, tenetur nomine demetentis.*

§. 3. De cetero ſcholae Hebraeorum opera abſolutae neceſſitatis, ſabbatho perficienda, permittunt, u. c. ſi quis in mare die feſto proiectus uideretur, extrahendus eſt, ſi quis morbo periculoſo decumberet, illi Medici manum adplicant. At

At enim uero praeter abſolutae neceſſitatis caſum, die ſabbatho nemini ſuccurrendum, ſtatuunt. MAIMONIDES *Hilc.* שבת *Cap. II. 16.* מפקחין פיקוח נפש בשבת ואין צריך ליטול רשות מבית דין והמקדים להציל הנפש הרי זה משובח כיצד ראה תינוק שנפל לים פורש מצודה להעלותו והעלה דגים כלבד פטור מכולם נתכוין להעלות דגים והעלה דגים ותינוק פטור אפילו לא שמע שטבע הואיל והעלה תינוק עם הדגים פטור: *Die Sabbathi periculo uitae liberant animam, neque a conſeſſu Iudiciali poteſtas ideo petenda eſt. Is, qui anteuertit ad liberandum, maximam laudem meretur. Quomodo? Si quis infantem, qui in mare prolapſus, uidit, ille expandit rete, atque illum educit, licet ſimul piſces extrahat. Si quis audiuit infantem, in mare immerſum fuiſſe, expandat rete ad extrahendum, extrahatque piſces, ille prorſus liber eſt. Qui intendit piſces extrahere, extraxit ſimul infantem, liber, licet non audiuerit, illum immerſum fuiſſe, quandoquidem una infantem eduxit, liber tamen eſt.* IOSEPHVS KARO *Ord. Orach Chaiim n. 328.* מי שיש לו חולי של סכנה מצוה לחלל עליו את השבת וגו׳ כל חולי שהרופאים אומרים שהוא סכנה אף על פי שהוא על הבשר מבחוץ מחללין עליו את השבת ואם רופא אחד אומר צריך ורופא אחר אומר אינו צריך מחללין: *Propter morbum, quem Medici periculoſum habent, Sabbathum profanare licet, licet laboret aegrotus carnis aliqua exteriore parte. Si unus Medicus adfirmat, morbum periculoſum eſſe; Alter uero negat, ſabbathum tamen profanatur, uti uenam ſecando, hypocauſtum calefaciendo.* Videt hinc quilibet Chriſtianus, legum diuinarum peritus, quomodo in explicandis ſabbathi praeceptis hallucinati fuerint Judaei.

§. 4. Poterat heic etiam moueri quaeſtio, qua ratione Dauid panes detulerit propoſitionis, qui adſeruabantur in ſanctuario, Laicis inacceſſo? Ad quam quaeſtionem Literati uarie reſpondent. LVNDIVS in Jüd. Heiligth. *Libr. I. Cap. XXX. p. m.*

p. m. 166. uerba Euangelistae sequentem in modum explicat: Wär nun aber das Heilige den Leviten, bey Lebens-Straffe, verboten, so ist leicht zu sehen, daß die andern Stämme vielweniger haben einkommen, und sich selbigen nahen dürffen. Was *Matth. XII. 4.* von David gesaget wird, **er sey in das Hauß GOttes gegangen, und habe in der Noth die Schau-Brod gegessen**, ist solches nicht zu verstehen, als wäre David in das Heilige der Stiffts-Hütten eingegangen, und hätte daselbst die Schau-Brod gegessen, sondern daß er an den Ort gekommen, da die Stiffts-Hütte und das Hauß GOttes war, nemlich an den Ort, so weit er kommen durffte, vorn zum Vorhoff. Denn wie aus *1. Sam.* XXI. zu sehen, so waren die Schau-Brod, die David asse, nicht dieienigen, die im Heiligthum damals lagen, sondern die vom Schau-Brod-Tisch abgenommen, und aus dem Heiligen schon ausgebracht waren. Was nun im Vorhoffe der Stiffts-Hütten geschahe, das geschahe auch in der Stiffts-Hütten und im Hause GOttes, wie kurtz vorher erwehnet, weil die Stiffts-Hütten, oder das Hauß GOttes alle dazu gehörige Theile und Stücke in sich begreifft. Niemand, wie gesagt, niemand, ohn allein die Priester, musten ins Heilige kommen. Von Frembden, die nicht aus Priesterlichen Geschlecht waren, hieß es: **Wer sich hinzu nahen würde, solte sterben,** *Num.* I. *51.* III. *10. 38. XVIII. 4. 7. 22.* Und deswegen wird dis Vördertheil der Wohnung, weil es dem Allerheiligsten und der Wohnung GOttes über der Bundes-Laden am nechsten war, auch kein Israelit, ia auch kein Levit, bey Lebens-Straffe, sondern die Priester allein hineinkommen, und den Tisch, den Leuchter und Rauch-Altar bloß und unbedeckt stehen, und berühren möchten, das Heilige genannt *Exod.* XXVI. *33.* XXVIII. *29. 35.* XXIX. *30.* XXXV. *16. Lev.* IV. *6. Hebr.* IX. *2.* und vielen andern Orten mehr. Sacerdotes uero, quum operam suam ad celebrandos dies festos, conferrent, nullum incurrebant propterea peccatum, unde canon TALMVDICORVM commemorabilis: אין שבות
עבודה שיהא במקדש: *Non est sabbathum in sanctuario*, hoc est, לשם קדושים אין עבודה: *Opus seruile, quod fit in sacris, non est seruile.* HIEROS. שבת *fol. 17. 1.* MAIMONID. *in Peſachin Cap.* I. JOSEPH. KARO *in Orach Chaiim 11. 330.* עושין
כל צרכי מילה בשבת מוחלין ופורעין ומוצצין ונותנין
עליה כמה: *Cuncta, quae ad circumcisionem necessaria sunt, sabbatho agunt, circumcidunt, denudant, exsugunt, cingunt.* Quae

cum ita ſint, CHRISTVS omnino iuſtiſſima ex cauſſa incuriae Phariſaeos arguit u. 5. *Non legiſtis in lege, quod ſabbathis ſacerdotes in templo ſabbathum prophanant, et crimine uacant?* *Num* XXVIII. *9.* Quam formulam חללין שבת ולא חייבין *Sacerdotes prophanant*, hoc eſt, opera peragunt, die ſabbatho, *nec tamen rei iudicantur*, habent et Canoniſtae. CHRISTVS addit rationem praegnantem com. 8. κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, quam et MAGISTRI canonibus ſuis circumferunt: מי צוה על השבת צוה לחלל שבתא *Qui iubet ſanctificari ſabbathum, iubet etiam prophanare ſabbathum*, hoc eſt, opera abſolutae neceſſitatis et charitatis peragere. Vid. KIMCHIVM *ad Hoſ. VI.* Quae tandem de beſtiis, ex fouea extrahendis, tradit SERVATOR, ea quoque apud TALMVDICOS leguntur, tanquam opera die feſto conceſſa, quam ob cauſſam CHRISTVS κατ' ἄνθρωπον Phariſaeos ex ipſorum traditionibus confutat. Vid. LIGHTFOOT. *Hor. Talmud. ad Matth,* XIV. *11. p. m. 346.*

CAPVT XXI

§. 1.

Ad u. 1. et 2. Mirum tibi forſan uidebitur, Lector Beneuole, quare multa nobis fuerint praetermiſſa. Sed enim rationes, eaedemque plurimae, qualeſcunque adnotationes noſtras, quas heic non attigimus, in Tomum Antiquit. Euangel. ſecundum reponendas ſuaſerunt. Praeſens autem caput argumentorum excutiendorum copia adfluit. Initio illud maximam mihi mouet admirationem, quod CHRISTVS die praeciſe decimo ante Paſcha comedendum adſcenderit Hieroſolymas. Nec enim illud ſine arcano DEI conſilio factum. Iudaeis in V. T. mandatum erat *Exod. XII. 3.* ut die decimo Menſis אביב, *Abib*, uel ניסן, *Niſan*, agnus ſecerneretur in uſum Paſchatos, quos agnos, ad radices montis Bethaniae ſelectos, ſolemniter in urbem Hieroſolymam inducerent. Atque ſic CHRISTVS, agnus DEI, pro nobis immolandus, introducitur in urbem ſanctam. Agnus etiam cotidianus ex calice bibebat, ad faces ardentes, ante ortum aurorae, et item ex torrente Kidron, ubi ſanguis rufae uaccae, guttatim ſparſus, decidebat in terras. CHRISTVS non cali-

cem

cem modo, ſed et aquam ex torrente iuxta uiam bibiſſe, ad faces ardentes, ante ortum aurorae oſculo exceptus, quo et agni Paſchales excipiebantur, ſudabat guttas ſanguinis, tranſibatque torrentem Kidron, ubi ſacrificiorum ſanguines fluebant. Mittit SERVATOR duos diſcipulos. Sic enim moris erat, ut doctores diſcipulos, magiſtratus miniſtros, domini ſeruos, uel unum, uel duos mitterent, u. c. ſi nouilunia indicarentur, ſi libelli repudii mitterentur, ſi ſacrificia, uel primitiae deferrentur. Solebant autem aſini ramis palmarum, ad compita uiarum (an die Ecken der Heer-Straſſen,) alligari, ut iis uterentur peregrini, ſi de uno loco in alterum uellent proficiſci. Vid. *Lexic. Aruch. 131. fol. 3. in med.* LIGHTFOOTVS concinne: *Duplicem adimpletionem coronat hic triumphus Chriſti.* 1. Prophetiae huius Zachariae, 2. Aſſumptionis agni Paſchalis. Nam ipſiſſimus hic dies is erat, quo, ex mandato legis, aſſumendus ille erat *Exod. XII. 3.* Talmudicis uix conſtat, quomodo inter ſe conſtent uerba Danielis de Meſſia, quod uenit cum nubibus coeli *Dan. VII. 13.* Et haec Zachariae, quod uenit inſidens aſino. Vid. BABYLON. *Sanhedrin. fol. 98. 1. Si boni ſunt Iſraelitae*, inquiunt, *tunc ueniet in nubibus coeli, ſi uero non boni, tunc inequitans aſino.* Longe falleris, o Iudaee. Nam in nubibus coeli uenit iudex, uindex, ultor, quia uos mali, quia uos peſſimi; At inſidens aſino, non quia uos boni, ſed quia ille bonus. אמר ליה שבור מלכא לשמואל: *Sapores rex dixit Samueli: Dicite uos, Meſſiam ueſtrum uenturum ſuper aſinum, ego mittam ei equum nobilem. Reſpondit ei, non eſt tibi equus centimaculus, qualis eſt eius aſinus.* IBIDEM. In ſumma Meſſiae humilitate faſtum ſomniant, etiam in ipſius aſino, quae humilitas deſignat ſtatum exinanitionis et ſerui, in quem illum peccata noſtra deiecerant, quanquam nihilominus erat Dominus, quo nomine commate 3. ſalutatur: κύριος χρείαν ἔχει, *Dominus hic opus habet.* SYRVS דלמרן מתבעין, quod Dominus noſter, ſiue Dominus κατ' ἐξοχὴν indiget, בעא enim deſignat *neceſſarium eſſe, requirere, indigere.* Sic *Ioh. XIII. 29.* דמתבעא, *quod requirebatur ad feſtum*, id eſt, neceſſarium erat. *Act. II. 1. oportuit impleri Spiritu S.* id eſt, requiſitum, neceſſe fuit. *Matth. III. 8.* Facite fructus דנבעו, *dignos poenitentia*, qui requiruntur ad poenitentiam. Ad ſignificandam huius Domini maieſtatem Articulus ὁ, qui et

uoci ἐρχόμενος praeit, ἐμφατικῶς, praemittitur, unde SYRVS eundem in Statu Emphatico adpellitat מריא et מרניא *Dominum κατ' ἐξοχὴν*, uel מרן, *Dominum nostrum*, cum suffixo, uel נ per παραγωγὴν emphatice annexo, et ARABS cum Articulo אלרב, *Dominum* praegnanter talem, et denique PERSA cum ÆTHIOPE גדא, *Goda*, Deum omnipotentem. Est enim גדא DEI nomen proprium κατ' ἐξοχὴν et essentiale. Eadem ratione in ἰδοὺ ἡ παρθένος eleganter admodum Articulus digitis uelut monstrabat uerba Esaiae *Cap. VII. 14.* הנה העלמה, *ecce haec ipsa uirgo.* Ita *Matth. II. 3.* σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος. *Io. XIII. 13.* Ὑμεῖς φωνεῖτε, ὁ διδάσκαλος, καὶ ὁ κύριος, ubi singulis in locis Hebraeum הוא, exprimit, quod TALMVDICI decem inter DEI Attributa referunt, et interpretes passim uertunt αὐταυτὸν, *ipsissimum*, qualis est παντοκράτωρ. Vid. *Es. LIII. 4.* Singula haec ad confirmandam CHRISTI diuinam naturam adferuntur, et humanitati eius nihil detrahunt. Audit SERVATOR optimus praeterea πραΰς, Syriace מכיך, *afflictus, egenus, humilis, modestus, lenis, mitis, mansuetus.* Ita enim Graeca uox respondet Hebraeo עני *Zach. IX. 9.* pro quo LXX. uiris est πραΰς, designans CHRISTI statum exinanitionis, egestatem his in terris, mansuetudinem et φιλανθρωπίαν. Atque sic descendit SERVATOR Θεάνθρωπος ad opus redemptionis perficiendum Hierosolymas, et oculi heic nostri semper ad utramque eius naturam sunt deiiciendi.

§. 2. Quia dies MESSIAE *Zachar. XIV. 6. sqq.* festi tabernaculorum nomine ueniunt, et ritus, quorum fit hoc capite mentio, Scenopegiae in festiuitatibus, passim in consuetudinem abiisse, legimus, cerimonias, in festo Tabernaculorum usu receptas, summum in regno gratiae per Seruatorem excitatum gaudium adumbrasse, atque in solemni hoc Aduentu Christi typos esse adimpletos, nulli dubitamus. Antiquitates ergo Scenopegiae, quae nobis faculam in explicandis SCRIPTVRAE commatibus praemittere poterant, sunt euoluendae, praesertim quum et concionem habituro argumenta uideantur suppetere, non contemnenda. Sic nos in eundem usum in praelectionibus publicis sequentem dedimus Dispositionem Euangelicam. Praeloquium agebat de festo Tabernaculorum. Exordium *Es. IX. 3.* PROPOS. Das längst gehoffte und freudig erfolgte Lauberhütten-Fest des Neuen Testamentes / ubi uide-

uidemus I. SANCTISSIMAM PRAEPARATIONEM, die zu diesem hochheiligen Feste höchstnöthige Vorbereitung, quae cognoscitur 1.) *ex solemni legatione*, aus der vorhergehenden Gesandschafft. Ita moris erat apud ueteres Judaeos in festis solemnioribus praemittere legatos. 2.) *Ex festiua annunciatione*, aus der freudigen Verkündigung u. 5. Sacerdotes olim per nuntios et tubarum sonitus denunciabant festa, atque de his N. T. festiuitatibus non Zacharias tantum, uerum omnes Prophetae sunt testati. II. Videmus FESTIVAM SOLEMNITATEM, die bey diesem hochheiligen Feste herrl. Feyerung, quae intelligitur 1.) *ex amoenitate Tabernaculorum*, aus den lieblichen Hütten. LVNDIVS in Jüd. Heiligth. *Libr. V. Cap. XXV. p. 1057. n. 40.* Sie hieben Zweige von den Bäumen, und streueten, oder setzten sie auf den Weg, nicht zwar, als hätten sie Kleider und Zweige in den Weg, den er reiten solte, geworffen (denn das hätte den Esel in Gehen verhindert) sondern sie richten eilig in dem Wege Hütten von Zweigen auf, und behangen sie mit Kleidern, wie am Lauber-Hütten-Feste zu geschehen pflegt, da sie Hütten von Zweigen aufgerichtet, und die Wände mit Tapeten behänget. Populum heic tabernacula in tanta festinatione extruxisse, non ausim adfirmare, sufficit tamen, ramos ex arboribus decerptos, in honorem regis sui, per uiam dispersisse. 2.) *E fasciculo* לולב, aus dem wunderschönen Palm-Busch. LVNDIVS l. c. Viele kommen ihm auch entgegen mit Palmen in den Händen, eben wie am Lauber-Hütten-Feste, u. 8. Vid. *Ioh.* XII. *13.* Acceperunt τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. LVTHERVS Palm-Zweige, LIGHTFOOTVS et HOTTINGERVS לולבין, *fasciculos palmarum*, SYRVS סוכא, *ramos, uel tabernacula.* 3.) Ex הושענא, aus dem liebl. Hosianna, u. 9. 4.) *Ex Sponsi regis aduentu*, aus dem Könige der Ehren u. 5. et 9. Vt igitur clarior huic pericopae lux affundatur, ritus huius festi heic et apud Iohannem potissimos examinaturi sumus.

§. 5. Festum Scenopegiae uariis nominibus insignitur. Initio tulit nomen festi simpliciter et κατ᾽ ἐξοχὴν, sicuti Pascha, ab solemnitate maxima *2. Chron.* VIII. *8. 9.* Ex quo capite IOSEPHO *Libr.* VIII. *Antiqu. Iud. Cap. 2.* solemnitas audit maxima et sanctissima, LVNDIO das lustigste Fest. Vid L'EMPEREVR *Not. 6. ad Midd. Cap. 3. Sect. 4. et* CASAVBON. *Exercit. XVI.*

contra BARONIVM, *num. 18.* MAIMONID. *Hilc.* שופר וכ״י *Cap. VIII. 12.* אם על פי שכל המועדות מצוה לשמוח בהם בחג הסכות היתה במקדש יום שמחה יתירה: *Omnibus quidem festis diebus laetandum, sed durante festo Tabernaculorum maximum in Templo gaudium existebat.* Alii adpellitant חג הסכות, *festum tabernaculorum*, quod per hos festos dies, a quinto decimo Mensis Tisri usque ad uigesimum primum, Israelitae laetarentur sub tabernaculis, sub dio extructis, quos inter dies prima et ultima principem locum obtinuit, partim propter maiorem festiuitatem, partim propter *conuocationem sanctam*. Heic tantum de *Lulabh* et *Hosianna* quaedam proferemus, reliqua commemoratione digna *Joh. VII.* et *XII. 13.* tradituri. Audiamus initio doctores Christianos: LVNDIVS in Jüd. Heiligth. *Libr. V. Cap. XXIV. sqq. p. m. 1050. sqq.* Solten auch diß Fest über, sonderlich am ersten Tage, Früchte von schönen Bäumen, und dreyerley Art grüne Zweige in ihren Händen tragen Leu. XXIII. 40. sqq. MAIMONID. More Neuoch. P. III. Cap. 43. Im angezogenen Ort werden die Zweige, so sie in Händen getragen, namhafft gemacht, Früchte von schönen Bäumen, Palm-Zweige, und Meyen von dichten Bäumen, und Bachweiden. Was die dichte und schöne Bäume sind, fragt sichs? die Hebräer halten einhellig dafür, daß durch die schönen Bäume Citronen-Bäume, und durch die dichte, oder dicke Bäume, Mirten-Bäume verstanden würden. MAIMONID. l. c. BVXTORFF. Synag. Iud. Cap. 21. MVNSTER. ad Leu. 23. 40. Die Citronen, Myrten- und Weiden-Zweige, wollen sie, seyn zum wenigsten drey flache Hände lang gewesen, der Palm-Zweig aber vier, und also eine Hand breit höher, als die andern drey Zweige. Von Citronen-Zweigen habe ieder einen genommen, imgleichen von Palmen einen, aber von Myrten drey, und von Weiden zum wenigsten zwey. Die dreyerley Zweige, als Citronen, Myrten und Weiden, hätten sie mit einer Weide, oder wie wirs hie nennen, Wiechel zusammen gebunden, und einen Busch daraus gemacht, den Palm-Zweig aber hätten sie allein für sich gelassen. Doch wenn sie den Busch tragen sollen, hätten sie den losen Palm-Zweig, sammt den von Citronen, Myrten- und Weiden-Zweige zusammen gebundenen Busch in die rechte Hand genommen, in der Lincken aber einen Citron-Apffel getragen. Den Busch nennten sie לולב, einen Palm-Busch, weil von allen Zweigen der Palm-Zweig der längste war. Es habe Nie-

mand

mand zu Mittage essen dürffen, der nicht des Morgens einen solchen Busch getragen, welchen Busch sie hernach ins Wasser gesetzt, damit er das Fest über völlig grün blieb. MUNSTER. et BUXT. l. c. SCHINDLER. in הדר p. 427. et סכך p. 1214. sq. Nach Mitternacht wurden alle Thore geöffnet. JOMA Cap. I. Sect. 8. et SCHERINGH. not. Ehe der Hahn krähete, war der Vorhoff voll Jsraeliten mit ihren Danck-Opffern. Ein ieder hatte seinen Busch in der rechten, und eine Citrone in der lincken Hand. Das grosse Halleluia ward bey einer schönen Music gesungen. Wenn sie im Gesange dieses grossen Hallels auf den 118. Psalm kamen, und derselbe angefangen ward: **Dancket dem HErrn, denn er ist sehr freundlich, und seine Güte währet ewiglich!** schüttelten sie ihre Büsche in der rechten Hand von vorn zu dreymahl vor der Stirn, dreymahl zur rechten Hand, dreymahl hinten auf den Rücken, und dreymahl zur lincken Hand, dreymahl auf- und dreymahl niederwerts, und mit solchen Rütteln und Bewegung dieser Büsche machten sie ein grosses anmuthiges Geräusch. Wenn sie weiter an die Worte kamen. Ps. 118. 25. **O HErr hilff! O HErr laß wohlgelingen!** schüttelten sie die Büsche wieder auf vorige Weise, und wenn der Psalm beschlossen ward v. 29. **Dancket dem HErrn, denn er ist freundlich, und seine Güte währet ewiglich!** thaten sie es abermal. Die gantze Gemeine gieng um den Brand-Opffer-Altar, schüttelten ihre Büsche, und sagte ein ieder הושיעה נא **O HErr hilff! O HErr laß wohl gelingen!** wohin sie Ps. 96. 12. ziehen: **Lasset rühmen alle Bäume in Walde.** LIGHTFOOT. ad Matth. XXI. 9. 15. BUXT. Synag. Jud. Cap. 21. Von diesen ihren Seufzern aber, da sie um den Altar giengen, und bey Bewegung der Büsche sagten הושיעה נא, **hilff doch**, haben sie das gantze Fest, wie auch den **Palm-Busch** in der rechten Hand **Hosanna**, ingleichen ihre Fest-Gebethe **Hosannoth**, genannt. BUXTORFF. Lexic. Talmud in ישע, DRUSIUS Comment. Prior. ad Voc. N.T. in Hosanna, et Poster. Cap. 19. Der siebende Tag war der allerheiligste, und wird von den Hebräern genannt *Hosanna rabba*, das grosse Hosanna. BUXT. l. c. SCHINDLER. ad uoc. ישע, TREMELL. ad Joh. VII. 37. **Am letzten Tage des Festes, der am herrlichsten war.** Sie giengen hier siebenmahl, unter der schönen Music und Drometen-Schall, um den Brand-Opffers-Altar her, schüttelten ihre Büsche und sungen: **O HErr hilff** 2c. Wie sie 7mahl um Jericho umher ge-

gegangen LIGHTF· l.c. Es ward dieser Tag daher genannt der siebende Tag der Weiden. CLOPPENBVRG· Schol. Sacrific p. 41.

§. 4. TARGVM *in Esther.* בחמשא עשר ביה וגו׳ והררין בהושׁנא: *Decimo quinto*, mense Tisri, *tegunt tuguria, tectum domorum suarum in hortis, et secant frondes palmarum, atque decerpunt citrea poma, et scindunt rosam marinam, et faciunt sibi Hosanna, leguntque in libris suis, et orant, laetantur et hilares sunt in Hosana.* Locus extra Hierosolymas ab exeundi solemnitate, uel processionibus, accepit nomen מוצא, *Moza*, id quod sonat *exitus, processio.* TALMVD· *Succa Cap. IV· Hal. 4.* 1. *Fructus arboris pulcherrimae*, uel honoratae *Leu.* XXIII· *40.* ONKELOS· sic explicat: פארי אילנא · אתרוגין באמת כי אין עץ יותר הדר ממנו: FRVCTVS ARBORIS CITREI· *Certe non est fructus formosior citreo.* 2.) כפות תמרים, *spathulas palmarum* reddit ONKELOS. לולבין, et cum ipso MAIMONID· *Hilc.* שופר וכ״ו, *Cap. VIII· 12. Sunt rami palmarum, de quibus in lege, quando progerminant, neque folia in hoc illudue latus diuisa sunt, quando adhuc* sceptri formam *tenent. Talis scilicet fasciculus* לולב *dicitur.* 3.) ענף עץ עבות exponunt LVTHERVS: Meyen von dichten Bäumen, *Vulgatus: Ligni ramos densarum frondium*, LXX· κλάδους ξύλου δασεῖς, ONKELOS· et MAIMONIDES הדסא, *myrtum.* 4.) ערבי נחל, *salices torrentis*, eidem sunt certae salicum species, quarum folia aliis amoenitate ac umbra excelluerint. MAIMONID· *Hilc.* שופר *Cap. VII· 23, Hilc.* סוכה *Cap. IV· 5. Altare singulis diebus cum Lulabh in manibus una uice circuire soliti sunt, ac clamare:* Quaeso, Domine, salua, fac, ut prospere succedat, obsecro. *At die septima altare septies quoque circuibant..* AVCTOR *Schulch. Aruch. ex Ord. Or. Chaiim. Die septimo, qui* Hosanna Rabba *audit, cantus multiplicare solebant. Ioh. VII· 37.* unde etiam nomen accepit, quo die feruntur ultimam legisse sectionem Pentateuchi, qui propterea TALMVDICIS uocatur חג שמחת תורה, *festum laetitiae legis.* Vid. ABARB· *Comm. ad Deut. XXXI·* Solebant etiam fasciculi aureis, uel argenteis manubriis circumdari, uel syndone eleganti circumuolui. Praeter fasciculum לולב ramus citreus capiebatur seorsim, malis citreis adhuc candens, quemadmodum testatur MAIMON. l.c. Volebamus addere plura, sed angustia nos chartae prohibet, quapropter Iohannis *Cap. VII·* et *XII·* quibus amplissimus de Tabernaculorum festi ritibus edisserendi futurus est locus, alia quaedam obseruationibus nostris inseremus.

CAPVT

CAPVT XXVI

PASSIO SERVATORIS, ad quam nos ordo ducit, neruus est Euangelii, מכתם, κειμήλιον, unicum salutis humanae θεμέλιον et λόγος πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, I. Tim. I. 15. quem non semel *Scriptores sacri*, sed iterum, iterumque, quam diligentissime, inculcant, Phil. III. 1. atque κατ' ἀκρίβειαν, tanquam summam Scripturae, argumentum, compendium μετὰ τῆς μεγάλης πληροφορίας explicant. Adprehensionis et interfectionis caussa, ex parte Iudaeorum, erat *odium*, quod contraxerat sibi innocentissimus Seruator, ut reliquas, quas Theologi passim exponunt, caussas hic silentio praetereamus, praesertim *e miraculis*, sigillatim *ex resuscitatione Lazari*, miraculo omnium, cum uiueret, maximo, *Ioh. XI. 46. 47. etc.* de quo pauca erunt submonenda. Princeps, Synedrii, Caiaphas, Pontificibus ac Pharisaeis dixit: *Vos nescitis quicquam, nec perpenditis, quod expedit nobis, ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat*, de quo effato SAGITTAR. *Hist. Pass. P. I. c. 1. §. 12. 13. p. 3.* significanter admodum edisserit: *Non assentimur illis, qui hoc effatum profectum esse uolunt ex prudentia, quae περιστατικὴ uocatur, quaeque ea dictitat consilia, non quae in se honesta sunt, sed quae in summa Reipublicae salute summa flagitat necessitas. Verum DEVS ita Pontificis populi principatum tenentis linguam direxit, ut, licet malus sentiret male, bonum tamen, etsi non bene, diceret; cumque crudeliter appeteret innocentis mortem, idem mysterium redemptionis praediceret.* Lazari uero resuscitationem mortis caussam, saltim ex parte Iudaeorum, fuisse proximam, atque immediate praecedentem, in historia sacra planum est. CHRISTVS enim illo miraculo diuinam ἐξουσίαν ad oculum demonstrare, ac hostes inexpiabili odio flagrantes, ad perpetuum compellere silentium uolebat. Lazari τοῦ φίλου ἀσθένεια Seruatori, ui omniscientiae suae, erat quidem nota, sed iter aliquot in dies differebat, quo nemo, cum iam quatuor per dies in spelunca dormiuisset, ueram ex mortuis resurrectionem in dubium uocaret, aut, ut antea, ali-

 quid

quid exciperet. Vnde Christus perscienter dixit: οὐκ ἔςι πρὸς θάνατον etc. Nimirum *terminatiue* erat πρὸς θάνατον, *non ultimato*, ubi fuit ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ etc. Non enim habent, quod ad hoc illustre exemplum regerant, impii, *Ioh. XI· 46. sqq.* Quapropter *Synedrium conuocant*, *pessimaque* de morte CHRISTI *consilia* ineunt, teste *Euangelista*, *uers. 53*; Ἀπ' ἐκείνης ὖν τῆς ἡμέρας συνεβουλεύσαντο, ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν. De cetero SERVATOR, quando pronuntiat; Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, non loquitur περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου, sed τοῦ θανάτου, siue περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, uers. 13. ita, ut phrasis sit *improprie* et μεταφορικῶς accipienda, κατὰ παροιμίαν et εἰς εἰκόνα, sicuti *mors* diserte, tam in Antiquitate sacra, quam profana, ὕπνος dicitur. *XV· 51. 1. Thess. IV· 14. etc.* Gentiles ideo, ὕπνον *ipsissimam mortis sororem* esse, finxerunt. HESIOD· *Theog. diserte*; Νὺξ ἔτεκε ὕπνον etc. *tum consanguineus lethi sopor ---.* Porro *perpetuum somnum* mortem adpellabant, κοίμησιν τῦ αἰῶνος, ut *Ier. LI· 39.* DOVGT· *Anal. S· P· 2. pag. 59.* Vnde, cameram sepulchralem, in qua ossa sanctorum requiescunt, Veteres Hebraeos משכב, Graecos κοιμητήριον, Gallos Cemetire, dormitorium, ex more loquendi perantiquo, uocasse, constat. ATHEN· *lib. 4.* τῶν κρητικῶν scribit, apud Cretenses in singulis ciuitatibus esse quasdam aedes publicas, ad excipiendos peregrinos, quae adpellarentur κοιμητήρια. Veteribus Christianis perinde atque Iudaeis camerae sepulchrales, *cryptae*, uidebantur κατάλυμα, *diuersorium*, quo lassitudine confecti mortui diuerterent, qua de re dicam infra de Sepultura CHRISTI. *Iudicia Hebraeorum* triplicis erant ordinis. *Triumuirale primum* constans ex tribus uiris, qui leuiculis rebus diiudicandis praeficiebantur. *Alterum Synedrium minus*, tribus et uiginti constans uiris. *Tertium maximus consessus* Iudicum LXXI· quem *Synedrium M·* uocant, in quo res maximi momenti agebantur. SAGITTAR· *l. c. p. 3.* Iam, Synedrium M· *uirorum septuaginta unius* uniuersim examinare, est in animo.

§. 1. Synedrium M· fuit consessus, uel senatus publicus, a DEO per ministerium Mosis haud dubie institutus, et in dies usque SERVATORIS uoluntate DEI adseruatus, in quo uiri Sapien-

Sapientes LXXI· ex Israel, nempe Praeses cum adsistentibus, in urbe praesertim sancta, res diuinas pariter ac humanas, initio iuxta leges diuinitus praescriptas, deinceps quoque insimul iuxta traditiones, a Maioribus acceptas, egit, in NVMINIS DIVINI gloriam, Reipublicae autem Iudaicae incrementum, ac Iudaeorum salutem.

§. 2. Congregationes Hebraeorum ciuiles adpellantur Talmudicis סנהדרין, סנהדרים, סנהדראות, סנהדריות, per compendium scriptionis סנהדרי״, a Graecis uocabulis *σύνεδρα, συνεδρία, σύνεδρος, συνέδριον*, adnotantibus id ELIA LEVITA *in Thisbi ad uocem* סנהדרין. DRVS· *ad Diffic. Loc. Num. 48.* BVXTORFFIO, *Lex. Talm. col. 1509. et 1513.* SELDENO *de Synedr. V· H· l. 2. c. 4. p. 560.* Vox autem Sanhedrin, interprete BYNAEO *de M· C· l. 1. c. 2. p. 116. sub Macedonum imperio recepta est, qui Senatores uocarunt Synedros, teste* LIVIO *l. 45. c. 32.* Eodem sensu apud Graecos e marmore ueteri Smyrna pridem in Angliam allato elicitur, ΤΟΥ ΣΕΜΝΟΤΑΤΟΥ ΣΥΝΕΔΡΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΣΜΥΡΝΑ ΓΕΡΟΝΤΩΝ, *honoratissimi Synedrii Senum, qui Smyrnae sunt.* Vi uocis significat *consessum, locum consessus*, den sitzenden Rath, den Orth, da der sitzende Rath zusammen kommt. Vnde antiquis Germanis formula iuridica non est infrequens: Für gehegter Banck, am Sitze-Tage. LVND· Jüd. Heiligth. *l. 3. c. 12. p. 455.* Eodem ex capite THVCYD· *σύνεδροι* sunt *καθήμενοι* & apud SOPHOCL· *in Aiace σύνεδρος κύκλος, corona considentium principum.* ARISTOTELES idcirco *συνέδριον* adpellat *βουλευτήριον καθημένων, locum, ubi conueniunt σύνεδροι, Senatores, sedentes πρὸς τὸ συνεδρεύειν, ad consultandum,* ut OVIDIO dicebantur *consedere duces*, STEPH· *Thes. T. 1. pag. 1087.*

§. 3. *Publicum consessum* adpello 1) *ratione loci.* Conuenerunt Senatores in locis, aut aedibus, non priuatis, uerum publicis, ad id extructis. 2) *ratione personarum, siue Subiecti.* Constabat Synedrium e personis non priuatis, sed publicis, publica constitutis auctoritate. 3) *ratione obiecti, siue rerum illic actarum.* Omnes quidem caussae, sed maxime publicae, in Synedrio M· peragebantur, 4) *ratione finis*, qui erat omnium

 usus

Synedrii origine teſtatur *expreſſum DEI mandatum*, *executio per Moſen* ad ſummi Legiſlatoris uoluntatem *facta*, *diuina per aſcenſum adprobatio*, *Spiritus S. ſuperuentio*, *effectus* denique, donum nempe prophetiae, quibus actibus publicis ſolemniter conſtituebatur, et diuiniſſima pompa inaugurabatur. Perpetuo, an ſaltim illo die Seniores prophetarint, interpretes inter ſe non conueniunt. *Chaldaeus*, ſiue *Targum Onckel.* habet ולא פסקין, *nec ceſſarunt. Vulgatus:* Nec ultra ceſſauerunt. D. LVTHER. Weiſſagten ſie, und hörten nicht auf. In fontibus extat: ולא יספו, *nec adiecerunt*, ſcil. prophetando, hoc eſt, poſtea non prophetarunt, ſed deſierunt, quos κατὰ πόδα plerique interpretum ſequuntur. Ita *Graecus*; καὶ ὀυκ ἔτι προσέθεντο, *nec ultra adiecerunt; Talmudici* פסקו, *ceſſarunt.* Vid. *Gem. Babyl. Tit. Sanhedrin c. 1. f. 7. 1.* Samaritanus: ולא יפקו, *et non addiderunt.* IVN. et TREMELL. *Vt tum prophetarent, et non amplius.* Conſonant *Galli: Mais ils ne continuerent pas*, *Iudaei Mauritanenſes* apud SELDENVM itidem, *et non adiecerunt*, uti et *MSt.* penes ipſum *Pentateuchi uerſio uetus notanter admodum*, *non adpoſuerunt*, prophetiam nempe aliam. SAL. IARCH. non prophetarunt, *niſi illo tantum die*, אלה אותו היום לבדו לא נתנבא, *Syrus*, *Verſio Arabica*, SAADIAE GAON. *Perſa*, alii. Sic *Iudaei Germanicenſes:* [אביר דער נאך] ניט מער, et *Sepher Siphri f. 13. col. 4.* ſatis bene: *Prophetabant pro tempore tantum.* Conſentiunt *Peſiktha Zotertha, fol. 45. col. 4.* KIMCH. *apud Munſter. ad Num. 11.* ac *Hebraei* tantum non omnes apud SCHINDLER. *Lex. Pent. ad uoc.* יסף, *p. 773.* Nam 1) יסף, quando conſtruitur cum Infinitiuo, aut Gerundio, ſiue explicite ac expreſſe, ſiue implicite et uirtualiter, ſignificat *pergere*, *iterum*, *rurſus*, *magis magisque*, *ultra*, non, ac ſi Verbum abiret in Aduerbium, ſed quia Verbum, qua formam Grammaticam uerbaliter, φύσει ϗ κτίσει, poſitum, aduerbialiter, χρήσει, *quoad ſenſum*, ut BVXTORFFIVS adnotat, commode explicari poteſt. Saepe autem alterum Verbum, Infinitiuus, aut Gerundium, κατ' ἔλλειψιν, reticetur, quod, quando aliam in linguam transfertur, ſupplendum. Vid. *1. Sam. XV. 35. Iud. XIII. 21.* 2) In ipſa *inauguratione*, *plantatione* et prima inſtitutione prophetia et SPIRITV opus habebant, non itidem in iam inſtituti regiminis *continuatione*, et *adminiſtratione.*

tione. Sicut enim DEO in plantanda Ecclesia sanctissimo placuit, extraordinaria et immediata reuelatione uti, cum miraculorum dono coniuncta: Ita, in prima quoque consessus inauguratione immediate ac extraordinarie benignitatem diuinam homines experiri, uoluit, ut uiros illos hoc ipso publicam in auctoritatem constitueret, et eorum electionem, sibimetipsi (לי) factam, solemni pompa confirmaret. Quemadmodum autem, cum iam haberent Mosem et Prophetas, ut Abrahamus ad diuitem ait, hoc est, τὰς γραφὰς, canone completo, in plantata Ecclesia, immediata reuelatio et miraculorum dona cessabant: Ita perinde desinebat prophetia, LXX· uirorum confirmato, constitutoque satis bene Synedrio. Quippe Spiritu prophetico tantum indigebant in solemniter facta inauguratione ac confirmatione, non autem in administratione. Res enim forenses absque Spiritu prophetico, ad legum diuinitus praescriptarum normam, diiudicari optime poterant. Vid. BVXT· *Lex. Talm. l. c.* LEVSDEN· *Phil. Hebr. mixt. Diss. 46.* SCHICKARD· *de Iur. Reg. Hebr. c. 1. theor. 2.* GROT· *de Iur. Pac. et Bell. l. 1. c. 3. num. 20. §. 3.* SELDEN· *de Synedr. l. 2. c. 4. p. 564. alii.* Distinguendum uero est *inter rem ipsam*, siue *Obiectum in se spectatum*, ac inter rei *uarias pro uarietate temporum adiectas circumstantias* et mutationes. Rem, hoc est, Obiectum, Synedrium simpliciter et ratione sui consideratum, *Num. XI·* originem cepisse, simulque ad perfectionem plenariam peruenisse, constanter adfirmandum, omnes uero minutissimas quoque circumstantias eodem in prima statim dispositione modo adfuisse, negandum, et pernegandum putamus. Tempore Mosis, οὐσιωδῶς, *essentialiter*, quando spectatur, tam absolutum et perfectum erat, quam Synedrium illud, quod florente Rep. Iudaica, uigebat, non itidem *relatiue* et *accidentaliter*, quoad has, illasue peculiares circumstantias *extraessentiales* et *accidentales*, quales successu temporis, praesertim in Canaan, accreuerunt, et insigniter quandoque mutarunt. Hoc propter illos tenendum erat, qui cum LVNDIO, *Num. XI·* non nisi fundamenta esse iacta, in Canaan autem plenarie ad perfectionem peruenisse, statuunt. Nobiscum sentiunt Rabbini ad unum ferme omnes. Vid. SELDEN· *de Syn. l. 2. c. 4. §. 2. p. 562.* CVNAEVS *de R· H· c. 12. p. 93.* SIGON· *de R· H· l. 6. c. 7. p. 310.*

MENOCH·

MENOCH· *de R· H· l. 1. c. 6. q. 5. f. 39.* CARPZOV· ad SCHICKARD· *de I· R· H· c. 1. theor. 2. not. 3. p. 9.*

§. 5. De Tempore, uidelicet primae institutionis die ac anno, nihil habeo, quod addam. Vid. SELDEN· *l. c. p. 630.* Locus primae institutionis erat in diserto *Pharan Tabera, Num. XI· 3.* Graece ἐμπυρισμὸς, *incensio*, eo quod בערה, *incensus illic est contra eos ignis Domini.* Postea dicebatur *Kibroth Hattaaua* uers. 4. Graece μνήματα τῆς ἐπιθυμίας, Lust-Gräber, cum sepelierint ibi את העם המתאוים, *populum illum concupiscentia ciborum Aegyptiorum flagrantem*, *Num. XXXIII· 16.* Equidem Hebraei, miru dictum, per concupiscentiam carnis non desiderium cibus, sed illicitum incestus coitum, siue propinquarum carnis suae adpetitionem intelligunt. Vnde *Glossa Talmudica: Eo, quod interdictae sunt illis propinquae:* Ac in *Paraph.* VZIEL· ושמע משה ית עמא על קריבת דמתאסרן להון: *Audiuit Moses populum flentem ob propinquas sibi interdictas.* Sed enim, ut a litera temere non est recedendum, ita circumstantiae hic textus priori sententiae patrocinantur, eamque in omnes partes defendunt. *Locus consessionis ante constructum Templum* erat ille, ubi Tabernaculum figebatur, לפני פתח אהל מועד, *ante ostium Tabernaculi*, pro Tabernaculi migratione, modo hic, modo illic, Siloh, Mispah, Gilgal, Nob, Gibeon, in domo Obed-Edon, postremum Hierosolymis. Vbi in urbe sancta, *stante Templo Salomonis*, consessum σύνεδροι habuerint, admodum incertum est. Magistri, cameram LXX· Iudicum, לשכת הגזית dictam, in Templo iam primo extructam extitisse, ad *Deut. XVII· 10.* contendunt. Vid. *Hal. Sanhedr. c. 14.* et SELDENVS, qui suam subnectit ἐπίκρισιν: *Et forsan sic cognominatus est tam sub primo, quam secundo Templo Synedrii locus;* multasque, praeter illam, specialiores circumstantias immiscet, quae Rabbinicae, id est, sublestae sunt fidei, aut certe, si fides illis habenda, recentioris aetatis. *Post excidium primi Templi*, Iudaeis captiuis in Babyloniam abductis, omnibusque ab rege Chaldaeorum principibus, per quos Magistri Primates, Assessoresque Synedrii intelligunt, occisis, *Ier. XXXIX· 6.* Hebraeos in Babylonia Synedrium erexisse, populumque, more forensi, ad leges diuinas, gubernasse, Talmudici opinan-

opinantur, quanquam Senatus ille ab Synedrii Hierosolym. flore et excellentia quam longissime abfuerit. Vid. *Gem. Sanhedr. c. 1. f. 1.* DIETER· *Antiq. Bibl. ad Gen. 49. 10.* et LVND· Jüd. Heil. *l. 3. c. 17. p. 477. Post reditum* Arthasasta, Persarum rex, Esrae atque ceteris, ut Synedrium illud de nouo extruerent, concessit. In *Templo secundo Zorobabelis et Herodis* locus confessionis erat ille, quem uocant לשכת הגזית, *conclaue saxeum, Mischna, Tit. Sanh. c. 10. Babyl. f. 86. 2.* שלשה בתי דינין היו שם אחד יושב על פתח הר הבית ואחד יושב על פתח העזר ואחד יושב בלשכת הגזית: *Synedria tria ibi fuerunt; Vnum collocatum ad introitum montis Templi; unum ad introitum Atrii, et unum in* Lischcath Hagazith. *Maim. Hal. Sanh. cap. 14.* Considebat Synedrium M. בלשכת הגזית שהיתה בעזרת ישראל: *In conclaui caesi lapidis, quod erat in Atrio Israelis. Gem. Babyl. fol. 88.* בית דין של שבעים ואחד יושבין בלשכת הגזית: *Synedrium Septuaginta-unius-uirale considebat in conclaui saxeo.* Vid. *L' Emper. ad Mass. Midd. c. 5. f. 3. p. 185.* Σύνεδροι Talmudicis et Hieronymo idcirco adpellantur חכמי הגזית, *Sapientes Gazith*, et totum Collegium *Consistorium Gazith*, *Consistorium de Guazith.* Vid. IAC· IVD· LEO *de Templo Hieros. l. 2. n. 128. Ioseph. de B. I. l. 6. c. 14. Ezech. 40. et 42.* Nomen illud optime interpretantur *Conclaue saxis quadratario opere politis*, seu dolatis, insigne. Sic *1. Reg. V· 17.* mentio fit אבני גזית, *lapidum dolatorum, Amos V· 11.* בתי גזית, *domorum quadro lapide constructarum, 1. Reg. VII· 11.* מדות גזית, *mensurae in dolandis saxis adhibitae.* Nam Orientales ad extruenda pauimenta quadris subinde lapidibus utebantur, in superioribus aedium partibus, quod non ad ornatum modo facerent, sed in calidioribus illis etiam regionibus refrigerium aliquod pedibus praestarent. Iudaeis ab Romano domitis, Gabinius Syriae praeses, ad eorum robur coercendum, Hierosolymitano quatuor adhuc alia adiungit Synedria, nimirum *Gadarae, Amathunti, Iericho, Saphorae*, atque omnem Iudaeam in quinque prouincias partitur, unicuique earum Synedrio ac principe concessis. Vid. IOSEPH· *Antiq. Iud. l. 14. c. 10. l. 1. de B. I. c. 6.* CVNAEVS *de Rep. Hebr. l. 1. c. 13.* qui his quatuor Synedriis eadem iura, prae-

rogatiuas easdem, eandem dignitatem, reliqua, quae Synedrio M· propria fuerunt Hierosolymis, adscribit. Ast sentimus cum GROTIO, LVNDIO, aliis, illa sub huius potestate fuisse, existimantibus, atque Hierosolymitano palmam relinquentibus. Ad hanc Synedriorum multitudinem respici a CHRISTO, *Matth. X· 7.* praeter GROTIVM contendunt SCVLT· *l. 2. Ex. Euang. c. 58. et* SIGON· *de Rep. Hebr. l. 6. c. 7.* nisi forsan tutius existimare uelis, inferiora illic Synedria uiginti trium uirorum, et infima simul trium iudicum subintelligi.

§. 6. *Hierosolymis* consedit in otio, atque inhaesit perpetuo Lischkath Hagazith, *camerae*, siue *conclaui saxeo*, ad primum usque Ministerii CHRISTI Eccles. annum, quo magnus ille Doctor et מחקק, nouus legislator, postquam DEVS *πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως* locutus fuerat Patribus per Prophetas, extremis tandem diebus, uoluntatem coelestis sui Patris reuelare, ingressus est. Tum enim iam errare Synedrium et migrare coepit. Migrationem hanc dum cogito, non possum, quin unum, alterumue lectu maxime dignum et iucundum inseram. Memorabilia sunt prodigia, quae recensentur a Talmudistis, quadraginta annis occurrentia ante excidium Templi, qui calculus accurate in dies Ministerii & Mortis salutiferae CHRISTI incidit. *Hierosf. Ioma fol. 43. 3.* TRADITIO. *Quadraginta annis ante uastatum Templum Lucerna occidentalis, (media scilicet in candelabro sacro,) extincta est. Et lingua coccinea (cornibus hirci emissarii, uel foribus Templi affixa) in rubedine sua permansit. Et sors Domini (pro hirco offerendo die Expiationis) prodiit a sinistra. Atque ostia Templi, obserata uesperi, inuenta sunt aperta mane. Dixit ergo Rabban Iochanan Ben Zaccai: O Templum, quare nos perturbas? fatum tuum nouimus, te nempe esse excidendum. Nam dicitur:* Aperi, o Lebanon, portas tuas, ut exedat flamma cedros tuas. Idem *Sanhedrin fol. 24. 2.* Quadraginta annis ante uastatum Templum migrauit Synedrium et consedit in tabernis. LIGHTFOOT· *Hor. Hebr. ad Matth. XXVI· 3. p. 369. et 371.* Vid. *Gem. Babyl. Tit. Sanhedr. c. 5. fol. 41. a. et ad Tit. Sabb. c. 1. fol. 51. 1.* ארבעים שנה קודם חורבן הבית גלתה סנהדרין וישבה לה בחנויות: Quadraginta annis, antequam Templum excisum est, migrauit Synedrium

drium, et sedes sibi posuit in tabernis. Consonant MOSES COTZENSIS, KIMCHIVS, alii. E Christianis audiamus D. PFEIFFER. *in Antiq. Hebr. p. 103.* Quadraginta uero annis ante excidium Templi, circa ea tempora, quibus Saluator in Palaestina docuit, migrauit Synedrium ex hoc aedificio (scilicet לשכת הגזית), וישב לה בחנות, et consedit in tabernis, quae erant in monte Templi, paulo longius tamen a Templo. Vid. COCCEIVS *ad Sanh. 9. p. 297.* SIGON. *de Rep. Hebr. l. 6.* BYNAEVS *in Antiq. Passion. p. 107.* SELDEN. *de Syn. V. H. l. 2. c. 15. p. 958.*

§. 7. Per מחקק, *legislatorem*, ipsi *Talmudici* intelligunt *Synedrium M.* dum locum, *Gen. XLIX. 10.* ומחקק מבין רגליו עד כי־יבא שלה, D. LVTH. Noch ein Meister von seinen Füssen, biß daß der Held komme, interpretantur de traditione illa uetustissima, secundum quam, diebus Messiae, Synedrium e loco consessus ordinario sit emigraturum, et per uaria terrae loca erraturum. Saltem hoc memorabile profecto, et ad illustrandum locum Gen. XLIX. 10. oppido proficuum, adhuc obseruatur, in medio conclauis Gazith sceptrum pependisse, quod TEMPORE CHRISTI sublatum est. Vid. CVNAEVS *de Rep. Hebr. c. 9. p. 76.* L' EMPEREVR *not. ult. ad Middoth. c. 3. §. 1.* DIETER. *Antiq. Bibl. ad Gen. XLIX. 10.* GALATIN. *de Arcan. Cathol. Verit. l. 4. c. 5.* ALTING. *Schilo l. 1. c. 17. et l. 4. c. 3. et 26.* LVND. *Jüd. Heiligth. l. 3. c. 17. p. 478.* Si uerum illud, quod referunt Magistri de Lucerna in candelabro sacro media extincta, quum, typum Messiae futuri esse, uolebant, procul dubio extinctione illa significatum est, *magnum Lumen, Es. IX. Luc. I. Lumen de Lumine*, filium DEI unigenitum iam adparuisse, et in carne illuxisse, quod, ne alienam in messem transcendam, Theologis explicandum relinquo. Id praesertim, reliqua ut taceamus, cedro dignissimum, migrationem Synedrii fatalem circa ea tempora, quibus SERVATOR in Palaestina docuit, coepisse, et sceptrum de Iuda tum ablatum fuisse, quod confirmat uaticinium *Gen. XLIX.* historia sacra, Ecclesiae testimonium, euentus ipse, immo consensus hostium CHRISTI Iudaeorum, ut antea laudatis ex scriptoribus innotescebat. Iam in migrationis illius inquirere cau-

ſas, non leuis momenti res eſt. Iudaeos ui et iniuria Romanorum depulſos, ab aliquibus fruſtra adſeritur. Hebraei apud MAIM· *Hal. Sanh. c. 14. §. 12.* ſcribunt: *Ob homicidarum frequentiam, ob temporisque iniquitatem, migrabat a loco ad locum.* Sed euim uero Chriſtiani Scripturas, poſthabitis traditionibus, ſecuti, in cauſſas, ob quas Reipublicae tam ingens contigerit mutatio, intimius penetrant. Factum eſt itaque hoc, ut adimplerentur Scripturae, omniaque, qua circumſtantias quoque, quae alias poterant pro leuidenſibus haberi, uaticiniis reſponderent exacte, ut intelligerent omnes atque ſinguli, typos, politiam, uniuerſum Leuitarum cultum cum toto regno cedere oportuiſſe, cum uenerit iam *ὁ ἐρχόμενος, Rex Sion, Sacerdos, ἀναμάρτητος*, Sanctum Sanctorum ſemel ingreſſus, ut aeternam redemptionem adinueniret, unicus *καθηγητὴς* et Rabbi, Doctor, Propheta, qui, *ὁ Ἀμὴν καὶ ἡ ἀλήθεια*, in mundum uenerit, ut de ueritate teſtaretur. De cetero migrationis loca in *Gem. Babyl. ad Tit. Rosh. hashanach c. 4. fol. 31. 1.* ſic recenſentur: *E Liſchkath Hagazith in Tabernas, e Tabernis in Hieruſalem,* (ubi per quadraginta annos, usque ad urbis excidium, uaria loca Hieroſolymis peragrauit,) *e Hieruſalem in Iabnen, a Iabne ad Osham, ab Osha in Sepharaiim, a Sepharaiim in Bethſairin, inde in Zepphorin, et e Zepphori in Tiberiaden, quae fuit poſtrema et nouiſſima migratio, amplius non extitit.* Dixerit fortaſſe Iudaeus, aliquot ſi ſeculis poſt mortem CHRISTI ſuperfuit Synedrium, non deſiit eſſe circa dies, quibus SERVATOR Miniſterium Eccleſiaſticum eſt ingreſſus. Sed in promptu eſt reſponſio. Vtique ceſſauit uoluntate DEI, licet Iudaei fruſtra, illud innouare et reſtituere, intenderint. Haec Synedria innouata uix umbram conſeſſus alicuius forenſis habuerunt, nedum, ad excellentiam Hieroſolymitani acceſſiſſe, dicamus. Rudera potius et *μνήματα* nominaueris, ſepulchra, reliquias per tempus ſaltim cum cultus Leuitici ueſtigiis durantes. Tandem abierunt in nihilum. Intentio humana ab diſpoſitione diuina probe diſcernenda eſt. Homo, Iudaeus, propoſuit tempus erectionis regni Iudaici anxie ſperans, ſed DEVS diſpoſuit, diſpoſuit autem ita, ut Iudaei in omnes mundi partes dilapſi, ſpe ſua fruſtrati, cum intentio humana uoluntati diuinae contrariaretur, effectum prorſus nullum uiderint. Erige-

tur

ur ad Calendas Graecas. Vid. LIGHTFOOT· *Hor. Hebr. ad Matth. XXVI· 3.* COCCEIVS *ad Gem. Sanhedrin. c. 1. §. 13. not. ultim. et not. 28. ad Maccoth. c. 1. §. 10.* WAGENSEIL· *not. 1. ad Mischna Sota, c. 9. §. 11.* et plures alii.

§. 8. *Subiectum*, siue personae, e quibus olim constitit, fuerunt uiri ciuiles, siue *politici*, et ecclesiastici, cum primis SACERDOTES et LEVITAE, *Deut. XXI· 5. XVII· 9.* MAIM· apud LIGHTFOOT· *de Success. in Bona Defunct. c. 24. p. 83.* et CASAVBON· Sacerdotes et LEVITAS ordinarie, extraordinarie alios illud in Collegium receptos, existimat. ABARBANEL apud ALTING· *Schilo l. 2. 18.* rationes non contemnendas adducit, ob quas ex Ordine praesertim Sacerdotali Assessores fuissent constituti. 1) *otium*, inquit, *et occasio Sacerdotibus in lege et iuribus Hebraeorum proficiendi non defuit.* 2) *Scrutinium legis Sacerdotibus et Leuitis unicum ab infantia fuit studium.* 3) *Ex benedictione diuina prorsus singulari tribus Leui extraordinariis dotibus excelluit.* 4) *Ministri DEI, Sacerdotes Altissimi, alios scientia, timore in DEVM, animi integritate, auctoritate apud populum, uirtutibus, quae maximo iudicibus ornamento sunt, superarunt.* Vid. CVNAEVM *de Rep. Hebr. l. 2. c. 9. et* LVND· Jüd. Heiligth. *l. c. p. 460.* Conf. *Matth. XXVII· 1. 12. 20. 41. Luc. XXII· 66. XXIV· 20.* In primis ἀρχιερεῖς, *principes Sacerdotum*, qui ordinibus Sacerdotum et Leuitarum praeerant, praecipua Synedrii membra et Assessores fuerunt. Vid. L'EMPEREVR ad BERTRAM· *de Rep. Iud. p. 328. not. p. 423. sqq.* Prophetas in Synedrium collocat SCHICKARDVS *de Iur. Reg. Hebr. c. 1. theor. 2.* utpote *Mosen, Iosuam, Samuelem, Achiam, Eliam, Elisam, Amosum, Hoseam, Esaiam, Micham, Ioëlem, Nahum.* At de singulis, licet, quosdam eorum interfuisse sacro illi consessui, largiamur, illud non constat. BYNAEVS *in Antiq. Passional. Edit. Germ. c. 2. p. 87.* initio e *senioribus tantum populi, ceu personis ciuilibus et politicis*, promiscue ex omnibus Israelis tribubus electis, ductu loci *Exod. XVIII· 21.* constitisse, postmodum, urgente id necessitatis lege, *Leuitas et Sacerdotes* admissos esse, iuxta *2. Chron. XIX· 8. 9. 10.* statuit, quam opinionem illi sequuntur, qui aduersus *Iura Ecclesiastica et Consistoria nostra*, Antiquitatum non satis periti, constanter eunt,

dum

dum perſonas eccleſiaſticas uel ideo e Conſiſtoriis depellendas, et omni iuris adminiſtratione priuandas eſſe, contra omnem ueritatem adſerunt, quod DEVS initio tantum in Republica Iurisdictionem et politicam et eccleſiaſticam Politicis, hominibusque iura profitentibus crediderit; Quod Sacerdotes uel ex arrogantia ſeipſos de facto, nemine uocante, regimini immiſcuiſſent, aut obtrudiſſent, uel quod ſola hominum auctoritate, ob aliarum perſonarum defectum, fuiſſent conſtituti. Aduerſus hos igitur, inde a prima eius inſtitutione Sacerdotes praecipua Synedrii membra fuiſſe, ex hiſtoria antiqua euincendum eſt. 1) Iethronis conſilio parum lucrabitur diſſentiens. Vnde enim, *Exod. XVIII. 21.* tribum Leuiticam excludi, probari poſſit. Tribus Leui procul dubio perinde habuit ac reliquae אנשי־חיל יראי אלהים אנשי אמת שנאי בצע; *Viros fortes, timentes DEVM, uiros ueraces, oſores auaritiae;* Et quia fontes legunt מכל־העם, *ex omni populo*, tribum quoque Leuiticam ſubintelligi, manifeſtum eſt. Male igitur ſumunt diſſentientes *ſenſu excluſiuo*, dum illud מכל־העם, *ex omni populo, ſenſu generaliori, ſiue laxiori*, qui ſignificatus ex particula uniuerſali praemiſſa מכל־, ex *omni*, neceſſario fluit, uniuerſum in ſe populum complectitur, qui conſtabat ex Laicis et Clericis. 2) *Exod. XVIII. 21.* origo Synedrii minime erat quaerenda, quippe cuius incunabula recenſentur *Num. XI.* 3) Quod ad ea, quae Ioſaphatus ordinauit, attinet, Synedrium ille tantum, quod per temporis iniuriam comminutum erat, reuocauit, in integrum reſtituit, et in priſtinum ſtatum tranſpoſuit. Nam τὸ וגם, *et quoque, conſtituit, 2. Chron. XIX. 8. ſqq.* non innuit, ante Ioſaphati tempora Clericos ab Synedrio procul abfuiſſe, aut Ioſaphatum, ceu rem nouam, planeque inauditam, perſonas eccleſiaſticas primum intuliſſe; Verum illud וגם reſpectum habet ad Synedria Minora, quod συνάφεια Textus perſpicue docet. Initio iudices ordinat per omnes regni ciuitates uerſ. 4. et 5. deinceps, וגם, Hieroſolymas reuerſus, Synedrium M. innouat, quod conſtituunt Sacerdotes, Leuitae, et ראשי האבות, principes patrum, ſeu familiarum. Hinc apud *Eſram, c. VIII. 29.* et alias frequenter in Scripturis, quando de Synedrio ſermo eſt, *Clerici*, hoc eſt, *Sacerdotes, Scribae et Leuitae*, tanquam perſonae primariae, praeponuntur,

nuntur, reliquis postpositis. 4) *Bynaeus* meras in medium adfert coniecturas, quando scribit: Zu dem grossen Rath wurden ehemahls aus allen Stämmen Glieder erkohren, durch die Trennung aber, die unter Rehabeam entstanden, waren die 10 Stämme von Juda abgewichen, und hatten ein besonder Reich aufgerichtet, welches das Reich Israel genennet wird. Durch diese Absonderung war auch der grosse Rath zerfallen. Der konte nun unter Josaphat aus keinen andern erwehlet werden, als die unter seinem Reich waren. Nun war neben dem Stamm Levi unter seinem Reich nur der Stamm Juda und Benjamin. Darum so hat Josaphat, da der grosse Rath zuvor aus den Eltesten Israel erwählet war, genommen Leviten, Priester und die Häupter der Väterlichen Hauß-Familien. Welches hinführo so geblieben ist. Non dissonant Talmudici. Reclamat uniuersa Antiquitas. Status Reipublicae Iudaicae Clericis locum in Synedrio, immo sedem primariam, inde ab ultima gentis origine, relinquit, ut ex rationibus Abarbanelis antea allatis adparebat.

§. 9. *Membra Synedrii* numero erant *LXX· et unum*, Princeps nempe Nasi dictus, et Assessores LXX· reliqui. Vnde *Septuaginta-unius-uirale Consistorium* uulgo nominatur. *Misna Babyl. Tit. Sanhedr. c. 1. fol. 2. 1.* סנהדרין גדולה היתה של שבעים ואחד וגו׳ ומנין לגדולה שהיא של שבעים ואחד שנאמר אספה לי שבעים איש מזקני ישראל ומשה על גביהן: *Synedrium M· constabat ex LXX· uno etc. Atqui undenam numerus ille LXX· unius? ex eo, quod dicitur:* Congrega mihi LXX· uiros e Senioribus Israel, *et Moses super eos, seu cum eis, coniunctus Praeses.* Consentit *Misna Hieros. Tit. Sanhedrin. c. 1. §. 6. Maim. Tit. Sanhedr. c. 1. §. 3. Moses Cotzensis Praec. Affirm. 87. fol. 186. col. 2. et R. Menahen Recanatensis in Midbar c. 11.* קבלו רז״ל כי כל סנהדרי גדלות היושבת בבית יי׳ במקום אשר יבחר לשכנו כי יהוה מניינם שבעים והנשיא על גבן כמשה רבינו ע״ה והנה הם ע״א: *Accepere per traditionem Rabbini nostri piae memoriae, quod omne Synedrium M· considens in Domo Domini in loco, quem ipse ad habitandum elegerit, constare debuerit ex LXX· quibus*

bus praeficiendus princeps, quemadmodum Moses Magister noster, super quem sit pax. Atque ita fiebant Septuaginta unus. Consonant *Talmudistae et Hebraei* ferme omnes, PHILO *apud Seldenum de Synedr. V. H. pag. 610.* THEODORETVS, AMBROSIVS, HILARIVS, NAZIANZENVS, BEDA, BEZA, BERTRAMVS *de Polit. Iud. c. 5.* SIGONIVS *de Rep. Hebr. l. 6. c. 7.* CVNAEVS *de Rep. Hebr. l. 1. c. 12.* MENOCHIVS *de Rep. Hebr. l. 1. c. 5. q. 6.* SCHICKARDVS *de Iur. Reg. Hebr. c. 1. theorem. 2. etc.* alii.

§. 10. Summae huius Curiae Praeses proprio nomine adpellatur Nasi, נשיא, *Princeps, ad dignitatem summam euectus, aut eleuatus*, qua notione radix Hebraea נשא sumitur; *Supremus, Dux κατ' ἐξοχὴν*, ראש הישבה, *Caput, seu primarius consessus*, aut ראש, *caput simpliciter*, & *cum emphasi* מופלא, *excelsus, maximus, seiunctissimus ab reliquis* ratione et dignitatis et excellentiae, qualem significatum radix פלא admittit. LVNDIO dicitur der Fürtrefflichste. Quis autem, et ex quo illo ordine electus, eruditos inter acris hactenus rixa fuit. Quidam, Sacerdotem Summum, si iura habuerit bene cognita atque perspecta, per uotorum pluralitatem, illam prouinciam obtinere potuisse, statuunt. Ita sentit MAIMONIDES *apud* CVNAEVM *de R. H. l. 1. c. 12.* SCHICKARD. *de I. R. H. c. 1. theorem. 2.* ALTING. *Schilo lib. 1. c. 18. §. 8. et de Rep. Hebr. Scholast. p. 100.* SPANNHEM. *in Dubb. Euang. 139. num. 3. Part. 3.* cui assentit haud dubie LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Matth. XXVI. 3. p. 371. 373. et Act. V. 34.* quando tempore CHRISTI et Apostolorum Gamalielem Pauli Praeceptorem Synedrii fuisse praesidem, scribit, ita tamen, ut Sacerdos M. dignitate reliquos omnes anteiuerit, quia ille fuerit מקבל, *custos pater et traductor traditionum.* Vnde GROTIVS *ad Matth. V. 22.* ait: *Ferme eminebat Pontifex M.* Alii, Praesidem, siue Nasi, semper e tribu Iudae, ac in specie post mortem Dauidis e familia Dauidica, fuisse, opinantur, cuius sententiae meminit DIETER. *Antiq. Bibl. ad Gen. XLIX. 10. e Chronologia Iudaica; ac e Menasse Ben Israel et Abarbanele* CONRINGIVS, *Exercit. de Rep. Hebr. §. 36.* et LVNDIVS *in* Jüd. Heiligth. *l. 3. c. 13. p. 461.* Accedit opinioni DRVSIVS, *Praeterit. l. V.* ad *Act. IV. 1.* cui contra-

contradicit solide et erudite VORSTIVS, *Dissert. Acad. de Sceptro non auferendo* §. 91. Praesidis dignitatem Pontifici maximo perpetuam concedunt *Pontificii*, *Thomas*, *Baronius*, *Bellarminus*, reliqui, ut argumentum exinde, ad tuendam Papae potestatem summam et stabiliendam iurisdictionem Pontificis R. licet frustra, sumant. Eandem sententiam, utut non eodem fine, amplectuntur plurimi nostratium, et fortiter defendunt contra illos, qui in personas ecclesiasticas, earumque iura diuinitus ipsis concessa saeuiunt. Mea sententia circa controuersiam hanc impeditam haec est: 1) Moses primus Nasi, siue Praeses fuit, cui totius populi praefecto DEVS omnia credidit. 2) post mortem Mosis Iosua cum succedentibus iudicibus princeps quidem populi, qui iura bellandi et populum ducendi habebat, non autem princeps Synedrii, siue Praeses, penes quem ius controuersias forenses diiudicandi et sententias ferendi, fuit. 3) Viri prophetico spiritu, atque donis extraordinariis, non uulgaribus, ornati, recipi per uotorum pluralitatem poterant ante Dauidis tempora, licet non essent ex ordine sacerdotali, sed id saltim factum est extraordinarie, non quotidie. Aut uiri eiusmodi spiritu prophetico excellentes, IN ORDINEM SACERDOTALEM ipsa DEI uoluntate constituti, deinceps sine exceptione in Synedrio sedem occupare poterant. Ordinarie dignitas illa Sacerdoti Summo semper fuit quasi propria, et post tempora Dauidis ne extraordinarie quidem alii contigit, praeter Pontificem. Huius sententiae rationes hae sunt: 1) Nihil Hebraei agebant inde ab ultima populi aetate sine Sacerdotis S. consilio ac dispositione. Vid. *Num. I. 17. IV. 2. et 34. XXVI. 63. et uers. 18. XXXI. 12. 13. 26. 54. XXXII. 2. et 28. Ios. XVII. 4.* 2) Post mortem Mosis Sacerdos M. princeps Synedrii procul dubio fuit. Cum Iosuae iuramentum, quod legati meretrici Rachab iurauerant, annunciaretur, deferebat Iosua rem ad summum Sacerdotem et Synedrium. Vid *Ioseph. lib. 5. antiqu. c. 1.* Cum Iosua Gibeonitas in fidem susciperet, re ad Synedrium delata, iurabat Pontifex et Synedrium. Immo, comperta Gibeonitarum, qui subdole egerant, fraudulentia, conuocabat Eleazarum καὶ ὅλον συνέδριον. Vid. *Num. XXXIV. 17. Ios. XIV. 1. XIX. 51. XXI. 1. XVII. 4. sqq. Ioseph. Antiq. lib. 5. c. 1.* 3) in terra Canaan controuersias Hebraei grauissimas ad Pon-

tificem et Sacerdotes deferunt. *Iosephus lib. 4. Antiq. c. 8.* quando mandatum diuinum de Synedrii ordinatione *Deut. XVIII.* explicat, diserte ait, *lites principales ad Sacerdotem summum, Prophetas*, (per quos haud dubie intelligit Sacerdotes,) *et Seniores populi* deferendas esse, ut, congregatis, litem componerent. Idem statuit PHILO *de Creat. Princip. p. 562.* 4) Crescentibus postea hominum uitiis, et republica paululum ad occasum uergente, iudices diuinitus constituebantur, ut, deficientibus ordinariis Synedris, res forenses tractarent, aut, si eodem illo tempore Synedrium aliquod extiterit, bella contra Israelitarum hostes strenue gererent. Vnde Eli *1. Sam. IV. 18.* Israel iudicauit XL. annos, XX. annos, superstite Samsone iudice extraordinario, aut ad gerenda bella Domini constituto, regiumque munus ad interim gerente, et iterum XX. annos post mortem Samsonis. Vid. LVND. Jüd. Heiligth. *l. 3. c. 13. p. 463.* 5) Aetate Dauidis talem fuisse reipublicae statum, Hebraeorum Sapientes plurimi existimant, quando *Ps. CXXII. 3. 4. 5.* cum OSIANDRO, IVNIO, MVSCVLO, aliis *per sedilia ad iudicium* Synedrii M. consessum *et per thronos Dauidis* regimen regium, consessum regium, die Königliche Regierung, intelligunt, quemadmodum in Anglia etiamnunc talis reipublicae status adinuenitur. 6) In restauratione Synedrii, *2. Chron. XIX. 8. sqq.* erat Pontifex M. Amaria caput Synedrii, et Sabadia uel pater Synedrii, ut nonnulli suspicantur, uel princeps, cui iura regia concredita fuerunt. 7) Post reditum ex captiuitate summa auctoritas, iurisdictio, et dignitas maxima penes Pontificem M. fuit, *Esr. III. 2. V. 2.* Cum Ptolomaeo Philadelpho, regi Aegyptorum, Codicem Hebraeum Graeci uerti, in animo esset, literas dabat ad S. Sacerdotem, legatis ad illum cum pretiosis muneribus missis. Eleazarus, conuocato populo, literisque regiis praelectis, humanissimas literas remisit. Vid. *Ioseph. lib. 12. Antiq. c. 2.* Plura eiusmodi exempla enarrat *Ioseph. lib. 11. Antiq. c. 4. et c. 8. lib. 12. c. 4. et 5. 1. Maccab. XII. 20. sqq.* quae singula de excellentia et principatu Pontif. testantur. 8) N. T. tempore Pontifex Caput erat Synedrii, quod ex Euangelistis manifesto constat. Conuocat Synedrium, colligit uota, primum dat uotum. Examen instituit, fax est et tuba omnium eorum, quae contra CHRISTVM et Apostolos decernuntur.

cernuntur. Surgit sedens et ait: Nihil respondes? quid isti aduersum te testimonium dicunt, *Matth. XXVI. 62. sqq.* Vid. *Matth. XXVI. 3. et 57. Ioh. XVIII. 19. Act. V. 21. 27. sqq. Act. VII. 1. Act. XXIII. 2. 5. Act. IX. 1. 2.* His omnibus probe perspectis, Pontificem M. caput fuisse Synedrii, ita planum est, opinor, ut uix dubium aliquod subnasci amplius possit.

§. II. *Primus* et *primarius Assessor* dicitur *Talmudicis* אב בית דין, *pater domus iudicii*, hoc est, Synedrii, qualem etiamnunc Germani dicunt Gerichts-Vater. Erat ex mente Magistrorum senex, siue Presbyter, non aetate, sed dignitate et rerum multarum notitia, excellentissimus post Praesidem, sedebat a dextra Nasi, et ius in primis regium illi concreditum erat. *Tertius* ordine, uel *secundus Assessor*, de quo apud plerosque altum est silentium, חכם, *sapiens*, ἐμφατικῶς adpellatur et κατ' ἐξοχήν, qui sedebat ad sinistram. Meminit huius COCCEIVS *in Not. ad Sanhedr. c. 4. p. 37. 39.* SAVBERT. *Exercit. ad Luc. XVI. 22. §. 25.* LVNDIVS *l. c. p. 461.* Reliqui Assessores ordine suo considebant in dimidiata area circulari. MAIMONIDES *l. c.* ומושבין הגדול שבשבעים משנה לראש ויישב מימינו והוא הנקרא אב בית דין וגו׳ והם יושבין בכמו חצי גורן בעיגול כדי שיהיה הנשיא עם אב בית דין רואין כולם: *Constituebant etiam uirum in LXX. reliquis eminentiorem, Capiti secundum, cuius sedes erat a dextera illius. Is uocabatur pater Synedrii. Sedebant autem ueluti in* dimidiata area circulari, *ita, ut Princeps et Pater Synedrii singulos possent contueri. Gemara Hierос. ad Tit. Sanhedr. c. 1. fol. 19. col. 3.* סנהדרין היתה בחצי גורן עגולה והנשיא היה יושב באמצא כדי שיהיו ראין אותו ושמעין קולו: *Synedrium erat instar semicirculi et Princeps sedebat in medio, ut ita possent eum aspicere, et uocem eius audire.* Idem habet *Gemara Babylon. fol. 36. 2. et Misna l. c.* quae addit: סופרי הדיינין עומדין לפניהם אחד מימין ואחד משמאל וכותבין דברי המזכין ודברי המחייבין: *Et duo iudicum scribae adstabant coram eis, a dextris alter, alter a sinistris, qui scribebant uerba absoluentium et uerba condemnantium.* Absoluti stabant a dextra, a sinistra condemnati, ab quo ritu Christum uerba

 deprompsisse,

deprompsisse, aliqui credunt, quae habentur, *Matth. XXV. 33. 34.* Et statuet oues a dextris suis, haedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his, qui a dextris sibi erunt etc. uers. 41. Tunc dicet et his, qui a sinistris etc. Vid. SCHICKARD. *Iur. Reg. Hebr. c. 1. theor. 2.* R. IVDA LEO *de Templo lib. 2. c. 18. §. 128.* GOODWINVS *Mos. et Aar. lib. 5. c. 3.* SAVBERT. *Exercit. ad Luc. XVI. 22. §. 25. 26. et* LVNDIVS *in* Jüd. Heiligth. *l. 3. c. 14. p. 466.* Sed utrum ante Messiae aduentum et diebus illis, quibus CHRISTVS in terris obambulauit, praecise ordo ille obseruatus fuerit, dubium est. Illa, quae Talmudici referunt, recentioris omnino aetatis esse uidentur.

§. 12. Ordo nos ducit ad Electionem, solemnemque Inaugurationem. Talmudici Synedros per sortem, aut schedulas, electos dicunt. *Gem. Babyl. tit. Sanh. c. 1. f. 17. 1.* בשעה שאמר לו הקדוש ברוך הוא למשה אספה לי שבעים איש מזקני ישראל. אמר משה שיצר אעשה אברור ששה מכל שבט נמצאו שנים יתירים אברור חמשה חמשה מכל שבט ושבט נמצא עשרה חסרים אברור ששה משבט זה וחמשה משבט זה הריני מטיל קנאה בין השבטים מה עשה בירר ששה והביא שבעים ושנים פיתקין על שבעים כתב זקן ושנים חלק בללן ונתנן בקלפי אמר להם בואו וטלו יתקיכם כל מי שעלה בידו חלק אמר המקום לא חפץ בך אני מה אעשה לך: *Tempore, quo dixit DEVS O. M. Mosi*, congrega mihi 70 uiros e senioribus Israel, *secum cogitauit Moses, quomodo hoc faciam? Si ex qualibet tribu selegero 6. numerum imperatum superabit is numerus binis* (erunt enim 72.) *At si selegero ex qualibet tribu 5. deerunt numero imperato 10.* (ita enim fient 60.) *et demum si tribu altera Quinos, atque ex altera Senos selegero, inter tribus conflabo inuidiam. Quid igitur fecit? Selegit ex tribubus singulis sex, et adhibitis 70. duabus schedulis, in septuagenarum qualibet inscripsit uocem* זקן, *Senior, reliquis binis inscriptione*

inscriptione eiusmodi carentibus. Hasce commixtas in pyxidem, siue urnam, indidit, et tunc dixit illis: Venite et tollite schedulam sibi quisque suam. Qui manu sua extraxit schedulam inscriptam nomine Presbyteri, ei dixit Moses, iam pridem sanctificauit te DEVS; Qui extraxit ita manu sua schedulam puram, ei dixit: DEVS te non uult. Quid faciam tibi etc. In cuius sortis methodo recensenda multus admodum est SELDEN· *de Syn. V· H· l. 2. c. 4. p. 593. sq.* Sed enim Mosen hac usum methodo, imus inficias. Nullum subest dubium, quin Moses uerbo Domini *Num. XI·* ad se facto, qua fieri posset, obediens optimos quosue functione dignos, Diuino NVMINE peculiariter actum illum dirigente, selegerit, constitueritque, nulla interueniente sortis lege. In eo plerique omnes inter se conueniunt, quod *post mortem Mosis* electio simplex iuerit in consuetudinem, excellentibus et uita et doctrina quibusue selectis. *Gem. Hieros. ad Tit. Sanh. c. 1. f. 9. col. 3.* diserte: משם היו שולחין בכל עיירות שבארץ ישראל וכל שהיו מוצאין איתו חכם ענו שפוי עין טובה נפש שפלה רוח נמוכה לב טוב יצר טוב חלה טוב היו מושיבין אותו בבית דין שבהר הבית ואחר כך בבית דין שבחיל ואחר כך בבית דין הגדול שבלשכת הגזית: *Inde mittebant in quamlibet urbem terrae sanctae, et quem comperiebant esse sapientem, mansuetum, natura sedata, bonis oculis,* (siue liberalem,) *animo submisso, spiritu humili, corde bono, bono affectu, fortuna bona, eum collocabant in Synedrium, ad montem Templi positum, et postea in Synedrium, quod ad Antemurale sedes habuit, et postea in Synedrium M· quod in* Lischkath Hagazith. Consonat *Gem. Babyl. ad Tit. Sanh. c. 10. f. 88. b.* משם כותבין ושולחין בכל המקומות כל מי שהוא חכם ושפל ברך ודעת הבריות נוחה הימנו יהא דיין בעירו משם מעלין אותו להר הבית משם לעזרת משם ללשכת הגזית: *Inde scribebant, mittebantque per omnia loca: Qui sapiens est, genu humili et hominibus gratiosus, fiat iudex in urbe sua. Inde euehebant eum ad montem Templi, inde ad Atrium, atque inde demum ad* Lischkath Hagazith. Adiicit *Glossa:* משם מעלין

אותו

אותו לחיות דיין בהר הבית כשמת אחד מהם וישב שם עד שמת אחד משל עזרה ומעלין את זה שם וכולן יש בהם מעלה זה מזה: *Inde euehebant eum in dignitatem iudicis in monte Templi, quoties ex illo Synedrio quis obierat. Ibi sedes habebat, usque dum moriebatur quis ex Synedrio ad Atrium posito, quo tunc etiam euectus est. Et uniuersim ita ab altero ad alterum solebant euehi.* Vid. MAIM. *Hal. Sanh. c. 2.* MOS. KOTZENS. *Praec. Affirm. 97.* SELDEN. SCHICKARD. WAGENS. reliqui. Candidatos praeterea, Hebraeorum Magistris id affirmantibus, uitio, tam mentis, quam corporis, carere oportebat, aeque ac Persarum Seniores, qui *Xenophonti ἀνεπίληπτοι* dicuntur apud BRISSON. *de Regn. Pers. l. 2.* qua uoce est PAVLLVS, *1. Tim. III. 2.* Ἐπίσκοπον εἶναι ἀνεπίληπτον, id quod Syrus reddit ולא רין רנהוא קשישו איבא ווממו לא משתכח בה: *Sed enim uero ut sit Presbyter talis, ut* macula *non reperiatur in eo*, quem secutus est *Arabs et Persa*, quod tamen Interpretes non *simpliciter*, *absolute ac in rigore* acceptum uolunt, quo sensu nemini, illum ad perfectionis gradum accedere, contingit; Verum *relatiue*, *comparate*, *secundum quid*, respectu aliorum, qui non sunt sano corpore, aut in diem uiuunt, tanquam homines non optimae notae, iura, tam diuina, quam humana, susque deque habentes, quibus sententias ferendi uis et facultas non inest.

§. 12. *Electio* pro ratione temporis mutauit. Initio publicas ad functiones uocati per legitimam electionem doctissimi et pientissimi. Sed, crescentibus indies hominum malis, uocationes passae sunt aliquid humani. Ordinarie per simplicem constitutionem electi, qui se commendabant ab literis, pietatisque zelo, quam electionem omnium dixeris diuinissimam, quae inter homines ab hominibus unquam facta. Quandoque tamen constituti per SVFFRAGIA, h. e. symbola certa, populi, per sortem, aliasque uias, de quibus iam non est dicendi locus. *Inauguratio*, quae nostra memoria, quod sigillatim uerbi diuini Ministros spectat, uulgo Ordinatio adpellatur, per impositionem manuum facta est. Talmudici quatuor praecipue actus recensent, nimirum collocationem in Synedrium, fascium traditionem, impositionem manus, renunciationem,

tionem, siue solemnem proclamationem. Priscis tamen סמיכה, *χειροθεσίαν*, ab Mose, posterisque eius deriuatam, *Num. XXVII. 18.* suffecisse, uero similius quibusdam olim uidebatur. Vid. CVNAEVS *de Rep. Hebr. c. 12.* et COCCEI. *ad Sanh. not. 10. c. 1. §. 3.* Totum ferme regimen Ecclesiarum CHRISTI conformatum est ad politiae Iudaicae exemplar, unde *χειροθεσία*, Christianis in uerbi diuini Ministri ordinatione usu recepta, etiamnunc in posteros traducitur. *Electio* ab *Ordinatione*, quem actum uulgo impositionem manuum, aut solemnem inaugurationem, die Einweihung, uocitant, unde Candidatus Ministerii Ordinandus, huiusque solemnitatis actus Ordinatio dicitur; Et ab illo actu, quem *inuestituram* nominamus, differt. In *χειροθεσία* autem, diuinae benedictionis *ὀχύματι*, multum olim situm fuisse, aequus Antiquitatum aestimator non ignorat.

§. 13. *Materia circa quam*, siue *Obiectum*, erant res diuinae pariter ac humanae. Vtrumque ius, tam Ciuile, quam Eccles. et circa sacra Synedrio concreditum. Hinc in errore uersantur non leui, qui cum GOODWINO, aliisque, praeter Synedrium M. *Consessum aliquem Eccles.* h. e. Synedrium peculiare ab Synedrio M. seiunctum, statuunt, quibuscum facere uidetur *Beza ad Matth. II. 4 p. 5.* dum ait: *Ecclesiasticus Senatus ab illo Ciuili distinctus.* Erat quidem Sacerdotibus proprius aliquis consessus et concilium, sed propterea duplex Synedrium fingere, non habemus necesse. Sacerdotes separatim in conclaui, uel domo quadam, conuenerunt, *non* ut *Iudices*, *neque* ut *Consiliarii*, quos nostra memoria Kirchen-Räthe uocamus, sed ut *Consiliarii Ecclesiastici*, qui consulerent *de rebus et negotiis Templi*, *ut praesto essent omnia ad cultum diuinum necessaria*, *ut sarta tecta conseruarentur aedificia Templi et Atriorum*, *atque ut rite procedat Liturgia publica*, perinde ut in Academiis, quamuis ceteroquin ordinarie nonnisi unus Magistratus Academicus, omnes Facultates suos seiunctim habent consessus, siue conuentus. Talmudici igitur, quando mentionem iniiciunt בית של כהנים, *domus*, *l. Synedrii Sacerdotum*, non intelligunt Synedrium Ecclesiasticum, quo conuenerint *Clerici* ut *Iudices*, sed tum sermo illis unice est de לשכת בולוטין, *Conclaui βουλευτῶν*, quomodo alias passim nominant

Talmu-

Talmudici, Iudaeique Graecienſes, quales Conſiliarii ad conſultandum de negotiis praeſertim Templi concurrentes forenſes nunquam lites compoſuerunt, ſed, ſi qua res in controuerſiam uenerit, eandem ad Magiſtratum ſummum, ex cuius ordine maximam partem erant ipſi, decenter detulerunt. Vid. LIGHTF. *Hor. Hebr. ad Matth. XXVI. 3. p. 371.* et LVND. Jüd. Heiligth. *l. 3. c. 12. p. 455.*

§. 15. *Norma* litigationum erat *lex*, *initio* tantum *ſcripta*, ספר, *liber κατ' ἐξοχὴν*, תורה שכתב, *lex ἔγγραφος*. Mox acceſſit תורה שבעל פה, *lex, quam Dominus ore Moſi tradiderit*, ut ſentiunt Magiſtri, *νόμος πατροπαράδοτος*, *uerbum ἄγραφον*, oralis inſtitutio a Maioribus accepta. De *forma*, ſiue *modo* ferendi ſententias, controuerſiasque decidendi ſuo loco fuſius agam. Finis primarius et ultimus erat Diuini NVMINIS gloria, ſecundarius et intermedius ſalus Iudaeorum tam temporaria, quam aeterna, quandoque uera, quandoque imaginaria. Hactenus de Synedrio uniuerſim ſpectato.

§. 16. Tempore praeſertim CHRISTI conſtabat Synedrium ſummis Sacerdotibus, Scribis et Senioribus populi, quibuſcum *Iohannes*, *cap. 11.* 47. Phariſaeos connumerat. MAIMON. *Hal. Sanhedr. c. 11.* §. *1.* אין מעמידין בסנהדרין אלה כהנים לוים וישראלים המיחסים הראוים להשא לכהונה: *Non conſtituebant in Synedriis, niſi Sacerdotes, Leuitas et Iſraelitas genere nobiliſſimos, quorum filiae Sacerdotibus legitime poſſent copulari.* Praemittimus Phariſaeos, quorum nomen aliqui deriuant a פרש, *expandere*, uel propter *extenſionem* et *dilatationem Phylacteriorum*, uel propter *oſtentationem bonorum operum*; Quidam a פרש, *explanare*, *exponere*, quaſi dicas illos explanatores legis accuratiſſimos, exegetas *κατ' ἐξοχήν*. Alii notionem ducunt eadem ab radice פרש, ſed ſignificatione praeſertim Piel, *diuidere*, *ſeparare*, ut fuerint uelut *ἀφωρισμένοι*, *Separatiſtae*, quam ad ſententiam et nos accedimus. Nam פרישין, *Syriace* erant Separatiſtae, *ἀφωρισμένοι εἰς νόμον* et *παράδοσιν τῶν πατέρων*, quo reſpicit fortaſſe PAVLLVS, *Rom. I. 1.* DRVSIO et GOOCWINO id affirmantibus. Sicut enim Apoſtolus antea fuerat *κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν Φαρισαῖος*, id

id est, *ἀφωρισμένος εἰς νόμον;* Ita iam conuersus fieri coepit *ἀφωρισμένος εἰς ἐυαγγέλιον τοῦ θεοῦ*, ad quod ab utero seiunctus fuerat. Sic nobiscum, quod uocis etymon spectat, sentiunt *Auctor Lex. Aruch et* ELIAS *in Thisbi*, BVXT· *Lex. Talm. p. 1851.* MENOCH· *de R· H· l. 3. c. 15. Q. 1. p. 316.* LIGHTF· *ad Matth. III· 7. p. 229.* HOTTING· *Thes. Phil. l. 1. c. 1. s. 5. p. 25.* LVND· Jüd. Heiligth. *p. 789.* GOODWIN· *Mos. et Aar. pag. 175.* & plures alii.

§. 17. Circa *sectae originem* diuersi diuersimode sentiunt. IOSEPH· *l. 13. Antiq. c. 9.* tres Iudaeorum sectas, Pharisaeos, Sadducaeos, Essaeos, iam Maccabaeorum aetate, floruisse, auctor est. HIERONYMVS et DRVSIVS infantiam Pharisaeorum in Hillelis & Sinai aeuum reiiciunt. QVISTORP· et FRIEDLIEB· *class. 1. ad 1. Maccab. II· 42.* BVXT· *Not. ad libr. Cosri P. 3. §. 22.* SPANNHEM· *Dubb. Euang. 28. thes. 2. P. 3.* GOODW· *l. c. l. 1. c. 9.* SCALIGER· *Elench. Trihaer. c. 22. sqq.* ab Hasidaeis ortos uolunt, ubi SCALIGER prae ceteris nostram incurrit censuram, quando Hasidaeos pro fraternitate, aut collegio piorum uenditat hominum, qui assiduis se legum obseruationibus dedissent, idcirco cum emphasi חסידים, Sancti, *κατ' ἐξοχὴν* adpellati, a qua sententia non abludunt Pontificii Hasidaeos cum Religiosis, aut Monachis, connumerantes. Eleganter et satis bene CASAVBON· *contra* BARON· *Exerc. 1. num. 9. p. 50.* omnes promiscue Iudaeos in ueritate semel agnita perseuerantes dicit חסידים, distinctos ab illis, qui Baalim genua flecterent. Piis enim omni aeuo *διακριτικὸν ὄνομα* diuinitus fuit concessum. Ante diluuium filii DEI, (cum impii contra filii hominum dicerentur,) post illud tempus iusti, pii, Israelitae, חסידים, sancti, die Frommen, oder die Gläubigen, uocati sunt. Vid. *1. Maccab. II· 42. VII· 12. 2. Maccab. XIV· 6.* Ego, quod originem attinet, quantum iudicare possum, neutri sententiae subscribendum censeo. Natiuitatis enim dies incompertus est. Potest, ut ante, potest etiam, ut post Maccabaeos efflorescere coeperint. Non uno die, aut per annum, confecti, nec tantum statim in numerum, quantum Seruatoris uidit aetas, accreuerunt. Successiue iustam ad aetatem, aequam ad staturam pertenerunt, traditionibus eorum indies auctis. Error errorem

 peperit.

peperit. Vt scintillula in flammam, ita opinio tandem in haeresin erumpit.

§. 17. Separatistas, ἀφωρισμένους, Pharisaeos dixeris, partim qua terminum, *ut in scholis aiunt*, a quo, partim qua terminum ad quem. Quoad *terminum a quo*, separabant se 1) *a personis, tam Sadducaeis, quam hominibus plebeiis*. Hos contemptui habebant, illos auersabantur: Hos abiecte per fastum, ex superstitiosa nimiae sanctitatis persuasione uocitabant עם הארץ, *populum terrae*, ὄχλον, *turbam*, λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων, Luc. XVIII. 11. uel, ut ciues quandoque inflati Germanorum Paganos, aut Nobiles plebeios abiecte adpellant das Land-Volck, gemeine Volck, בור, *plebem*, *rudem*, quae legem non norit et ἐπικατάρατος sit. Vid. MAIMON. *ad Pircke Auoth c. V. 7.* WAGENSEIL. *Sota Exc. Gem. c. 3. §. 8. 2.* LIGHTF. *Op. T. II. p. 27.* Cum primis publicanos et peccatores auersabantur, illicitumque putabant, edere cum illis, *Matth. IX. 11. Luc. VII. 39.* tam stolidi, ut eorum attactum fugerent, ne profanarentur, GOODWIN. *l. c. p. 192.* et PFEIFFER. *Antiq. Hebr. p. 105.* 2) Separabant se ab rebus, utpote ab habitu et cultu hominum, in ipsis uestibus nimiam sanctitatem affectantes. Vnde CHRISTVS eorum damnat Phylacteria, *Matth. XXIII. 5.* Tum ab rebus singulis in traditionibus uetitis, quibus homo, ut Pharisaeus existimabat, immundari posset. Vid. praeter MAIMONIDEM et MOS. COTZENSEM, IOS. KARO *in Schulchan Aruch*, *R.* IACOB ABENDANA, *Spicil. ad Michlal Iophi in cap. 13. Exod.* PAVLVS FAGIVS *ad Targ. Ex. 13.* FVLLER. *Misc. l. 5. c. 7.* DAN. HEINSIVS, *Exerc. Sacr. l. 2. c. 7.* CHR. CARTWRIGHTVS, *Elect. in Exod. p. 152. 156. seq.* WALAEVS *Comm. Ex. p. 251.* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. p. 244.* PFEIFFER. *in Antiqu. Hebr. c. XI. p. 79. seqq.*

§. 18. Terminum ad quem quod spectat, seiungebant se 1) *ad meditationem legis, praesertim oralis, uerbi non scripti, παραδόσεων τῶν πατέρων, diligentissimam et accuratissimam.* Vnde *Paulo* est ἡ ἀκριβεστάτη αἵρεσις, *haeresis accuratissima*, Syro יולפנו רישין, *secta praecipua*, et, ut habet Arabs in opere Anglicano, *disciplina Pharisaeorum illa excellentior.* Vid.

Vid: SELDEN· *de Iur. N· et G l. 1. c. 2. p. 31.* Statuta maiorum mordicus tenebant. Scripturam S· legem et ספר, *librum*, ἀπλῶς uocabant, תורה שבתב, *legem scriptam*, ἔγγραφον; Traditiones, uero, seu uerbum ἄγραφον, νόμον πατροπαράδοτον, תורה שבעל פה, legem, quam Dominus ore tradiderit Mosi in monte Sinai, tanquam κατήχησιν et perpetuum legis scriptae commentarium, Moses Iosuae, hic Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetae uiris Synagogae M· illi posteris, quam fabulam copiosius recenset MOSES COTZENSIS in Praef. lib. Praecept. Vno uerbo: Quod Papicolis uerbum non scriptum, id Pharisaeorum תורה שבעל פה, seu παράδοσις, quam Iudaei eodem modo etiamnunc, ut Papicolae uerbum ἄγραφον, SCRIPTVRAE S· siue Verbo scripto, praeferunt. Nonnulli puram aliquam Cabbalam et uerbum non scriptum orale admittentes, uarios excogitant ritus, et, cum araneis uenenum ex floribus sugentes, monstra opinionum generant, quod faciunt praesertim illi, quibus uisum, caudas Samsonis fuisse strophas stramineas, maxillas asini, quibus Simson percussit Philistaeos, instrumentum esse bellicum, nomine proprio sic adpellatum, Ionam omnia uidisse in imagine per somnium, diuersorii Niniuitici illius nomen fuisse zum Wallfische, filiarum Sacerdotum non nisi imaginem crematam, itidem effigiem saltim Pauli lapidibus obrutam, more nostra aetate non infrequenti, Baptismum initiationis Sacramentum apud Israëlitas iam ad montem Sinai adhibitum, et quae sunt entia rationis id genus alia, quae sana omnino Antiquitas ignorat. 2) Pharisaei separabant se *ad sanctimoniam* religiosioris *uitae exactissimam*, ultra uulgarem hominum sortem ascendentem. Hinc ille: *O DEVS! ago tibi gratias, quod non sum*, ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, *Luc. XVIII· 11.* Vnde maiorum statuta sancte seruantes cauebant, ne aliquo modo offenderent, aut polluerentur. Mira habet hanc in rem *Maimonid. Tract.* טומאת אוכלים. c. 6. §. ult. אע פ׳ שמותר לאכל אוכלין טמאין ולשתות עשקים טמאי חסידים הראשונים היו אוכלין חולין בטהרה ונזהרין מן הטמאו כולך כל ימיהם והן הנקראים פרושים ודבר זה קדושת יתירה היא

 ודרך

זריך חסידות שיחיה נבדל אדם ופורש משאר העם ולא יגע בהם ולא יאכל וישתה עמהם שהפרישות מביאה לידי טהרת הגוף ממעשים הרעים וטהרת הגוף מביאה לידי קדושת הנפש מן הדיעות הרעות וקדשת הנפש גורמת להדמו בשכינה שנ׳ והתקדשתם והייתם קדושים כי קדוש אני ה׳ מקדשכם׃ *Licet licitum sit, et cibos immundos comedere, atque humores immundos bibere, attamen prisci Assidaei cibum communem in puritate comedebant, et toto uitae tempore sibi ab omnibus immunditiebus cauebant; Hi adpellantur Pharisaei: Id quod diximus, sanctitas excellens est, et pientissima uiuendi ratio, ut homo se separet ab reliquo populo, neque illum tangat, uel edat, aut bibat una. Etenim si quis ita se separat, facit, ut corpus suum a malis actionibus purgatum sit. Corporis autem mundities causatur sanctitatem animae a prauis opinionibus. Sanctitas uero animae nos DEO similes reddit, sicut scriptum est Leu. XX. 7. 8.* Sanctificate uos et sancti estote, quia ego Iehoua, qui sanctificaui uos. En egregium Theologum! Notabile ieiunium, ex communi sententia, Pharisaeis per septimanam bis, die Lunae et Iouis, solemne, quia nempe *Luc. XVIII. 12.* Pharisaeus dicitur bis ieiunasse. Sed exemplum non statim facit regulam. Ab indiuiduo et a particulari ad uniuersale non ualet consequentia. Contrarium adparet ex *Matth. IX. 14.* ubi Pharisaei πολλὰ νηστεύειν inducuntur. Quilibet, quantum quidem ego iudicare possum, ieiunia eligendi facultatem habuit, leuique saepius de caussa arbitraria sibi praescripsit. Inter Traditiones eorum eminebat LOTIO. Eluebant enim *pocula, sextarios, aeramenta et lectos, Marc. VII. 4.* Vid. GOODW. *l. c. p. 190.* et PFEIFFER. *Antiq. Hebr. p. 105.* LOTIO praesertim MANVVM notabilis, quae fiebat πυγμῇ, *Marc. VII. 3. crebro*, ut uertunt passim, uel *accuratius, diligenter*, iuxta *Syrum* בשילאית, *μετὰ σπουδῆς.* Vtebantur enim accuratissima lauandi methodo, per παράδοσιν πρεσβυτέρων accepta, quam נטילת ידים, *eleuationem manuum*, adpellabant, a GOODWINO, aliisque descriptam. Non capiebant cibum χερσὶν ἀνίπτοις, *Matth. XV. 2.* Consueuerunt

uerunt βαπτίζεσθαι πρὸ τοῦ ἀρίστου, *se lauare ante prandium*, *Luc. XI. 38.* Precatio, qua in lotione utebantur, haec erat: ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו ועל נטילת ידים: *Benedictus sis Domine, DEVS noster, rex seculi, qui sanctificasti nos praeceptis tuis, atque iussisti nos eleuationem manuum.* Redeuntes e foro manus lauabant, *Marc. VII. 4.* Dilatabant quoque Phylacteria, seu Tephillin, de quibus, praeter auctores antea citatos, uid. MAIMON. *Tract. de Tephillin.* Inter illorum dogmata praecipua notatur μετεμψύχωσις, in uulgus nota, Pythagorea. In eo tamen ab Ethnicorum placitis recesserunt, quod, piorum tantum animas, ab excessu statim, aliorum in corpora transmigrare, Pharisaei crederent. Vid. IOSEPH. *l. 2. de B. I. c. 7. p. 788.* μετεμψύχωσιν illam Talmudici uocant סוד הגלגול, *mysterium reuolutionis*, dum miseri et coeci illi homines, אדם, Adamo, Dauidi, Messiae, per et propter hoc reuolutionis mysterium, unam, eandemque animam fuisse, sibi persuasum habent. Error meo iudicio exinde subnatus est, quod locum de Spiritu Eliae, dupliciter in Elisam superueniente, non recte interpretati sunt. Quapropter, quo iure, iudicent alii, Iudaeos *Matth. XVI. 14.* pronuntiasse hoc argumento, atque illa parsuasione seductos, CHRISTVM esse Iohannem Baptistam, aut Eliam, aut Ieremiam, aut unum ex Prophetis, non pauci arbitrantur. Vid. HOTTINGER. *in Not. ad* GOODWIN. *l. c. p. 180.* Ceterum ob sanctitatem, quam affectabant, nimiam, et legis notitiam, suo ipsorummet iudicio non uulgarem, maximo apud quosuis in honore habebantur. Hoc ex capite multi eorum Synedrii Assessores constituti sunt, unde Iohannes, quando Synedros inducit, Pharisaeos auocat, cum plurimi Collegae ad sectam se haud dubie Pharisaicam adplicauerant. Vid. LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Ioh. IX. 13.* De Pharisaeorum ἀστοργίᾳ, quam in scholis de cathedra publice defendebant, et qua, rebus et facultatibus gazophylacio deuotis, egentes, ne parentibus quidem exceptis, sanctimoniae praetextu et deuotionis larua, abigebant, cum dicerent hypocritae, diuitias suas esse קרבן, res DEO oblatas, δῶρον sacris usibus destinatum, uid. *Matth. XV. 5.* et PFEIFFER. *Dub. Vex. pag. 911.* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad*

Matth. XV· 5. pag. 368. POKOK· *ad Portam Mosis c. 9. p. 411.* et HOTTING· *Thes. Phil. l. 1. c. 1. s. 5. p. 31.*

§. 19. Scribae nomen dignitatis, non sectae, competit eulpuris Laicis, uel Clericis. *Inter* Laicos γενικῶς scribae dicuntur in Antiquitate Iudaica, qui pueros instituunt, εἰδικῶς publici Notarii, Secretarii, Aduocati, γραμματεῖς βασιλέως, *2. Reg. XII· 10.* item כתובין סנהדרי, *scribae forenses*, uel Synedriorum, qui uota collecta calamo excipiebant sedentes, a dextra alter, alter a sinistra, de quibus, praeter Talmudicos, uid. BERTRAM· *de Rep. Iud. p. 381. seq. et* HOTTING· *Thes. Phil. l. 1. c. 1. p. 64.* Ecclesiastici, siue Clerici, γραμματεῖς τοῦ νόμου, τοῦ λαοῦ, νομικοὶ, νομοδιδάσκαλοι, simpliciter Scribae et cum emphasi, codices describebant, pericopen praelegebant, legem, praelecto textu, explicabant, sedentes in cathedra Mosis et habentes claues scientiae, quas acceperant manu promotoris sui, cum Doctoratum inirent. Vid. *Esr. VII· 6. Luc. VII· 30. Matth. VII· 28. 29. Marc. I· 22. Marc. XII· 35.* Isti, quorum fit in Passionis historia mentio, citra dubium fuerunt Ecclesiastici, hoc est, publici Ecclesiae Doctores, quorum functio primaria, explicare τὰς γραφάς. Vnde νομοδιδάσκαλοι dicti sunt. Certos inter illos ordines floruisse et gradus, nemo uocabit in dubium, sed hanc graduum differentiam per uoces γραμματεῖς τοῦ νόμου, νομοδιδασκάλους, νομικοὺς significari, negandum puto, quia promiscue usurpantur apud Scriptores S· modo pro scriba primi, modo secundi ordinis, atque sic amplius, sine ordinis discrimine, prouti terminus nunc κατ᾽ ἐξοχὴν et sensu strictiori, nunc γενικῶς et sensu laxiori capitur. BYNAEVS *de M· C· l. 1. c. 2. p. 98.* Γραμματεὺς in sacris peritum legis et Doctorem significat, *Matth. VII· 29. XVII· 10. XIII· 52. XXIII· 34.* Vnde νομοδιδάσκαλοι, *legis Doctores*, νομικοὶ, *legis periti. Marc. XII· 28.* γραμματεὺς habet, *Matth. XXII· 35.* diserte νομικὸς, id quod facit quoque *Arabs*, ideoque, uoces has ἰσοδυνάμους esse, constat. Quare *Syrus* τὸν νομικὸν uertit ספרא, γραμματέα, et *Matth. XXII· 35. peritum legis*, qui intelligit legem. Vnde THEOPHYL· *in Luc. XI·* Νομικοὶ γραμματεῖς ἦσαν, καὶ διδάσκαλοι τοῖς βουλομένοις, τὰ τοῦ νόμου ζητήματα λύοντες; *Legisperiti scribae erant et Doctores eorum, qui uolebant, legis quaestiones soluentes.*

uentes. Vid. IAC LYDIVS *in Flor. Sparſ. ad Paſſ. de Scribis.*

§. 20. Praeter hos Euangeliſtae in Synedrium collocant *ἀρχιερέας, principes Sacerdotum*, et *ἀρχιερέα, principem Sacerdotem*, Caiapham. Cum non niſi unus eſſet Pontifex M· quinam illi *ἀρχιερεῖς*, ſeu *principes Sacerdotes*, in controuerſiam uenit. CHRYS· *in Matth. Homil. 79.* THEOPHYL· *in Matth. XXVI· 3.* IOACH. CAMER· *ad l. c.* DAV· PARAEVS *ad l. c.* alii intelligunt per *ἀρχιερέας* Pontifices maximos, dignitatem olim qui geſſerant, quoniam Pontificatus tunc temporis non perpetuus, ſed annuus factus erat. GRRHARD· *Harm. Euang. c. 150.* SPANHEM· *Dubb. Euang. 37. P· II·* et VOSSIVS *Harm. Euang. l. 1. c. 2.* interpretantur capita familiarum ſacerdotalium, uel colluuiem illam Sacerdotum per ambitum et largitiones ad Pontificatum graſſantium. ANTON· BYNAEVS *de M· C. l. 1. c. 2. p. 97.* omnes eſſe ex genere pontificali, putat, id eſt, ex ea familia, quae in dignitatem Pontificis M· ſanguinis proximitate uicinius ſuccedendi ius habebat, quomodo legatur *Act. IV· 6. ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ, et quotquot erant ex genere pontificali.* Atenimuero *γένος ἀρχιερατικὸν* ſignificare familiam illam, unde conſtat? Vox igitur *ἀρχιερεὺς*, ſicut aliae multae, *πολύσημος* eſt. 1) Sumitur *κατ' ἐξοχὴν*, *ſenſu ſtrictiſſimo* et prorſus *ſingulari eminentiſſimo*, quo SOLI CHRISTO tribuitur, Sacerdoti Summo, aeterno et *ἀναμαρτήτῳ*, qui cum emphaſi dicitur *τοιοῦτος - ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος*, *Ebr. VII· 26.* 2) *ſenſu ſtrictiori et eminente*, *ἰδίως*, quo ſoli Pontifici M· competebat, qui erat כהן גדול, *magnus*, aut *ſummus Sacerdos*, הכהן הראש, *Sacerdos caput, ſiue princeps et caput Sacerdotum*, *ἱερεὺς κατ' ἐξοχὴν, ἱερεύς*, ſed cum addita emphaſi *ὁ μέγας ἀρχιερεὺς* praegnanter et *ἀρχιερεὺς μέγας.* 3) *ſenſu laxiori*, quando tribuitur quoque capitibus, ſeu praefectis ordinum ſacerdotalium, a Dauide inſtitutorum et Salamone confirmatorum. Huc pertinent itidem capita, ſeu praefecti in templo. Proximus a Sacerdote ſummo, Vicarius כהן משנה, *Sacerdos ſecundus*, Talmudicis סגן dictus, qualis erat Hannas, poſtmodum duo inſignes קתיקלין, ſiue קתוליקין, quaſi *καθολικοί*, adpellati, et praeter

praeter reliquos ראש המשמר, *caput uigiliarum*, et praefectus Templi in dirigendis uigiliis. Hac obseruatione igitur praemissa, per Sacerdotem M· Caiapham, ἀρχιερέα, sensu strictiori ac eminente intelligi caput omnium Sacerdotum, Pontificem maximum; Per principes autem Sacerdotum, ἀρχιερέας, sensu laxiori capita, seu praefectos ordinum Sacerdotalium, iuxta *Camer. ad Matth. II· 4. p. 1.* non tantum illos, qui membra erant Synedrii, uerum reliquos omnes simul, qui inter Sacerdotes eminebant, ad planum perductum est. Supra audiuimus, Sacerdotibus proprium aliquem fuisse consessum et concilium. Potest igitur, ut cum casus ille tragicus esset prorsus extraordinarius, omnes ad unum Sacerdotes praecipui, immo illi quoque, qui Sacerdotis M· dignitatem aliquamdiu gesserant, in re tam ardua et maximi momenti turmatim confluxerint, eum in finem, ut per collegas, ut hodie fert loquendi mos, qui ex Ordine Sanhedrin simul erant, ad Senatum illud, de quo agebant, more tum usitato, deferrent. Vid. LIGHTFOOT· *Hor. Hebr. in Matth. II· 4. et ad Matth. XXVI· 3. it. de Minist. Templi. c. V·* PETR· CVNAEVS *de R· H· l. II. c. 6.* BERTRAM· *de Rep. Iud. c. 18.* BEZA *ad Matth. II· 4.* ANT· BYNAEVS *de M· C· l. 1. c. 2. p. 92.* alii.

§. 21. Postremum Assessoribus accensentur πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, *Seniores populi*, hoc est, omnes illi, qui eximia apud populum auctoritate et honore uigebant, certis ordinibus praepositi, quomodo nos Collegiis Seniores constituimus, qui mos omnibus hodie ferme gentibus in usu. Tales electi ex Iethronis consilio Israelitis erant, *Exod. XVIII· 21.* postmodum in Synedrium recepti. Sed diu ante Iethronis tempora Seniores extiterunt. Patriarchae familiis praefecerunt Seniores, *Gen. XXIV· 2.* Dixit Abraham ad seruum, seniorem domus suae, qui praeerat omnibus, quae illi erant. Fontes habent: אל עבדו זקן ביתו המושל בכל אשר לו, *Graeci* uertunt: τῷ παιδὶ αὐτοῦ τῷ ἄρχοντι πάντων τῶν αὐτοῦ. Erat igitur princeps et praefectus, propereaque salutatur זקן, quod nomen tunc erat praefectorum, unde *Targ. Hierosol.* עבדו שליטא דהוה שליט בכל מה דידיה: *Seruo suo principali, qui omnibus, qui ei erant, praeficiebatur ut gubernator.* Sic Iosephus

phus descendit ad sepeliendum patrem cum זקני ביתו, *senioribus domus suae*, *Gen. L· 7.* Seniores Israelitis in Aegypto praefuerunt. *Exod. III· 16. et 18. IV· 29. XII· 21. XVII· 5. 6.* PHILO de *Vita Mosis l. 1.* uocat δημογέροντας τοῦ ἔθνους. Similiter post exitum ex Aegypto tales erant illi, *Exod. XVIII· 21.* quos commendat DEVS Mosi, *Num. XI· 16. 24.* ut in Synedrium cooptarentur. Exinde Synedrium שובעין חכימיא, *70 Sapientum et 70 Seniorum Synodus* adpellatur. *Targ. Hieros. Num. XXI· 18. it. Deut. XXXI· 9.* ואל כל זקני ישראל *LXX·* καὶ τοῖς πρεσβυτέροις υἱῶν Ισραήλ. Ex quibus singulis, sapientia et dignitate excellentes Orientalibus, praesertim Hebraeis, nomine Senioris uenisse, manifestum est. Vid. *Exod. XIX· 7.* ubi *Paraphr. Hieros.* לחכימיא רישראל, *Sapientibus Israel*, *Leu. XIX· 32.* Honora פני זקן, uultum senioris, ubi *Onkelos* מן קדם רסבר באורייתא תקום ותהדר אפי סבא: *Coram eo, qui doctus est in lege, surgas, et honora faciem Presbyteri.* Talmudici de honorandis Sapientibus legem, quam ex instituto explicant, inscribunt: מצות כיבור חכמים *Praeceptum de honore Sapientibus exhibendo;* et, *Seniores* non se annis, sed doctrina et prudentia, metiri, fatentur, אפילו יניק וחכים, *etiamsi iuuenis sit, modo sapiens.* MAIMON· *Tit. Talm. Tora c. 6. et* SELDEN· *de Syn. V· H· l. 1. c. 14. p. 385. sqq.* Titulus ille etiam gentibus usu receptus est. Aegyptorum mentio iam iniecta. Eadem notione nomen illud competit, *Num. XXII· 4. 7. 8.* זקני מדין, *Senioribus Midianitarum*, זקני מאב, *Senioribus Moabitarum* etc. Carthaginensibus erant et Graecis γέροντες, *Seniores*, (αἱρετοὺς μᾶλλον ἢ καθ' ἡλικίαν, ARISTOT· *Polit. 2. c. 9.*) ab quibus *Suffetes* apud Poenos, qui tanquam consules et iudices gubernarent, ueniunt. LIVIVS *l. 28. c. 37. l. 34. c. 60.* Vocem illam interpretes passim ex Hebraeorum שופטים deducunt. SELDENVS uero *de Synedr. p. 409.* cum SCALIGERO *in Festi Verbo* τὸ *Sufes* deriuat a צופה, *Tzuffe*, siue *Suffe*, Speculator, Ephorus, Episcopus, Epopta, seu, ut Graeci *1. Sam. XIV· 16. 2. Sam. XIII· 34.* etc. transferunt, σκόπος, Speculator. Praeceptum, quod *Leu. XIX· 32.* de honore Presbyteris exhibendo extat, Graecis quoque more receptum est. PLATO *de Rep. l. 4.* XENOPH· *in Memor. l. 2.* Καὶ γὰρ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι πανταχοῦ νομίζεται, καὶ

 καθήμε-

καθήμενον ὑπαναστῆσαι ϗ --- *Vſus obtinuit* (inquit ille Plato,) *ut iunior Seniori occurrenti ubique de uia cedat, et ſedens adſurgat.* De Laced. teſtis eſt HERODOT· *l. 2. 80.* Λακεδαιμόνιοι, οἱ νεώτεροι ὡυπέων τοῖσι πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες εἴκουσι τῆς ὁδοῦ ϗ - - - *Lacedaemonii, minores* (pro more) *maioribus nati obuii cedunt uia ac deflectunt, aduenientibusque e ſedili ſurgunt.* AELIANO· Hiſt. Animal. l. *6.* c. *61.* praeceptum illud maximo habetur in pretio, quando in laudem illius ſic erumpit; Λυκοῦργος δ' ἐνομοθέτει νόμον Φιλανθρωπότατον, ὡς ἐγὼ ὤμαι, νόμων, θάκων καί τε ὁδῶν ἀφίςαϑαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους: *Ex omnibus legibus humaniſſimam iudico, qua Lycurgus praecepit, Senioribus minores tum de ſedibus, tum de uia decedere* etc. Adiicit DOVGTAEVS Anal. S· P· I· Excurſ. 49. p. 85. *Atque hinc Homerus denique, non ſine reſpectu omnino habito ad morem huiusmodi, inter homines, ſolemniter obſeruatum, Deos reliquos quotcunque ſub occurſum Iouis illico conſurgentes inducit;*

> - - - Θεοὶ ἅμα πάντες ἀνέςαν
> Ἐξ ἑδέων σφοῦ πατρὸς ἐναντίον, οὐδέ τις ἔτλη
> Μεῖναι ὑπερχόμενον, ἀλλ' ἀντίοι ἔςαν ἅπαντες.

> *- - - Dii uero ſimul omnes ſurrexerunt*
> *E ſedibus ſui patris in occurſum, neque aliquis ſuſtinuit*
> *Expectare uenientem, ſed obuii ſteterunt omnes.* *Iliad. 1.*

Illud apprime tenenduum, Graecorum πρεσβυτέρους ϗ γέροντας eſſe ἐντίμους ϗ ἀριςῆας, *Optimates, Seniores* aeque atque apud Hebraeos olim זקנים. *Homer. in Achillis Scuto, Iliad. 6. et β.* etc.

> - - οἱ δὲ γέροντες,
> Εἵατ' ἐπὶ ξεςοῖσι λίθοις ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ.

Seniores autem ſedebant in politis lapidibus, ſacro in circulo, ubi *Scholiaſtes Euſtath. ad Iliad, β. p. 167.* Οἱ παλαιοὶ παρ' Ὁμήρῳ τοὺς λέγεϑαι, qui χρόνον μὲν οὐκ ἦσαν γέροντες, ἄλλως μέντοι ὡς ἔντιμοι μετὰ τῶν γερόντων κατελέγοντο; *Tempore, ſeu aetate, non erant Seniores, ſed, quia ex honoratoribus eſſent, cum Senioribus recenſentur.* Eodem ſenſu *Maeonius uates, Il. γ.* uocem δημογέροντες accipit:

accipit: Εἵατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι; *Sedebant populi Seniores in Scaeis portis*; populi nempe Troiani magnates. SVIDAE sunt itidem οἱ τοῦ δήμου ἐντιμότατοι, *qui in populo honoratissimi*; EVSTATHIO ἡγήτορες τρώων, *primates Troianorum.* Vnde apud eundem HOMERVM, *Iliad.* δ. *et Odyss.* ν. γερούσιος οἶνος, *uinum Senatorium*, et δαὶς γερούσιος, *Senatorium conuiuium.* Hoc nomine Lacedaemoniorum magnates insigniuntur apud ARISTOTELEM, PLVTARCH· *in Lysandro* et alias: *Optimates in Sparta regibus adiunctos Apollo* πρεσβυγενέας *dixit*, *Lycurgus autem diserte* γερουσίαν ὠνόμασεν, *Senatum adpellauit.* Samiorum magnates ita dicti, de quibus uid. IAMBLICH· *de Vita Pythagorae l.* 1. *c.* 5. De Alexandrinis in Aegypto, aliisque multa recenset SELDEN· *de Synedr. V· H· p.* 412. *sqq.* De singulis promiscue Veterum gentibus idem testatur πολυμαθέστατος DIONYS· HALICARN· *Antiq. Rom. l.* 3. καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ ἀρίστους γέροντας εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ καλεῖν; *Prisci Presbyteros et Optimates senes adpellare solebant.* Arabes in lingua sua Seniorum exprimunt per אלשיך *Alscheich*, quod sonat Senior, et accipitur *moraliter* pro Doctoribus, *ciuiliter* pro uiris in republica aut collegio eminentioribus, et *generatim* pro honoratioribus. Sic *Auicenna* saepius אלשיך אלריש, *Senior princeps*, non ob aetatem, sed sapientiam, unde ANT· GIGGAEVS, *Thes. Vol.* 2. *col.* 1237. ait: אלשיך *est Epitheton, seu titulus, quo grauiores uiri et praecipue literatiores insigniuntur, ac respondet Graecorum Presbytero.* Vid. EDWARD· POKOCK· *in Anth. Nomenclat. p.* 364. Quod ad Occidentem attinet, res est in propatulo. De Latinis uid. SELDEN· *de Syn. V· H· p.* 416. SIGON· *de Antiq. Iur. Ciu. Rom. l.* 2. *c.* 1. *et* ROSIN· *in Antiq. Rom. l.* 7. *c.* 5. Inde quoque *Areopagus*, aliaeque Atheniensium curiae ac βουλαὶ Senatus dici solitae. Vid. SIGON· *de Rep. Atheniens. l.* 2. *c.* 3. Ritus ad Gallos, Italos, Hispanos, Germanos, alios transiit. Eundem in modum Christiani ueteres habebant πρεσβυτέρους, *Seniores*, *Act. XI·* 30. *XIV·* 23. *Tit· I·* 5. *etc. Act. XX·* 17. *Iac. V·* 14. quibus praeficiebantur Ἐπίσκοποι, ut זקנים, siue Senioribus in Israel, erant Iudices Summi, Poenorum γέρουσι, siue Senioribus, *Suffetes*, Graecorum πρεσβυτέροις ἀρχιπρεσβύτεροι, Romanorum Senatoribus Consules ordinati. Consuetudo igitur illa ab Oriente, et Hebraeis in Occiden-

tem uenit. Atque sic omnes inter, quoniam inde ab Abrahamo, temporibusque subsecutis זקנים, *πρεσβύτεροι*, *γέροντες*, fuerint, ex quo capite Synedrium Talmudicis שיבה, hoc est, *Senioratus*, uel *Senatus*, dictum, et quid sibi uelit in Actibus: *Πᾶσα ἡ γερουσία Ἰσραὴλ*, *totus Senatus Israel*, uel, ut *Syrus*, *Arabs*, *Vulgatus*, alii uertunt, *omnes Presbyteri*, *seu Seniores*, satis constat. Breuiter ut dicam, intelliguntur in gente Iudaica nobilissimi non aetate, non *καθ' ἡλικίαν* spectati, sed doctrina, sapientia, dignitate excellentes, *1. Maccab. XIV. 20. VII. 35.* quales in Synedrio M. locum occupare poterant. Vid. CAMERO *in Myroth. Euang. ad Matth. XXVI. 3.* GROTIVS *ad h. l.* BYNAEVS *de M. C. l. 1. c. 2. p. 115.* DOVGT. *Anal. S. ad Ruth. 4. 1. p. 125.*

§. 22. Restat, ut de Graecorum *ὑπηρέταις* et Hebraeorum שוטרים pauca adiiciamus, quum eorum in Passionis historia non simplex, sed frequens fiat mentio, praetereaque ministri Assessorum essent publici. Horum V. T. saepe numero meminit, u. c. *Deut. I. 15.* ubi Hebraeus habet ושוטרים לשבטיכם, *et ministros*, *apparitores*, *lictores tribubus uestris*, et *Samaritanus* itidem שוטרים, *Schoterim*, *Graecus* uero *γραμματοεισαγωγεῖς*; *Iudaei Germanienses* Buitil, *Bedellos*, *Graecienses* רברטורוש, *ῥαβδατόρους*, hoc est, *ῥαβδούχους*, seu *lictores*, *apparitores*, *Syrus* ספרא *Scribam*, item *Arabs* כתאבא, *Scribam*, quia Schoterim erant, ex significatione שטרא et שטר, quae uoces Talmudistis *γράμμα* significant, et ad res forenses] pertinent, introductores et dispositores contractuum scriptorum, obligationum, codicillorum, scriptarum litium, actionum, controuersiarum, postulationum, aeque ac apud Athenienses *εἰσαγωγεῖς*, qui actiones forenses ad iudices deferebant, seu (*εἰσάγοντες*) introducebant, quamuis alii hos cum SIGON. *de R. H. l. 7. c. 7. p. m. 371.* male pro Magistratibus uenditant. Vid. IVL. POLLVX *l. 8. c. 9. §. 6.* Ministri illi, acutissimo iudice SELDENO, erant, *qui baculo utebantur et flagellis*, *stantes coram iudicibus et circumstipantes in plateis et uicis*, *iudiciorum*, *praeiudiciorumque solemnium executores.* Quapropter ad *Deut. XVI. 18.* uerba Talmudici intelligunt per iudices Magistratus ordinatos in Synedrio, coram quibus litigant partes, per

per Schoterim autem illos, qui cum baculo et loro assistunt iudicibus, et circumeunt in foro, plateis atque ...rnis, ut rectificent portas et mensuras, et percutiant iniquos ex ore iudicis. In quocunque autem ipsi cernunt prauitatem, eum adducunt Synedrio, ut indicetur, et puniatur pro merito malitiae. Vid. L' EMPEREVR *ad* BERTRAM *c. 5.* GROT· *ad Iof. 8. 33.* CONRING· *de Rep. Hebr.* §. *27.* LIGHTF· *Hor. Hebr. ad Matth. V· 25.* CARPZOV· *ad* SCHICKARD· *de I· R· H· c. 4. theor. 14.* GOODW· *Mos. et Aar. l. 5. c. 3.* LVND· *l. c. p. 483.* PFEIFFER· *Antiq. Hebr. p. 119.* SELDEN· *de Syn. V· H· l. 2. c. 5. p. 643. et 646.*

§. 23. Locus *Deut. XVI· 18.* cumprimis diuersimode transfertur, quae uersiones tamen ab se inuicem, ut apparet, distinctae unum hominum genus designare possunt. Graecis uocantur γραμματοεισαγωγεῖς, quod nomen praecipuam Schoterim functionem non inueleganter subinuoluit. Erant enim reuera contractuum scriptorum etc. τῶν γραμμάτων, introductores et εἰσαγωγεῖς, ut interdum Graecis ἁπλῶς dicuntur. *Chaldaeus* substituit uocabulum פרענין et סרכין, *uindices*, hoc est, *executores*, qui baculo et flagello delinquentes castigarent. *Syrus*, *Arabs*, *Samaritanus*: Scribae, nempe contractuum etc. *Graecienses Iudaei*, nec male, transferunt רבדטורוש, ῥαβδοφόρους, *uirgas ferentes, qui cum baculo et flagellis* discurrerent: *Germanienses Iudaei* בויטלן, Buetelen. Seldenus Pedellos uocat, siue Bedellos. Iudices enim prodeuntes in publicum κατὰ πόδα sequebantur, eorundemque uestigiis inhaerebant, ut in ciuitatibus hodie et in Academiis ministri Magistratum sequuntur. *Iosepho* dicuntur ὑπηρέται, *lib. 4. Antiq. c. 8.* quo significatu Spiritus ueritatis cum Scriptoribus Graecis, *Aesch. Xenoph.* etc. ipse sumit, *Ioh. VII· 45. et 32. Matth. V· 25. Marc. XIV· 65.* Ὑπηρέτης autem ab ἐρέσσω, siue ἐρέττω, *remigo*, proprie denotat remigium genus inferius, unde ὑπερέσιον et ὑπηρετήσιον, *tabula*, cui insidebant ἐρέσσοντες, *pellis*, aut aliud quidpiam, quod remiges sibi substernebant. Sicut enim ὑποδιδάσκαλος est praeceptor, qui alii subest: Ita ὑπηρέτης quoque dicitur, qui ἐρέτῃ, uel ordinis, uel directionis et dominii intuitu, subiicitur. Fuerunt igitur ὑπηρέται inter nautas infimae sortis homines.

Poſtea μεταφορικῶς ad omnes illos, in quos periculoſum et aerumnoſum munus coniicitur, ueteres accommodant. Sic antiquis Graecis ſacerdotes ſonant ὑπηρέται, *ſubminiſtratores*, et miniſtri militares ὑπηρέται. *LXX Senibus* idem ſunt ὑπηρέται, quod Hebraeis עבדים, *Serui*, ſeu *miniſtri regii*, *Prou. XIV* et alias. Apud Graecos ſeruis, ſiue miniſtris magiſtratus publicis, competit. Omnes enim illi homines, nemine excepto, munere funguntur aerumnoſo et periculoſo. Vid. PFEIFFER *Antiq. Graec. l. 3. c. 35. p. 589.* et *l. 1. c. 27. p. 49. it. l. 3. c. 4. p. 489.* HAMMOND *cum Annot. Cler. p. 43.* ſatis bene: *Vox ὑπηρέτης, miniſter, ſeu lictor, quae eodem ſenſu Io. XVIII 3. occurrit, alio rurſus uſurpatur Luc. IV 20. ex cuius loci collatione adparebit, eosdem homines, qui in Synedriis, ſiue in iudicum Conſiſtoriis, erant adparitores, uel lictores, fuiſſe etiam in Synagogis loco diaconorum ad miniſtrandum, ad adferendum, uel auferendum librum legis* etc. *Sic ipſa uox διάκονος, apud Matth. XXII 13. ſignificat eos Magiſtratuum miniſtros, qui homines in carcerem ducebant, quod lictorum, ſiue uiatorum, erat officium. Pro uoce ὑπηρέτης eſt apud Luc. XII 58. πράκτωρ, i. e. lictor, qui exſequitur ſententiam a iudicum conſeſſu pronunciatam.* D. PAVLLVS eleganter admodum aerumnoſum uerbi diuini miniſtrorum ſtatum, eorundemque miſerias depingit, quando illos, *1. Tim. III 1.* per metaphoram uocat ὑπηρέτας. Eccleſia enim militaris ſub nauigationis perpetuae ſimulacro quam conuenientiſſime repraeſentatur, ubi directores et remiges, uerbi diuini miniſtri, quaſi tabulis inſident, in quibus maximis periculis et aerumnis plurimis expoſiti ſunt. Vid. BEZA *ad Matth. V 25. p. 18.* Romanis itidem lictores uſitati erant, qui Conſules, Praetores, Dictatorem in publicum prodeuntes uel praecedebant, uel ſequebantur, toga, uel ſago amicti, cum faſcibus et ſecuribus. Vid. ROSIN *Antiq. Rom. l. 7. c. ult.* et KIPPING *Antiq. l. 2. c. 4.* Denique res cedro digna, quando piger *Prou. VI 7.* ablegatur ad formicam, quae prompte facit דרכיה, *uiam ſuam*, id eſt, *commercium*, Handel und Wandel, *negotiationem*, nec opus habet שוטר, eiusmodi ῥαβδούχῳ, ſeu ῥαβδοφόρῳ, quales Graecis dicebantur bacillum ferentes etc. *Act. XVI 35.* et apud PLVTARCH POLYB *alios.* STEPH *Theſ. T. 3. p. 660.* ἐργοδιώκτῃ, iuxta *LXX Senes* ἀναγκάζοντι, et *Arabem:*

be': illo, qui cogat eam, aut, more Schoterim, uirgis percutiat, aut cum baculo et flagellis ad labores adigat. Ex quo illud relinquitur, abiectiſſimos ſaepe numero uermiculos, inſtar Doctorum, nobis eſſe oportere, qui homines calliditate, aſtutia, diligentia etc. non infrequenter, ſuo modo, ſuperant.

§. 24. Quoniam SERVATOR praedixit diſcipulis: *παραδώσει γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια*, et SCRIPTVRA praeter Synedrium M· de quo ſupra ſatis dictum, aliorum conſeſſuum inferiorum meminit; Pro inſtituti noſtri ratione illos examinabimus. Eiusmodi Synedria duo Hieroſolymis erant. Vnum conſedit in monte ſupra portam inferiorem Templi, alterum ſupra portam Nicanoris. Tales conſeſſus forenſes ſingulis in ciuitatibus, quae 120. familias numerare poterant, ordinati fuerunt. MAIMON· *Sanh. c. 1. n. 3.* עיר שאין בה מאה ועשרים מעמידים להם ג' דיינין: *In urbe, in qua non ſunt 120. patresfamilias, conſtituunt tres iudices.* Conſiſtit Synedrium medium in 32 Aſſeſſoribus, ex ordine Sacerdotali, Leuitico et populi Senioribus ſelectis. Praeterea oppidulis et uicis minima quoque Synedria fuerunt conſtituta, ſiue סנהדרין קטנה, *Synedrium minus*, cui tres erant iudices praefecti. Omnes hi conſeſſus pariter utriusque iuris, tam ciuilis, quam eccleſiaſtici, exercitium habebant, praeterquam quod res arduae, maximique momenti in Synedrio tantum Magno peragerentur, leuidenſibus Mediis, uel Minimo relictis. Vid. *Gen. XXIII· 10. Deut. XVI· 18. XVII· 5. 8. XXI· 19. Ruth. IV· 1. Hiob. XXXI· 21. Pſ. CXXVII· 5. Prou. XIV· 19. XXII· 22. XXIV· 7. Eſ. XXIX· 21. Ier. XXVI· 10. Thren. V· 14. Amos V· 10. 12. 15. Zach. VIII· 16.* etc. Hebraeis erant, ex communi tantum non omnium ſententia, dicaſteria huiuscemodi ſub dio, ut Romanis, teſte VALER· MAXIMO *l. 8. c. 1. tit. 8.* et DEMPSTERO *ad Roſin. Antiq. Rom. p. 725.* quod Heuaeis etiam in uſu, *Gen. XXXIV· 20.* In primis in portis urbium, quanquam ceteroquin ad LIGHTFOOTI ſententiam accedo, qui non in ipſo portae introitu, ſed in aliquo conclaui ſupra uel prope eam, ut in monte Templi, ſupra portam Nicanoris fuiſſe, exiſtimat, LIGHTF· *de Templi Hieroſ. p. 604. et* CAROL· SIGONIVS *de Rep. Hebr. l. 6. c. 6.* Extructum uero publico in loco uidetur propterea,

ut

ut iustum semper et aequum ob Assessorum oculos uersaretur, et, quod iniustum, iudices sedulo auersarentur, ut omnia, adstantibus singulis, testimonium de iusto iudicio publice perhibentibus, in omnium conspectu, diiudicarentur, et quilibet publica frui defensione posset. Vid. PFEIFFER· *Antiq. Hebr. p. 98.* et LVND· *l. 3. c. 18. p. 482.* Erat utique in portis certus et determinatus locus, ubi iudices pro more sedebant. Exemplum, *1. Reg. XXII· 10.* Achabi et Iosaphati illustre est, qui sedent בגרן *in area*, auf dem Platz für der Thür, am Thor Samariä, ad quem locum *R· D·* KIMCHIVS addit glossema: כחצי גרן עגולה: *Velut dimidium rotundae areae, ut unus posset contueri alium*; Atque sic Iosaphatus et Achabus cum toto Collegio quasi in semi-circulum consederunt, quod in medio tamen recte relinquit PFEIFFER· *Antiq. Hebr. p. 99.* In loco iudicii ponebantur sedilia et regibus throni. Vnde *2. Sam. XV· 2.* Absalon iuxta *Ralbag* sedet על יד דרך השער, *ad semitam uiae portae*, et iuxta *LXX· Senes et Ionath.* qui κατὰ πόδα fontes secuti; ἀνὰ χεῖρα τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης, על כבש אורח תרעא. Existimant quidem aliqui, portam sumi συνεκδοχικῶς, pro ipsa urbe, quo sensu quandoque accipiunt *Talmudistae et Onckelos*, *Deut. XVI·* In omnibus ciuitatibus tuis; item *Ionathan:* In omnibus ciuitatibus uestris. *Syrus*: בכלהין קוריא, in omnibus urbibus, *Samaritanus*: בכל קורים, in omnibus ciuitatibus, Arabs: פי במיע מבלק, in omnibus habitationibus: *Iudaei Hispanienses apud Seldenum*: אין טוראש טוש סיבדדיס, en todas tus ciuidades: Item *Graecienses*: אוש אולו טא קשטרישו, εἰς ὅλα τὰ κάστριστο, in omnibus urbibus; *LXX· Senes*; Ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου. Atenimuero, quanquam שער, per Synecdochen, urbem significare potest, hoc tamen loco pro portis tutius accipitur. Ita legunt *Vulgatus*: In omnibus portis tuis: *Iudaei Germanienses*: אין דיינן טארן, ein deinen Thoren: D· LVTHERVS: In deinen Thoren. *Versio Tawasiana Persica* דר חמה דרה תו, in omnibus portis tuis, et *Arabica* Romae cum Vulgato edita: In omnibus portis tuis. Consonant *Talmudici*, Antiquitatum petitissimi, et ueteres et recentiores, Scriptores tam *Graeci*, quam *Romani*. Immo plurima e citatis loca id clarissime loquuntur, u. c. *Deut. XXI· 19. ad seniores ciuitatis illius, et ad*

שער

שער, PORTAM, *loci illius.* Abſurdum, ſi quis ita interpretaretur: AD SENIORES VRBIS ILLIVS ET AD VRBEM LOCI ILLIVS. Si Magiſtris habenda fides, ſedebant in circulo, uel area ſemi-circulari, ad imaginem Synedrii M· quod, cum Scriptura taceat, ſuo loco relinquimus. Aderant *expectantes*, ſiue *Candidati*, non e numero iudicum, neque ſedentes in ſcamnis, aut ſellis iudiciariis, ſed peculiaribus ſedilibus inſidentes admodum ſubmiſſis, uerſus terram declinatis. In iudicio ipſis nullus locus, nullum uota dandi ius, praeterquam quod quandoque abſentibus ordinariis Aſſeſſoribus, in rebus arduis, ſi nimirum, uti diximus, ordinarius iudicum numerus non eſſet completus, conſulerentur. Vid. LIGHTF· *Hor. Hebr. ad Luc. X· 25.* Virgas, ſiue baculum, Seruatoris aetate geſſiſſe, illamque ad cerimoniam *Eſ. IX· 4.* alludi, nonnulli putant, quamuis ceteroquin ipſe textus longe aliud eloquatur. Poſtmodum illis שופרות, *cornua*, ſiue muſica inſtrumenta ex cornu, Antiquitatum periti aſſignant, quibus fuiſſent uſi in execratione, qualem hodie Bannum et excommunicationem uocant. Item quando maledictus et excommunicatus in libertatem et priſtina reſtitutus fuiſſet priuilegia. Inſignia ſunt inſtrumenta חצצרות, ex argento buccinae ductiles, quibus conuocabatur plebs ad concionem, aut principes ad conſultandum de Republ. quibus etiam dabatur ſignum caſtra mouendi. SCHINDLER· *Lex. Pentagl. p. 640. Cum clangebant ambae*, inquit, *conuocabatur plebs: Cum una tantum, principes: Cum uero eſſent mouenda caſtra, clangebatur cum uociferatione, quod motio caſtrorum belli indicium eſſet. Num. X· 2.* IOSEPH· *A· I. l. 2. c. 11.* γίνονται δὲ δύο, καὶ τῇ μὲν ἑτέρᾳ πρὸς παρακέλευσιν καὶ συλλογὴν ἐχρῶνται τοῦ πλήθους πρὸς τὰς Εκκλησίας, καὶ μίαν μὲν ἐπισήμαντος, ἔδει τὰς ἀρχὰς συνελθεῖν σκεψομένας περὶ τῶν οἰκείων. Αμφοτέραις δέ - - - *Duas* (tubas fecit,) *quarum una plebs ad concionem uocabatur, altera principes ad conſultandum de Republ. excitebantur: Vtriſque uero clangentibus, uniuerſus populus conuocabatur.* De his inſtrumentis Muſicis uid. KIRCHER· *in Muſurg. Vniu. t. 1. l. 2. c. 4. p. 47. ſqq.* SENNERT· *Diſſ. de Muſica Hebr.* DIETER· *in Antiq. Bibl. P· I· p. 349.* LIGHTFOOT· *Hor. Hebr. ad Matth. VI· 2.* BVXT·

Lex. Talm. in טוט, LVND. Jüd. Heiligth. *L. 3. c. 47. p. 651.* R. ABR. ARIA MVTINENSIS *in libro* שלטי הגבורים, c. 4. alii. Habebant denique scuticas, quibus contra legem delinquentes castigarentur. Vid. CARPZOV. *ad Schickard. de Iur. Reg. Hebr. c. 2. Theor. 7. num. 1. p. 143.*

§. 25. Synedrium M. conuenit ἐν αὐλῇ τοῦ ἀρχιερέως. Nam tum Synedrium e Lischkath Gazith iam emigrauerat in tabernas, et e tabernis in urbem sanctam. Summus uero Sacerdos conuocandi ius, ὅλον συνέδριον, quorsum uellet, habuit: At, cum Praeses esset, congregabantur σύνεδροι ordinarie ἐν αὐλῇ ἀρχιερέως, *in aula S. Sacerdotis.* Αὐλὴ, inquit BVDAEVS, *apud Athenaeum pro triclinio praegrandi, id est, occo, in quo nuptiae in regia celebrantur. Hodie salam dicimus. Legimus etiam apud Athen.* αὐλὰς *fuisse uocatas hasce domos, uel quod ante illas essent ampla loca subdialia, uel quod satellites illis solerent* παραυλίζεσθαι. *Hoc ut ulterius probent, ad auctoritatem Menandri, Diphili et Polybii prouocant.* Αὐλὴ, quantum quidem ego iudicare possum, ueteribus locus apertus erat sub dio, ubi greges, oues, caprae, aliaque minora animalia, ut ex Maeonio constat uate, noctu in agris a pastoribus includebantur, septis idcirco ad custodiendum gregem structis, ex more perantiquo etiamnum usitato, quem uocant pastores einpferchen, die Schafe in die Hürden, oder, ut antiqui Germani aiebant, in die Hurten bringen. *Num. XXXIII. 24. Iud. V. 16. 2. Par. XXXII. 28. Es. XIII. 20. Luc. II. 8.* ubi uersio N. T. uulgata τὸ ἀγραυλοῦντες transtulit; Ἐμείνασιν ἔξω εἰς τὰ χωράφια, *manserunt extra in agris.* Ἀγραυλεῖν enim dicitur παρὰ τὸ ἐν ἀγροῖς αὐλίζεσθαι, *uitam in agris sub dio degere*, quod *Aristoteles* dixit θυραυλεῖν. *Syrus interpres* quando uertit: דירין הוו תמן qui manentes erant illic, h. e. commorantes ibi tanquam in diuersorio, uim Graeci uerbi penetrare uoluit, id quod inter omnes accuratissime fecit *Arabs: Pascentes in agris et uigilantes.* Germani dicerent: Sie hatten die Hürden aufgeschlagen auf dem Felde, und hüteten des Nachts. rc. HESYCH. αὐλίζομαι, μένω, ἐνδιατρίβω. *Hom. ad Iliad.* κ. uers. 155. ρ. u. 521. ψ. u. 684. HESIOD. Θεογ. *uers. 26.* Ἄγραυλοι οἱ ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενοι. Ἀγραυλοῦντες igitur HOMERO et HESIODO sunt ποιμένες ἄγραυλοι, ἢ ἐν ἀγρῷ

νυκτε-

νυκτερέυοντες. Vnde αὐλισμὸς HESYCHIO est διανυκτέρευσις, *pernoctatio.* Vid. *Sirac. 14. 26.* ὑπὸ τοὺς κλάδους αὐτῆς αὐλισθήσεται, *sub ramis eius morabitur*; *XXIV. 11.* CASAVB. *Ex. 2. contra Baron. Num. 14. p. 156.* Hac praesertim ex causa BYNAEVS αὐλὴν τὴν ἔξωθεν, *Apoc. XI. 2.* exponit per spatium extra templum, quod tecto nullo tegitur, *Hebraeique* חצר uocant, *LXX. Senes* autem αὐλὴν, et PHILO *de Vita Mos. l. 3.* τὸ ὕπαιθρον αὐλὴν dicunt. ATHENAEVS ab ἄω deriuat, ut sit locus apertus, et uacuus sub dio, qui a uentis perfletur. Vnde αὐλὴ, *aula, regia, palatium* κατ' ἐξοχὴν, Fürsten-Hoff und Königlicher Pallast, διὰ τὸ ἐκεῖ παραυλίζεσθαι, καὶ παρακοιμᾶσθαι τοὺς δορυφόρους τοῖς βασιλεῦσι, *quod ibi satellites regii excubent, et somnum capiant.* Vid. *Luc. XI. 21.* Huiusmodi palatia Athenis et Romae plurima extabant, domibus praemissa, quemadmodum nec Hebraeis insolita fuerunt. Sic legimus de aula Pilati, *Marc. XV. 16.* item de aula Asamonaeorum, cuius IOSEPHVS meminit, ac in primis de atrio, uel palatio Caiaphae, quo Σύνεδροι ad consultandum de morte CHRISTI concurrebant, non quidem sub dio, sed haud dubie in conclauibus hunc in finem illic extructis. BYNAEVS, COCCEIVS et SAGITTAR. αὐλὴν proprie esse חצר, *locum subdiualem*, sed postea obtinuisse, ut βασίλεια, siue regiae αὐλαὶ adpellatae fuissent, quomodo nobis aula, Hoff κατ' ἐξοχὴν, ἁπλῶς et simpliciter posita, sit palatium principum, aut magnatum; Atque sic, αὐλὴν domum ipsam significare Caiaphae, opinantur. Atenimuero in atrio, ac in specie in tabernis ad id extructis, conuenisse, uero similius est. De cetero uocabulum αὐλὴ plures significatus admittit. Tali nomine Graecis ἰδίως adpellabatur interior domus, ubi feminae conclusae diuerterentur, diuersa a προαυλίῳ, *aula anteriore.* LVCIANVS uocat αὔλειον. Vid. CAVSAVBON. *ad Athen.* POLLVX. *Onom. l. 1. c. 8.* *Stob. Serm. 72. et* PFEIFFER. *Antiq. Graec. l. 2. c. 53. pag. 351.* GRAEV. *in Lect. Hesiod. c. 16.*

§. 26. Congregationes illas, quibus princeps Sacerdotum et praefecti, cum Scribis ac Pharisaeis, intererant Sanhedrin fuisse, supra audiuimus. Id saltem nos mirari oportet, quod doctissimus SAGITTARIVS *P. 1. c. 8. p. 61. sq.* adiicit:

Nonnulli tamen ea propter dubitant, plenum M. Synedrii consessum fuisse, quod Senatores conuenerint in Basilica magna, quae conclaue Gazith adpellabatur, siue in conclaui e caeso lapide; sed ἐν αὐλῇ ἀρχιερέως. Et sane, quia sua consilia maxime occulta esse noluerunt, ideo potius in Pontificiis aedibus, quam in publico Templi loco suum consessum habuisse, uerisimile est. Ab quo non multum abit D. GERHARDVS, *H. E. c. 167. p. 678.* et VOSSIVS, qui de congregatione illa scribere non ueretur: Difficile dictu, an Synedrium fuerit. Nam quando recurrimus ad ea, quae iam exposita sunt de Sanhedrin migratione ex Lischkath Hagazith in tabernas et e tabernis in uaria urbis loca, difficultas, quae subnasci inde poterat, omnis exspirat, et facile tollitur.

§. 27. τὸ συνήχθησαν subinuoluit coitionem, quae fit consilii capiendi caussa, et non multum abludit a uoce συνεβουλεύσαντο, *Ioh. XI. 47. Act. IV. 5.* Est enim συνάγειν εἰς ἓν, *in unum colligere*, iuxta DEMOSTHENEM, συνάγειν, *concludere, ratiocinari.* STEPH. *Thes. T. I. p. 87.* in concilio coire. Coniunctim uero in unum congregati consilia ineunt, ut adimpleretur, quod dictum per Prophetam, *Ps. II. 2.* נוסדו יחד, *fundati sunt una*, uel: *Ardua de re concilium egerunt una. Chaldaeus* expresse יתחברו כחדא, *associati sunt in unum*, siue una; et *LXX. Senes;* Συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, non frustra, sed ut agerent de סוד, *arcano*, re priuatos intra parietes clanculum tractanda. Illi enim ὕπαρχοι et ἄρχοντες Act. 4. sunt רזנים, ἄριστοι, Assessores Synedrii, qui, ut uates canit, נוסדו, *fundati sunt.* Est autem Metaphora, quod proceres fundamenta Reipublicae et consilia eorum fundamenta actionum. Praeterea uiri doctissimi obseruant, quod οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ συνήχθησαν, congregati fuerint, eo ipso tempore, quo CHRISTVS discipulis mortem proxime futuram annunciauit his uerbis: Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας Πάσχα γίνεται etc. ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς etc. *factum est, cum Iesus absoluisset* etc. quod e particula τότε, nec male, coniiciunt. Vid. BYNAEVS *de M. C. p. 131.* Ad illud καὶ ἐγένετο insimul notant, Graecos imitari morem loquendi Hebraeorum, qui cum nouum quid auspicantur, τὸ ויהי, *et fuit*, siue *et fiebat*, praemittunt.

mittunt. Sic legimus ſub initium Ioſuae, ubi prima ſtatim uocula ויהי, *et fiebat*, uidelicet poſtea, cum mortuus eſſet Moſes. Similiter *Gen. IV. 1.* ויהי · מקץ ימים, *et fiebat in fine dierum*; et in libro Ruthae: ויהי בימי, *et fuit in diebus* etc. Huic igitur ויהי non ineleganter reſpondet Graecum καὶ ἐγένετο, *Matth. VII. 28. XI. 1. XIII. 53. XIX. 1.* et hoc loco, quo Euangeliſta hebraizat. Vid. *Vorſtius apud* BYNAEVM *de M. C. l. 1. c. 1. p. 9.* Denique, feſti tum huius, tum reliquorum, diem omnes noſſe poterant. Nam in moribus olim poſitum, ut ſcribae emboliſmos, ſiue intercalationes, annorum ac menſium principia, dieſque feſtiuitatibus ſolemnes, tabulae inſcriberent, eamque ſuſpenderent de foribus Synedrii. Vnde *Chaldaeus Paraphraſtes ad Cant. VI. 4.* ספריך מלין חוכמתא כפרקטינין דמיא וידעין למנני חושבני עבורין ומעבורין שנין וקבעין רישי ירחין ורישי שנין בתרע בית סנהדרין: *Scribae tui pleni ſunt ſapientia, ſicut piſcinae aquarum, et ſciunt conſtituere rationes emboliſmorum, et intercalant annos, et ſignant principia menſium et annorum in porta domus Synedrii.* In primis Paſcha, quotannis fixo die celebrandum, non poterat non eſſe notum, quare Seruator dicit, οἴδατε, *ſcitis, quod poſt biduum Paſcha ſit.*

§. 28. In congregatione illa Synedrium tulit ſententiam; μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ, *non in die feſto, ne tumultus fiat in populo. Matth. XXVI. 5.* Per feſtum intelligitur imminens Paſcha, non primus tantum dies, qui *Syro* eſt *dies congregationis*, quia die primo et ſeptimo erat מקרא קדש, *conuocatio ſancta*, quod placuit quibusdam, uid. PETRVS KEVCHENIVS *in Annotat. in Matth. XXVI. 4. 5.* Neque agnus paſchalis; Sed μετωνυμικῶς tempus, totum illud ſpatium a mactatione agni ad finem Azymorum, ut habent recte BYNAEVS *l. c. p. 144.* GROTIVS *ad Matth. XXVI. 5.* GERHARDVS *in Harm. Euang. c. 167. et* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Ioh. III. 1.* Tria uero feſta ſolemnia, nempe חג המצות, *feſtum Azymorum*, חג השבועות, *feſtum hebdomadum*, et חג הסכות

הסכות, *festum Tabernaculorum*, ἐξοχικῶς hoc gaudent nomine, ob maximam solemnitatem. Hinc LVTHERVS illud ἑορτάζειν, 1. Cor. V. 8: neruose transtulit: Lasset uns Ostern halten. Certe τὸ ἑορτάζειν elegantius et conuenientius uix reddi posset, quam perpetuum Pascha celebrare, continuis in gaudiis Paschalibus uiuere, id quod textus circumstantiis accuratissime respondet. Vetus obtinuit mos, teste MAIMONIDE *de Rebellibus*, ut huiusmodi refragator et laesae maiestatis sacerdotalis et iudiciariae reus non plecteretur, nisi sub tribus festis. Tum enim populus uniuersus concurrebat ex omnibus tribubus. HAMMOND. *in Matth. XXVI. 2.* Vnde *Talmudici*, olim peccatores pessimae notae, praesertim sacrorum uiolatores, sub diebus festis dedisse poenas, tradunt, ut homines turmatim confluentes haberent παραδείγματα, ut Graecis dicuntur, exempla ad peccatorum euitationem exposita, quo trahunt illud *Deut. XVII. 13.* Et totus populus audiet et timebunt, neque amplius praefracte agent. Vid. SANHEDR. *c. 10. §. 4.* SELDEN. *de Syn. V. H. l. 3. c. 3. §. 7.* DRVS. *ad Matth. XXVI. 2. et* FAGIVS *ad Deut. XVII. 12.* Ob tumultus uero metum, qui isto tempore, teste IOSEPHO, non infrequens, in primis, quod Iudaeis non pauci CHRISTVM regem et Prophetam uenerabantur, nolunt eum interficere sub diebus festi. Vid. GROTIVS *ad Matth. XXVI. 5.* Sed cum auspicatissima sese offerret occasio, praeter opinionem, dirigente ita DEO, consilia mutant. Ceterum non una, sed iterata, immo pluribus uicibus, Synedrium conuocarunt. Initio, ut ἁπλῶς ac in genere consilia de Morte CHRISTI caperent, daß sie ihn tödteten, deinceps ut de supplicio sigillatim consultarent, quomodo e medio tollerent, et quales circumstantiae circa supplicium illud praecise essent attendendae, wie sie ihn tödten möchten.

§. 29. *Bethania* uox est origine Hebraea. ORIGENI et THEOPHYLACTO apud *Bynaeum* uocatur οἶκος ὑπακοῆς, HIERONYMO בית עני, *domus afflictionis*, uel οἶκος ὑπακοῆς. LVDOV. DE DIEV *ad Matth. XXI. 17. Hebraice domus afflicti, Syriace domus occupati;* DRVSIO, *domus ouium*, quod ibi multae fuissent oues, et quia צאן Hebraeum apud Syros scriberetur עאן, siue ען, unde עניא. WASER. *de Antiq. Mens. Hebr. l. 1.*

l. 1. c. 10. itidem exponit: בית עניא, *castellum, domus*, uel *ager ouium*. LIGHTF· *Cent. Chor. Matthaeo praem. c. 41. p. 202.* deriuat a uoce אהיני, *dactyli palmarum ad maturitatem nondum perducti*, ut ſit quaſi בית—היני, *locus dactylorum.* Aſſentiunt BYNAEVS, DASSOVIVS, alii, in primis, quod alter e regione tractus ab immaturis ficubus dictus eſt Betphage. Mons igitur oliuarum longe diffundens ſe ab oliuis in ſpecie Bethphage, et a palmis inibi creſcentibus, de quibus ſub SERVATORIS in urbem ingreſſum rami amputabuntur, Bethaniae nomen accepit, quemadmodum uicus in illo tractu pariter Bethania nominabatur, ut recte ſentiunt BYNAEVS *in Antiq. Paſſion. p. 136.* et LIGHTF· *ad Ioh. XI· 18.* licet RELAND· *Palaeſt. l. 3. p. 470.* locum non niſi unum ita adpellari, exiſtimet. Fuit autem Bethania patria Lazari, Marthae et Mariae, prope Hieroſolymas, ad partem Orientalem montis oliuarum, ſita 15 ſtadiis, quae efficiunt duo circiter millia paſſuum ab urbe Hieroſ. remota, ubi CHRISTVS in coelum eſt ſublatus, nempe in parte montis, quae a palmis nomen nanciſcebatur. Ad Bethaniae montes congregabantur agni in iuge ſacrificium et Paſcha coemti, et eadem, qua CHRISTVS hora, accenſis facibus et oſculo excipiebantur, qua de re infra ampliſſimus dicendi erit locus.

§. 30. *Simeon*, Hebr. שמעון, Talm. סמעון et סימון, Graece Σιμεών, Συμεών, *exauditio*, uenit ab radice שמע, *audiuit, exaudiuit, Gen. XXIX· 33.* Noſter, ut in moribus olim poſitum erat, a ſtatu praeterito *leproſus* dicitur, quoniam lepra aliquando fuit infectus, licet lues illum deſeruerit. Nam in Scripturis quandoque, mutata re, priſtinum nomen manet, ut HIERON· *notat ad Matth. XXVI·* Sic Bathſcba uxor Vriae, cui antea nupſerat, Matthaeus publicanus, *cap. 10. 3.* Rachab meretrix, *Hebr. XI· 31.* BYNAEVS exiſtimat, Simeonem tum temporis lepra infectum non fuiſſe, quia CHRISTVS aedes intrauerit. Sed enim CHRISTVS uenit ad deperditas oues domus Iſrael, Medicus non firmorum, ſed diſcumbentium; atque ſic, ſalua auctoritate atque ſanctitate ſua, limina leproſi tangere poterat. Leproſis, licet ab hominibus ſecluſi ceteroquin iſti eſſent, *Leu. XIII· 46. Num. V· 1. 3. XII· 10. 14. 2. Reg.*

XV·

XV. 5. exire interdnm erat licitum. *Iuxta legem occludebantur, ast cum de eorum lepra adhuc dubitaretur, esset, an non, quae occlusio duas durabat hebdomadas. Quod si eo interuallo lepra non sanaretur, leprosi extra urbes et castra proiiciebantur, et sic libere incedere ac obambulare poterant, ita tamen, ut, quando synagogam inirent, seiunctim sederent, nec alios immundarent, teste Maim. de Lepra c. 10. §. 12. Foris autem exeuntes, caput obuelabant et ora tegebant, praetereuntibus acclamantes:* Immundus sum, immundus sum, *si* MAIMON. *habenda fides l. c. §. 6.* Haud dubie tamen Simeon gessit nomen leprosi, non a statu praesenti, sed, uti diximus, praeterito, quod ante tempus lepra infectus fuerat.

§. 31. Ad u 7. *ἀνακειμένου*, recumbentis, *τῶν συνακειμένων αὐτῷ.* D. LVTHER. ad nostrum loquendi et ad mensas assidendi morem translationem accommodat, von denen, die mit JEsu zu Tische sassen. In fontibus sonat: Die mit ihm zu Tische lagen. Discumbendi ritus uetus mos est, cuius mentio saepe fit in sacris, quando uoces extant; *ἀνακεῖσθαι, κατακεῖσθαι, ἀνακλίνειν, κατακλίνειν, συγκάθημαι, συνανάκειμαι, ἀναπίπτειν.* Obsoletam illam ergo consuetudinem examinabimus. Primos homines, ante scamnorum, mensarum et sellarum usum, cibaturos in gramen, aut herbam, se conieciffe, ex *Gen. XVIII. 4.* colligi quadantenus posse, quidam existimant. Sed enim, uti una hirundo, ut in prouerbio habet, non facit uer; Ita a particulari ad uniuersale non ualet consequentia. Nam omni aeuo moris fuit, ut peregere aduolantes, in primis apud Orientales, ob maximum solis aestum, refrigerii caussa, sub arbore uiridi, aut densa, requiescerent, et lassitudine confecti recrearentur. Nullas ante Abrahamum mensas, scamna nulla, nullas sellas fuisse, quis tam absurdus foret, ut crederet. Veteres peinde ut nos aliquando *καθίζοντες, sedentes ad mensas*, cibum capiebant. Vid. *Gen. XXVII. 19. XXXVII. 25. XLIII. 33. Exod. XVI. 3. Iud. XIX. 6. Ruth. II. 14. 1. Sam. XX. 5. u. 24. 25. 1. Reg. XIII. 20. Prou. XXXIII. 1. Ier. XVI. 8. Ezech. XLIV. 3.* Assentit PHILO, quando *περὶ τοῦ Ιωσὴφ, p. 376.* scribit: *μήπω τῶν ἀνθρώπων ἐν ταῖς συμποτικαῖς συνουσίαις κατακλίσει χρωμένων, nondum recepto more ab hominibus eius aetatis accumbendi in conuiniis.*

conuiuiis. Similem in modum aliae gentes ſederunt in epulis, ut ATHEN· *ex Hom.* notat *l. 1. Deipnoſ.* καθίζονται ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἥρωες, οὐ κατακέκλινται; *Heroes in conuiuiis ſedent, non recumbunt.* In ſolemni, ſplendidoque Alexandri M· conuiuio duces CCC· argenteis, aureisque ſellis purpura obductis, inſidebant. De Romanis idem teſtatur SERV· *ad Æneid. 8. Maiores noſtri*, inquit, *ſedentes epulabantur, quem morem habuerunt a Laconibus et Cretenſibus*; de Germanis TACITVS: *Lauti cibum capiunt., ſeparatae ſingulis ſedes, et ſua cuique menſa*; de Gallis et Hiſpanis antiquis STRABO. Quae cum ita ſint, BYNAEVS *l. c. p. 154.* bene monuit CASAVB· quod *Ex. 16. c. 22. p. 431. ſ.* omnes initio gentes graminibus, aut pellibus, poſtmodum menſis, accubuiſſe, accubitumque illum Romanis, Graecis, Perſis, Medis, Indis, Hebraeis uſitatum ab ſolis Iudaeis, paucisque, praeter illos, aliis, retentum et in dies usque Seruatoris ſeruatum fuiſſe, putat. De cetero moris accumbendi prima iniicitur mentio, *Amos II· 8.* (niſi ueſtigia inueniſſe liceat, *Cant. I· 11.* ubi מסב κατάκλισιν uertunt *Graeci. Vid.* GROT· *ad Matth. XXVI· 26. 20.)* Vbi Ionath. per ueſtes intelligit triclinia: ועל שוין . מסחין בסטר כל אגוריהון, atque ſuper lectulis ſtratis, ſiue, ut uox Chaldaea ſonat, tricliniis accumbentes in omnibus aris ſuis. Scriptores N·T· crebro mentionem iſtius iniiciunt. Sic *Matth. XXVI· 20.* ἀνέκειτο, *Marc. XIV· 8.* κατακειμένου αὐτοῦ, *Luc. XXII· 14.* ἀνέπεσε καὶ οἱ δώδεκα Ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ. ATHEN· ſedendi more Veterum allegato, mox ſubiicit: *Nunc autem eo prolapſi ſumus, ut diſcumbentes cibo fruamur.* PLATO *de Rep. l. 2.* ἐπὶ κλινῶν κατακλεῖσθαι. Ritus igitur ille, iudice GROTIO, *ad Matth. XXVI· 20. ab Aſſyriis*, addo Perſis, *defluxit, uſuque Graecorum et Romanorum confirmatus eſt.* Tres autem olim accubituri lectulos habuerunt, aliquando plures, pro numero adiacentium. Primarius diſcubuit in medio, proximus a tergo ipſius, et tertius ante faciem in ſinu. Optime SAGITT· *l. c. p. 202: In ſumendo cibo recumbebant in lectulis, ut quaſi circulum quendam facerent, capitibus quidem ſemper introrſum ad epulas, pedibus uero extrorſum porrectis.* Sinus apud Veteres ſedes fuit amoris, unde, in alterius ſinu diſcumbere, ſignum ſingularis beneuolentiae, intimiorisque amicitiae. Erat ordinarie locus, auctore PLVT· *Sympoſ. L. 1. Q. 3.* ἢ γυναικὸς ἢ παίδων, aut uxoris, aut filiarum,

quae et ueteribus maximo in amore et pretio habebantur. Exinde phrasis innotuit, in gremio, in sinu alicuius recumbere, educari in gremio. PLIN. *l. 4. Epist. 22. Coenabat Nerua cum Paucis, Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbebat.* SVETON. *in Calig. c. 24. pleno conuiuio intra se (sororem) collocabat, uxore supra cubante. Iuuen. Satyr. II.*

Signatae tabulae, dictum feliciter ingens
Coena, sed in gremio iacuit noua nupta mariti.

Iulius Capitolinus in M. Antonio Philosopho: educatus est in Hadriani gremio. Sic Iohannes, quem CHRISTVS ualde amabat. *c. 13. 23.* cubabat in gremio, ubi amor accubitus illius in sinu, et accubitus in sinu amoris *κριτήριον* diserte nominatur. Similiter uxor Vriae, significanter admodum, in sinu mariti discubuisse, per similitudinem ab oue petitam, legitur, *2. Sam. XII. 3.* Ad hanc consuetudinem alludit parabola, *Luc. XVI. 22.* quando Lazarus deportatur in sinum Abrahae, et *Luc. XXII. 30.* ubi promittit SEBVATOR discipulis: *Vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo*; item *Matth. VIII. 11. accumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno coelorum.* Vnde *dilectissimus quisque υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός*, ein allerliebstes Schooß-Kind, *filius, qui discumbit in sinu patris*, quo ipse nomine CHRISTVS insignitur, *Ioh. I. 18.* Graecis dicitur *ἐπιστήθιος*, *amicus intimus*, qui quasi in sinu recumbit, et se admouet supra pectus alterius. Exinde Gentiles uitam aeternam sub imagine accubitus et epularum depingere, amant, ut ex *Empedocle et Epicteto* constat. Addimus, quod ER. SCHMIDIVS non adeo congrue ritum hunc per sequentia nobis delineet: *Accubuerunt reclinati in thoris, siue lecticis, ita ut alter ad alterius pedes caput suum haberet.* Alterum enim ad alterius pedes caput habuisse, quis crederet? Rectius SAGITTAR. *Capitibus quidem semper intorsum ad epulas, pedibus uero extrorsum porrectis.* Vid PLVTARCH. *Q. Conuiu. l. 1. q. 3.* CIACCON. *de Triclin. et* VRSIN. *in Addit. Mercurial. de Arte Gymn. l. 1. c. 2.* PANCIR. *de Reb. deperdit. tit. 51. p. 511.* LIPS. *Antiq. Lect. l. 3. et* COMMENT. *ad Tacit. Annal. 13. c. 43.* LIGHTF. *Hor. Hebr. ad Ioh. XIII. 23. p. 659.* BYNAEVS *de Calc.*

V. H.

V. H. et de M. C. p. 407. STVCK. *Antiq. Conuiu. l. 2. c. 34.* CASAVB. *Ex. 16. ſ. 22.* ROSIN. *Antiq. Rom. l. 5. c. 28.* SCHINDL. *Lex. Pent. p. 1112.* BVXT. *de Coena Dom.* §. *33. ſeqq.* GOODW. *Moſ. et Aar. l. 3. c. 2.* LVND. Jüd. Heiligth. *l. 5. c. 13. pag. 999. alii.*

Dicitur *Matthaeo* νάρδος μύρον βαρύτιμον, graui pretio, *Marco* πολυτελὲς, *Iohanni* πολύτιμον, multo, uel magno pretio, ſiue *pondere*. Sub diebus enim SERVATORIS eo maiore in pretio habebatur, cum illa aetate unica extaret urbs Laodicea, quae ſummo plauſu unguentum iſtiusmodi conficeret. SAGITTAR. *l. c. p. 18.* Cum *Matthaeus* ait βαρύτιμον, hebraizat, ſiquidem graue, iudice BYNAEO, idem eſt Orientalibus, quod pretioſum, qui modus loquendi inde fluxit, quod ueteres pecuniam non numerabant, noſtro more, ſed communiter librabant, qua de re alibi quaedam commentabimur.

§. 32. ἀλάβαςρον, Alabaſter-Flaſche, *Matth. XXVI. 7. Marc. XIV. 3.* Proprie eſt lapis albedine, ſiue candore, et leuitate inſignis, ex quo uaſa excauabant ueteres, teſte POLLVCE *Onom. l. 6.* et PLIN. *l. 13. c. 2. l. 36. c. 8.* Appellant aliqui Alabaſtritem, et naſcitur adeo tractabilis, ut, uaſis ex illo lapide cauatis, ipſa uitrea mentiri uideantur. Quibuſdam dicitur ἄγγος μὴ ἔχων λαβὰς, *uas, quod non habet anſas*, ἄνευ λαβῆς, quod minime prehendi poteſt, ab α ςερητικῷ et λαμβάνομαι, iuxta SVIDAM et SCHOLIASTEN ARISTOPHANIS. Vid. NORTON. KNATCHBVLL ad *Marc. XIV. 3. p. 20.* quod etymon tamen cum CLERICO recte ridemus. SALMAS. *ad* SOLIN. *c. 13. p. 187.* dici putat pro ἀνάβαςρος, ν in λ Attice et Aeolice conuerſo, ut λίτρον pro νίτρον, πλεύμων pro πνεύμων, ἐλύδρης pro ἐνύδρης, λύμφας pro νύμφας. Sic ergo ἀνάβαςρος eſſet ab ἀναβάσαι, ferre, geſtare, βαςάζειν. Ita quoque VOSSIVS et SVICERVS. CLERICVS *in Annot. ad* HAMM. *p. 197.* omnium uerisſime Alabaſtrum ait nomen eſſe Arabicum huius marmoris, nam בצרה, *batſraton*, dicitur, et, addito Arabico Articulo, אלבצרה *Albatſraton*, τὸ ἀλάβαςρον. Statuit id non propter Articulum modo Arab. אל, ſed etiam, quia ex Arabicis montibus caedebatur, atque inde primum aduectum innotuit. PLIN. *l. 36. c. 7. Onychen etiam tum in Arabiae montibus, nec usquam alicubi, naſci*

quae et ueteribus maximo in amore et pretio habebantur. Exinde phrasis innotuit, in gremio, in sinu alicuius recumbere, educari in gremio. PLIN· *l. 4. Epist. 22. Coenabat Nerua cum paucis, Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbebat.* SVETON· *in Calig. c. 24. pleno conuiuio intra se (sororem) collocabat, uxore supra cubante. Iuuen. Satyr. II.*

> *Signatae tabulae, dictum feliciter ingens*
> *Coena, sed in gremio iacuit noua nupta mariti.*

Iulius Capitolinus in M· Antonio Philosopho: educatus est in Hadriani gremio. Sic Iohannes, quem CHRISTVS ualde amabat. *c. 13. 23.* cubabat in gremio, ubi amor accubitus illius in sinu, et accubitus in sinu amoris κριτήριον diserte nominatur. Similiter uxor Vriae, significanter admodum, in sinu mariti discubuisse, per similitudinem ab oue petitam, legitur, *2. Sam. XII· 3.* Ad hanc consuetudinem alludit parabola, *Luc. XVI· 22.* quando Lazarus deportatur in sinum Abrahae, et *Luc. XXII· 30.* ubi promittit SEBVATOR discipulis: *Vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo*; item *Matth. VIII· 11. accumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno coelorum.* Vnde *dilectissimus quisque* υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ein allerliebstes Schooß-Kind, *filius, qui discumbit in sinu patris*, quo ipse nomine CHRISTVS insignitur, *Ioh. I· 18.* Graecis dicitur ἐπιστήθιος, *amicus intimus*, qui quasi in sinu recumbit, et se admouet supra pectus alterius. Exinde Gentiles uitam aeternam sub imagine accubitus et epularum depingere, amant, ut ex *Empedocle et Epicteto* constat. Addimus, quod ER· SCHMIDIVS non adeo congrue ritum hunc per sequentia nobis delineet: *Accubuerunt reclinati in thoris, siue lecticis, ita ut alter ad alterius pedes caput suum haberet.* Alterum enim ad alterius pedes caput habuisse, quis crederet? Rectius SAGITTAR· *Capitibus quidem semper intorsum ad epulas, pedibus uero extrorsum porrectis.* Vid PLVTARCH· *Q Conuiu. l. 1. q. 3.* CIACCON· *de Triclin. et* VRSIN· *in Addit. Mercurial. de Arte Gymn. l. 1. c. 2.* PANCIR· *de Reb. deperdit. tit. 51. p. 511.* LIPS· *Antiq. Lect. l. 3. et* COMMENT· *ad Tacit. Annal. 13. c. 43.* LIGHTF· *Hor. Hebr. ad Ioh. XIII· 23. p. 659.* BYNAEVS *de Calc.*

V· H.

V. H. et de M. C. p. 407. STVCK. *Antiq. Conuiu. l. 2. c. 34.* CASAVB. *Ex. 16. §. 22.* ROSIN. *Antiq. Rom. l. 5. c. 28.* SCHINDL. *Lex. Pent. p. 1112.* BVXT. *de Coena Dom. §. 33. seqq.* GOODW. *Mos. et Aar. l. 3. c. 2.* LVND. Jüd. Heiligth. *l. 5. c. 13. pag. 999. alii.*

Dicitur *Matthaeo* νάρδος μύρου βαρύτιμον, graui pretio, *Marco* πολυτελὴς, *Iohanni* πολύτιμον, multo, uel magno pretio, siue *pondere.* Sub diebus enim SERVATORIS eo maiore in pretio habebatur, cum illa aetate unica extaret urbs Laodicea, quae summo plausu unguentum istiusmodi conficeret. SAGITTAR. *l. c. p. 18.* Cum *Matthaeus* ait βαρύτιμον, hebraizat, siquidem graue, iudice BYNAEO, idem est Orientalibus, quod pretiosum, qui modus loquendi inde fluxit, quod ueteres pecuniam non numerabant, nostro more, sed communiter librabant, qua de re alibi quaedam commentabimur.

§. 32. ἀλάβαστρον, Alabaster-Flasche, *Matth. XXVI. 7. Marc. XIV. 3.* Proprie est lapis albedine, siue candore, et leuitate insignis, ex quo uasa excauabant ueteres, teste POLLVCE *Onom. l. 6.* et PLIN. *l. 13. c. 2. l. 36. c. 8.* Appellant aliqui Alabastritem, et nascitur adeo tractabilis, ut, uasis ex illo lapide cauatis, ipsa uitrea mentiri uideantur. Quibusdam dicitur ἄγγος μὴ ἔχων λαβὰς, *uas, quod non habet ansas,* ἄνευ λαβῆς, quod minime prehendi potest, ab ἀ στερητικῷ et λαμβάνομαι, iuxta SVIDAM et SCHOLIASTEN ARISTOPHANIS. Vid. NORTON. KNATCHBVLL ad *Marc. XIV. 3. p. 20.* quod etymon tamen cum CLERICO recte ridemus. SALMAS. *ad* SOLIN. *c. 13. p. 187.* dici putat pro ἀνάβαστρος, ν in λ Attice et Aeolice conuerso, ut λίτρον pro νίτρον, πλεύμων pro πνεύμων, ἐλύδρης, pro ἐνύδρης, λύμψας pro νύμφας. Sic ergo ἀνάβαστρος esset ab ἀναβάσαι, ferre, gestare, βαστάζειν. Ita quoque VOSSIVS et SVICERVS. CLERICVS *in Annot. ad* HAMM. *p. 197.* omnium uerissime Alabastrum ait nomen esse Arabicum huius marmoris, nam בצרה, *batsraton*, dicitur, et, addito Arabico Articulo, אלבצרה *Albatsraton*, τὸ ἀλάβαστρον. Statuit id non propter Articulum modo Arab. אל, sed etiam, quia ex Arabicis montibus caedebatur, atque inde primum aduectum innotuit, PLIN. *l. 36. c. 7. Onychen etiam tum in Arabiae montibus, nec usquam alicubi, nasci*

putauere ueteres. Paulo post: *Nascitur circa Thebas Aegyptias, Damascum Syriae. Illic in Arabia Aegyptiaca urbs fuit propterea dicta* ἀλάβαστρα. PLIN· *l. 5. c. 9.* PTOLEM· *l. 4. c. 5.* qui montis meminit *Alabastrini.* Sed hac in re incognita nihil certe affirmare ausim. Ad rem propius accedendum est. Balsama in illis uasibus incorrupte seruabant. SVIDAE propterea ἀλάβαστρον dicitur λίθινος μυροθήκη. *Scholiast. Antiph. ad Acharnens. pag. 302.* τὴν τοῦ μύρου λήκυθον, *uas unguentarium, Scholiast. Callimachi* ἀλαβάστρων τὰς μυροθήκας. *Scholiast. Theocriti in* Ειδυλ. *151. p. 186.* ἀλάβαστρα σκεύη μύρων δεκτικά, *uasa unguentorum receptacula, siue unguenta recipientia. Etymolog. M· Auctor;* ἀλάβαστρον καὶ ἀλάβαστρος λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν, *uasculum lapideum, in quo deponebantur unguenta. Athen.* περιενεγκόντων τῶν παίδων ἐν ἀλαβάστροις καὶ ἄλλοις χρυσοῖς σκεύεσι μύρα; *Circumferentibus pueris in Alabastris et aliis aureis uasibus unguenta.* Sic HERODOT· refert inter munera, quae Cambyses rex Persarum, per legatos, regi Aethiopiae transmisit, ἀλάβαστρον μύρου, et AELIAN· *l. 10. c. 18. Venus,* inquit, *Phaonti* ἔδωκε ἀλάβαστρον αὐτῷ, καὶ εἶχεν αὐτὴ μύρον. Simili modo uetus Poeta, teste SALMASIO, νάρδον ὑπὸ γλαυκῆς κλειομένην ὑέλου, *nardum in uiride uitrum inclusam. Theocritus* meminit χρυσέων ἀλαβάστρων, et *uetus uocabul.* ὑελίνου, *uasis uitrei.* Ita EPIPHAN· nostrum uocat βίκιον ὑέλινον. Consonat *Arabs*, LVTHER. DESID· ERASM· et acriter id defendit GROTIVS *ad Matth. XXVI· 7.* nec CASAVBONO displicet. SVIDAS dixit βίκιον μύρου, ᾧ ἠλείψατο ὁ χριστὸς, *urceolum unguenti, quo inunctus est CHRISTVS.* SAGITTAR· *l. c.* innectit: *Postea uero, cum e uitro et alia materia conflari coepissent eiusmodi uascula, etiam haec alabastra sunt dicta, prorsus ut pyxis dicebatur etiam aurea et argentea, quae tamen proprie a buxo fiebat, et nomen e re inuenerat. Fortassis igitur non abeunt a uero, qui alabastrum, cuius in Euangelio fit mentio, uitreum fuisse censent.* Meo iudicio frustra taxant aliqui LVTHERVM, quod transtulit ein Glaß. Accommodauit enim uersionem ad idioma linguae et morem loquendi inter Germanos receptum. De cetero priscis uitra elaborabantur e cornibus animalium, et lapidibus concauabantur, tam subtilia, ut lux transire et uasculum facile frangi posset. Fuit itaque uasculum, f. VITRVM lapideum, eine Alabaster-Flasche, oder

Alaba-

Alabaster-Glaß, cuius imaginem dedit BYNAEVS, descripsit PLIN· *l. 9. c. 35.* quod fuerit fastigiata longitudine in pleniorem orbem desinens. Romani dicebant guttum, quod oleum ex eiusmodi uitro aperto guttatim deflueret. Quidam cum HAMMONDO, Mariam non fregisse uitrum illud, sed tantummodo aperuisse, credunt, uti legunt *Syrus* et *Aethiops.* KNATCHB· *ad Marc. XIV· 13. p. 20*: *Concussit ergo, l. conquassauit, ut unguentum gratiorem odorem redderet, uel in totum effunderet, nec quicquam in imo uasis resideret. Est n. συντρίβω, concutio. Gloss. uet. et συντρίβει συνθλᾶ i. e. conquassat.* Forsan primum concussit, deinceps confregit, dum *συντρίβειν* manifesto hoc sensu extat. SAGITTAR· notanter ait: *Neque tamen credibile est, in minutas comminuisse particulas, quomodo unguentum, aut in terram, aut, una cum unguento, fragmenta uasculi in CHRISTI caput incidissent: Verum, quod uasculum oris forsan angustioris esset, infregit unam atque alteram circa orificium particulam, ut totum, quod in eo erat, unguentum simul ac semel in caput CHRISTI posset infundere, neque quicquam inde sibi reseruaret.* Vid. CLERIC· *l. c. p. 198.* Sed hac in re parum est situm. Nobis nosse sufficit, inunctionem non tam communis consuetudinis ergo, quam singularis cuiusdam mysterii significandi caussa esse factam.

§. 33. Inungendi ritus perantiquus est, quem Maria ex Hebraeorum more retinuit, licet illo aliud quid, quam uulgo fieri consueuerat, innueretur. IOHANNES commemorat, pedes a Maria esse unctos. MATTHAEVS autem et MARCVS, unguentum super caput effusum, docent. CALVIN· GVALTPER· PARAEVS, alii, oleum copiose effusum, ex capite in pedes usque, per uestes, defluxisse, qualem effusionis descriptionem habemus, *Ps. CXXXIII· 2.* statuunt. BYNAEVS et cum ipso plures alii assentiunt AVGVSTINO, qui mulierem prius unxisse pedes, et postea, quod ex unguento supererat, orificio uasis fracto, in caput effudisse, contendit. Graecis in consuetudinem iuisse, uetustissimi scriptores tradunt. Aliquando pedes inungebant, teste ATHEN· DEIPNOS· *l. 15. c. 12.* cum affirmat, antiquos in unguentorum usu admodum curiosos, atque nimis scrupulosos fuisse, singulisque corporis membris unguenta designasse, quod ut probet, aduo-

cat ANTIPHANIS, CEPHISODORI et ANAXANDRIDIS uerſus, qui clare docent, pedes unctos unguento Aegyptio atque Bacharino. Ab ARISTOPHANE allegatur Philocleon, cuius pedes a filia iuncti, ubi *Scholiaſtes* ſubiicit; Παλαιὰ ἡ διὰ τῶν γυναικῶν τημέλεια, καὶ οὕτως ἐτημέλουν τοὺς πατέρας καὶ γέροντας, ὥστε μετὰ τὸ νίψαι ἀλείφειν τοὺς πόδας. *Antiqua mulierum obſequia* (ſcil. lotio, unctio, pedum deoſculatio,) *et ſic curabant patres et ſenes, ut, poſtquam lauaſſent, inungerent pedes. Ariſtophanes*, eleganter admodum, meminerat lotionis, unctionis, deoſculationis, quae tria maxime in epulis honoris et amoris ergo Dominis exhibebantur ab uxoribus et inferioribus. PLATO *de Rep. 3.* quando ait: μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς etc. praemittit, *in honoris maximi teſtimonium.* IVL· POLLVX· *Onom. l. 6. c. 16.* ὅτι δὲ καὶ μύρον ἐν τοῖς συμποσίοις ἐπιμνηστέον, *unguenti in conuiuiis recordandum.* ATHEN· *ex antiquo Poeta*:

Αὐτὰρ ἐπεὶ δόρποιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἕντο,
Ὡραῖος παῖς ἦλθε φέρων μύρον.

Cum coenae dulcis deſiderium depoſuiſſent, formoſus uenit puer, ferens unguentum. Vnguentorum in caput effuſio extat apud eundem ATHEN· ex *Archeſtrato* adducta.

Αἰεὶ δὲ στεφάνοισι κάρα παρὰ δαῖτα πυκάζου,
Καὶ στακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε.

Denſas coronas in conuiuio capiti impone, et comam unguentis ſtillantibus bonis orna. Conſonant ANTIPHANES, PLVTARCHVS, HESYCHIVS et SCHOLIASTAE ueteres. Vid. DOVGT· *Anal. S. ad Luc. 7. 38. p. 52. 52. ſq.* Frequens unguentorum apud Romanos uſus ex CICERONE, CATVLLO, MARTIALI, SVETONIO, ceteris innotuit. De Hebraeis idem teſtantur ſcriptores ſacri, *1. Paral. XII· 40. Pſ. XXIII· 5. XLV· 8. Eccleſ. IX· 7. 8. Cant. I· 2. Ezech. XXIII· 41. Hebr. I· 9. 1. Ioh. II· 20. etc.* Vid. etiam *Gen. XVIII· 4. XIX· 2. XXIV· 32. Iud. XIX· 21.* LIGHTFOOT· *Hor. Hebr. ad Matth. XXVI· 7. p. 375.*
qui

qui neruose admodum scribit: *Vsitatissimum erat in epulis, praesertim sacris, oleum areomatibus conditum, solitumque est, illud capiti alicuius praesentis illinere. Hieros. Berac. fol. 11. 2. Schola Schammaeana dicit: Oleum suaue dextra tenet, at poculum uini sinistra. Recitat primum benedictionem super oleum et dein super poculum. Schola Hilleliana dicit: Oleum dextra, poculum sinistra. Benedicit super oleum suaue, atque illinit capiti ministrantis. Si uero ministrans sit discipulus Sapientum, illinit parieti, nam indecorum, i. e. iuxta stragulas pedum eius. Si uult dignissimus cum secundo ab eo colloqui, necess: est, ut se erigat e recubitione sua, ita, ut erectus sedeat etc.* Regibus in primis ac Dominis oleum in caput effundebant Antiqui. In nuptiis capita Magistrorum inuncta, *Babyl. Chetubh. fol. 17. 2.* LIGHTF· *H· H. Marc. XIV· 3. p. 456.* Ad cerimoniam illam CHRISTVS alludit, quando *Luc. VII· 46.* obiicit Simoni: *Oleo caput meum non unxisti*, et *Matth. VI· 17. Tu uero quum ieiunas, unge caput tuum, et faciem tuam laua.* Pedum lotio ante cubitum usitatissima. Orientales non gestabant calceos cauos, aut tibialia, sed soleas, *Gen. XIV· 23. etc.* Aestus in Oriente quoniam proficiscentes ualde delassabat, inde aqua ad refectionem opus isti habebant. Pedes insuper cum puluere admodum conspurcarentur, lotiones frequenter iterari debebant. Non autem lege quadam, ut lotio manuum, pedum lotio inculcata est, uti recte notat HOTTING· ad GOODW· *Mos. et Aar. p. 482.* sed simplicis potius, nudaeque consuetudinis lauacrum fuit, de quo RALBAG· ad *1. Sam. XXV· 41.* sic fatus est: אמרה זה על צד הענות להורות שדי אם תהיה לאשה לאחד מעבדו דוד ותרחץ רגליו כמנהג האשה לבעלה: *Haec uerba humili animo dixerat Abigail, satis sibi fore, si quendam seruorum Dauid in maritum habere queat, atque eius pedes lauare, uti uxor hoc officium praestare solet.* Ποδολουσίαν uxorium fuisse officium, MAIMON· *Tr.* אשות c. 21. rotundis uerbis asserit: כל אשה רוחצת לבעלה פניו ידיו ורגליו, *unaquaeque uxor mariti faciem, manus et pedes lauat.* Fiebat tamen alias per seruos, ancillas et uilissimos domus, unde CHRISTVS, ὑπόδειγμα ταπεινότητος, *humilitatis exemplum*, relicturus, lauit pedes discipulorum, *Ioh. XIII· 5.* Et Abigail

gail de se fatetur: *Ecce ancilla tua pro famula erit ad lauandum pedes seruorum Domini mei 1. Sam. XXV· 41.* His praesertim ex caussis uasa in aedibus apposita, seu νιπτὴρ, *peluis, Ioh. XIII· 5.* uel, ut cum Graecis loquar, ποδονιπτὴρ, *pelluuium.* Vsui uero illi uulgaria communiter uasa destinata, quo trahunt, nec male, illud: מאב סיר רחצי, *Moab est olla lotionis meae*, Psal. LX· 10. i. e. interprete GOODWINO· *p. 484. Moabitae ita mihi substernentur, uelut pollubrum pedibus meis.* Vid. Luc. VII· 38. Ioh. XIII· *4.* 5. etc. LIGHTF· ad Ioh, XII· 3. DOVGTAEVS *in Anal. S· ad Luc.* VII· *38. p. 52.* Sicuti uero res insitata, iudice LIGHTF· *ad* Ioh. XIII· 5. ut superiores lauarent pedes inferiorum, quod Seruatot fecit discipulis, quem ritum Pape R· ex superstitione imitatur quotannis, et nimiae sanctitatis, uel, quod uero similius, superbiae affectu, ut se Vicarium CHRISTI uenditet: Sic unctio pedum ἁπλῶς spectata non erat res insolita, ut in errore hoc uersatur BARON· *Annal. 1. ad A. C· 32. Num. 26.* quando putat, non nisi Athenis apud aliquos deliciis deditos et delicatas uirgines in usu fuisse, quem ideo, nec immerito, castigant, CASAVBON· *Exerc. 14. c. 12. p. 297.* et BYN· *de M· C· l. 1. c. 3. p. 254. et 257.* SAGITTAR· *P· 1. Passion. p. 170. Lauandorum pedum ritus priscae Ecclesiae Christianae antiquissimus est, unde Matth. V· inter alia uiduae in Ecclesiae ministerium cooptandae κριτήρια refertur: Si sanctorum pedes lauit. Postea in quibusdam Ecclesiis receptum more fuit, ut post Baptismum lauarentur baptizatorum pedes, Ambros. l. 3. de Sacr. c. 1. Qualis lotio interdicta fuit in Concilio Eliberttino A· C 305. Can. 48. ad quae uerba Binius, tom. 1. Concil. Neque censeo in hoc Concilio interdictum, nisi tantum, ne fiat a sacerdotibus.* Non sine caussa fortassis. *Lasciuire enim coeperunt sacerdotes. In aliquibus Ecclesiis S· Eucharistiam accessuris pedes lauabantur. In primis autem homines religiosi piorum hospitum, ut et pauperum pedes abluebant. Tertull. ad Vx. l. 2. c. 4. Tale humilitatis specimen, ad exemplum CHRISTI, postea exhibuerunt Magnates utriusque sexus. De Helena Constant. M· matre refert Nicephor. 8. c. 31. Ipsam sacris Virginibus, ad epulas uocatis,* suis manibus escam apposuisse, malluuium et aquam praebuisse, aliaque omnia ministeria obiuisse, *quae, conuiuis inuitatis exhibere, moris est. Nec hodie mos in desuetudinem abiit. Nam,*

prae-

praeter Imperatorem R. Regem Angliae et Galliarum, ipse Papa R. die Viridium pauperibus quibusdam pedes, iam ante lotos et odorifera aqua imbutos, lauat, lotos mantili tergit, absterſos osculatur, id quod pluribus enarrat Simeon Maiolus, Dier. Canicul. P. 3. Colloq. 6. In se non improbatur pedum lotio. Sed eidem meritum adſcribere quoddam, aut eandem pro ſacramento uenditare, aut ex ſuperſtitione quadam id officii proſequi, hoc eſt, quod, in uitiis ponendum eſſe, et cenſuram mereri, duco. Mulier noſtra pedibus SERVATORIS eſt aduoluta, et inungit iſtos, ut patrium morem imitetur, ſupplicium ritu, triſtitiae, fiduciae, honoris et amoris teſtificandi cauſſa.

§. 34. Pedes humectat lachrymis, et abſtergit capitis ſui capillis. Nam Antiqui diſcumbentes calceos, ſiue ſoleas, exuebant, ne lectulos profanarent. Vnde PLATO *de Sympoſ.* Ὑπολύετε παῖδες Ἀλκιβιάδην, ἵνα κατακέηται, *ſoluite famuli* (Pagen) *Alcibiadi ſoleas, ut ad menſam accumbat.* Exempla plurima apud ARISTOPH. MARTIAL. PLAVT. alios proſtant. Hebraeos uero diſcalceatos recubuiſſe, copioſe aſſerit BYNAEVS *de Calc. Hebr. l. 2. c. 1. §. 8.* Vid. LIPS. *Antiq. Lect. l. 3.* CIACCON. et VRSIN. *de Triclin.* et HIER. MERCVRIAL. qui in *Appendice l. 1. c. 11. de Art. Gymn.* hoc in argumento prolixus eſt, ac inſimul ritus imaginem exprimit, quam repetit BYNAEVS *de M. C. l. 1. c. 3. p. 260.* Praeterea Veterum feminae, ut noſtrae, cum ſequior iſte ſexus munditiei nimis ſtudioſus ſit, in capillorum ligatura ornamentum quaerebant. *Capillitium*, interprete BYNAEO, *aliquando ad talos uſque promiſſum in crines et ſertas diuiſum, et in capite conglobatum et ſpiratim conuolutum mulieres geſtarunt*, quam conſuetudinem damnant Apoſtoli in primorum Chriſtianorum matronis et uirginibus, *1. Tim. II. 9. 1 Pet. III. 3.* Inter Patres praeſertim TERTVLLIAN. in conſuetudinis abuſum inuehitur, quando crines eiusmodi ſpiratim conuolutos, quos Germani Haarlocken, Galli *fauorites* uocant, ob abuſum maximum, funes Satanae, qni ad captiuandos iuuenes tenduntur, iuſto nomine appellat. In triſtitia tamen conſtitutae paſſis ſedebant capillis, quod patet ex *Eſ. XLVII. 2.* etc. ad quem locum Magiſtri notant, tempore captiuitatis, luctus, aut alterius cuiusdam moe-

roris, capillos solutos et circum colla fluitantes habuisse. Idem etiam, quod Romanos attinet, ex LIVIO, PETRONIO, aliorumque scriptis inclarescit. Confirmant id Veterum marmora, ac numi post Hierosolymarum excidium cusi, qui imaginem sistunt passis crinibus ad arborem sedentis, aut stantis feminae, cum addita inscriptione: Iudaea capta. Peccatrix similiter moeroris plena subtristis accedit, non sine arcano quodam ductu, εἰς τὸν ἐνταφιασμόν. Pro linteis comam adhibet dissolutam et diffusam, atque capillis pedes abstergit. Minus circumspecte ceteroquin agunt, qui cum CASAVB: et BYNAEO hoc abstersionis exemplum, uel cum more Veterum Gentilium conferunt, uel ex antiquis Ethnicorum ritibus illustrant, siquidem ab istiusmodi crisi Christianos abstinere oportebat. Sic enim CASAVB· *ad Luc. VII· 38.* abiecte scribit: *Huius moris extat uestigium in Romana historia. Legimus enim, imminente aliquo Reipubl. periculo, (ut cum Annibal esset ad portas,) Romanas mulieres solitas, DEVM aras suis capillis abstergere etc.* Apud ueteres quidem paganos magno in honore semper habebatur oleum, adeo, ut simulacra, saxa, stipites, et quoduis demum adorabile, eo inungerent, aut delibutum uenerarentur; πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες, *quoduis lignum, et quemcunque lapidem, modo unctum, quod aiunt, adorantes*, CLEM· ALEX· STROM· *l. 7.* Sed ritum hunc mutuati sunt Gentiles ab Hebraeis, ut exemplum extat, *Gen. XXVIII· 18.* Surgens *ergo* (Iacob) *mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, et erexit in statuam fundens oleum in summitatem eius, quae Iacobi inunctio non sit superstitioso, aut idololatrico cultu, sed mystico sensu inunctionem angularis lapidis, Act. IV· 11. CHRISTI praemonstrat.* Vid. AVGVSTIN· *de Ciuit. DEI L. 16. c. 38.* et DOVGTAEVS, *Annal. S· ad Gen. 28. 18. p. 31.*

§. 35. Iudas, cum illum unctio, quae, ut in se est καλὸν ἔργον, talem hic censuram non merebatur, male haberet, indignationem his uerbis prodit; Εἰς τί ἡ ἀπώλεια, *ad quod perditio illa, inutilis profusio* iuxta BEZAM, ἀσωτία et שחתה, iuxta GROTIVM, *luxuria, prodigalitas, profusio, nequitia, perditio?* Quae ratio loquendi nec Hebraeis insusitata. Graecum enim

εἰς

εἰς τί respondet Hebraeo למה, *ad quid, quare Gen. XXV. 22. et 32. Ef. I. 11.* Ad u. 9. Adiicit proditor, ut pessime sentit, grauem rationem: *Poterat enim uenundari plus quam trecentis denariis.* *Δηνάριον, Denarius*, proprie uox est Latina. Scriptores enim sacri, ut BYNAEVS, nec male, tradit, *retinuerunt Romanum nummi Romani nomen*, quomodo et *ἀσσάριον, assarius*, et *κοδράντης, quadrans*, apud ipsos occurrunt, neque aliter a profanis scriptoribus est factum. Denarius uocatur, quod decem assibus constabat, et, teste PLINIO, *l. 21. cap. ult.* idem ualebat, quod apud Athenienses drachma. Vnde Cleopatra; τὸ ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει δραχμὴν ά; *Romanus denarius continet drachmam*, siue tres grossos, einen halben Orths-Thaler, et cum Zuza unius est pretii, affirmantibus id *Hebraeorum Magistris*, u. c. R. GEDALIA *Schalsch. Hakkab. p. 88.* דינר וזוז הכל אחד, *Dinar et Zuza omne unum sunt*; et *Elia Leuita in Thisbi ad uoc.* דינר, quando ait: דינר יש מטבע נקרא בלשונם דינר והוא כמו זוז, *Dinar est moneta, uocatur in lingua eorum* דינר, *et idem ualet, quod* זוז; item *ad uoc.* זוז *l. c.* זוז רבע שקל כסף, *quarta pars Sicli argentei.* Vnde KIMCHIVS: השקל ארבעה זוזים, *Siclus continet quatuor Zuza*, quare *Syrus* etiam δραχμὴν, *Luc. XV. 8. 9.* uertit זוזין *Zuza*, et τὰ δίδραχμα, *Matth. XVII.* duo זוזין, *duo Zuzin.* Δηνάριον erat numisma census, *Matth. XXII. 19. et*, interprete GOODWINO, denarius sacer, qui constituit δίδραχμον Atticum, *Matth. XVII. 24.* erat dimidia sicli pars, siue מחצית השקל, *dimidius siclus, Exod. XXX. 13.* qui antiquissimis Hebraeorum temporibus quotannis a quouis Israelita, trigesimum annum assecuto, pendendus erat, eum in finem, ut inde sacrificia iuga, ferta, libamina eorum, manipulum, duos panes Pentecostales, panes propositionis, suffitum, et si quae alia publico nomine sacra fiebant, emerent. Vid. *Tract.* שקלים, *c. 4.* et ABEN-ESRA *ad Neh. X. 32.* Mansit illa pendendi consuetudo ad excidium usque Templi, quare IOSEPH. *de B. I. lib. 7. c. 26 p. 983.* submonet: Φόρον δὲ τοῖς ὅπου δήποτ᾽ οὖσιν Ἰουδαίοις, ἐπέβαλε δύο δραχμὰς ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν; *Stipendium uero, ubicunque degerint, Iudaeis indixit, binasque drachmas singulis deferre in Capitolium iussit, ita, ut antehac Hierosolymis Templo pendebant.* Caesar, ut

 habet

habet GOODWINVS, hunc Templi censum suo gazophylacio inferens abstulit *τὰ τοῦ Θεοῦ*. Hinc CHRISTVS in quaestione illa uexata: *Licet censum dare Caesari, annon?* Respondet: *Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari, et, quae sunt DEI, DEO.* Hic igitur census postea ui decretia Vespasiano facti Capitolio etiam Romano depensus est, ut ex Iosepho constat. HAMM· *ad Matth. XXII· 20. p. 166.* Denarios huiuscemodi Caesaris imaginem cum nomine *Augusti* et anno *captae Iudaeae* habuisse, existimat. Sed bene CLERICVS: *Denarius potuit esse Tiberii aeque ac Augusti, nec necesse erat, subactae Iudaeae annum in eo legi. Exigebatur duntaxat Denarius, in quo Augusti, aut Tiberii imago cerneretur.* Figuram eorum, qui diebus Seruatoris cusi sunt, exhibet MARQVARD· FREYHER· *de Numism. Census* et CASP· WASER· *de Num. Hebr. l. 2. c. 20.* Ex uno latere apparet Caesaris imago cum inscriptione: TI· CAESAR· AVGVSTI· F· IMPERATOR, atque sic amplius; Ex altero Vestae forma sellae insidentis, quae dextra lanceam, frondem olei sinistra tenet, his additis literis: PONTIF· MAXIM· Scriptura autem meminit Romani nummi, denarii, quia Caesaris nuntii, siue praefecti, pecuniam R· in Syria et Palaestina uulgarem, et Imperator ab subactis Iudaeis denarios, tanquam ordinarium censum, exigeret, quod, ut ob breuitatis studium cetera taceamus, uel ex sola inscriptione nummi, cuius mentio a MATTHAEO facta est, *cap. 22. 16. 17. 19.* apparebit. Vid. LIPS· *de Magnif. Rom. l. 2. c. 3.* SELDEN· *I· N· et G. l. 6. c. 17.* CASAVB· *Ex. XVI· c. 6.* GOODWIN· *Mos. et Aar. p. m. 969. ed.* HOTTING· et BYNAEVS *de M· C· p. 287.* Summa pretii, uidelicet 300 denariorum, importat 37 thaleros et 12 grossos. Nam Romanorum denarii erant argentei, aurei uero, si qui darentur, fuerunt peregrini et aduentitii, uelut *ὑμίχρυσοι* Attici, quod obseruat GRONOV· *de Pec. Vet. l. 3.. c. 15. et* BYNAEVS, *l. c. p. 287. sq.* contra LIGHTF·. *Hor. Hebr. in Marc. XIV· 5.*

§. 36. Ad u. 10. *ἔργον καλὸν*, uti *Camero in Myroth. Euang. ad Matth. XXVI· 10.* arbitratur, phrasis quoque est *Syro-Chaldaea*, עבדת עבדא טובא, *egregium ac pulchrum* opus, interprete *Erasmo ad l. c.* Syriace sonat עבדא שפירא *opus elegans, decorum, lauda-*

laudabile, *gratum*, non ἀπώλεια, non perditio, non ἀσωτία, ut proditione infamis ille impoſtor aiebat, ſed καλὸν, שפירא, טוב, ſiue טובא, quae uoces Orientalibus non ineleganter ſignificant: *egregium, elegans, pulchrum*, *integrum*, *laudabile*, atque ſic exactiſſime Graecum καλὸν exprimunt.

Ad u. 12. SERVATOR finem, propter quem illa mulier id fecerit, ſtatim ſubiicit, nimirum πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με, *Matth. XXVI. 12.* εἰς τὴν ἡμέραν ἐνταφιασμοῦ μου, *Ioh. XII. 7.* GROTIVS *Matth. XXVI. 12.* adnotauit τὸ ἐνταφιάσαι interpretandum eſſe per ἔλλειψιν uoculae ὡσεὶ, *fecit quaſi ad me pollinciendum.* Quam uocem prudenter, ut et in hac apud *Marcum* hiſtoria, addidit *Syrus interpres*, quando uertit הדא דין דארמית בכסמא הנו על גושמי איך דלמקברני עבדת: *Hoc autem, quod miſit aromaticum hoc in corpus meum*, tanquam *ad ſepeliendum me fecit.* Sic, apud *Homerum* ὡς comparatiuum ſaepe ſubaudiri, notant Interpretes. Voci ἐνταφιάζειν magnum pondus ineſt. Significat enim *condo intra* ἐντάφια, id eſt, *ſepulchralia lintea*, ut explicatur apud *Iſocratem* et *Plutarchum*; Atque ita proprie non deſignat actum ipſum ταφῆς, ſeu τὸ θάπτειν, ſed omnes actus praecedentes praeparatorios, qui praeſertim conſiſtebant in unctione et ἐνταφίων inuolutione, de quibus infra de *Sepultura CHRISTI* plura dicemus. De diſcrimine hoc ita olim AVGVSTINVS: *Non inuenit lingua Latina, quemadmodum appellaret* ἐνταφιάστας. *Non enim ipſi ſepeliunt corpora mortuorum, quod Graece eſt non* ἐνταφίασαι, *ſed* θάψαι. *Illi ergo* ἐνταφιασταὶ *id agunt, quod exhibetur corporibus humandis uel condiendo, uel ſiccando, uel inuoluendo et alligando, in quo opere maxime Aegyptiorum cura praecellit.* Idem tradunt BEZA, CASAVBONVS, DRVSIVS, LVDOV. DE DIEV, BYNAEVS: Corpus ad funus componere, et ornamentis, ut ſic, „ dicam, ſepulchralibus ornare, quae Graecis ἐντάφια nominan- „ tur; Corpus mortuum parare ad ſepulturam, more Iudaeorum, „ corpus mortuum τοῖς ἐνταφίοις, hoc eſt, ὀθονίοις, linteis ſepul- „ chralibus, additis unguentis aromaticis, inuoluere, *Ioh. XIX. 40.* CASAVB. *Ex. 16. §. 112.* praeterea inter ταριχεύειν et ἐνταφιάζειν diſcrimen eſſe, putat. *Aegyptiorum conditura fiebat intrinſecus, corpore exenterato, et cerebro per nares extracto, quod Grae-*

ci dixerunt ταριχέυειν. Hebraei unguento et corpori aromata extrinsecus applicando, deinde fasciis inuoluendo, mortuos curabant, Matth. XXVII. 59. Marc. XVI. 46. Luc. XXIII. 53. Ioh. XX. 39. 40. Vnde in scripturis de conditura Hebraeorum dicitur non ταριχέυειν, sed ἐνταφιάζειν, siue *ἀλείφειν,* Eodem sensu nomen *ἐνταφιάζειν LXX. Senes, Gen. L.* 1. accipiunt. Id uero praedixit mulier, capillis lintea sepulchralia et fasces, quibus pedes Seruatoris implicuit, oleo et unguentis, quae super ipsum effudit, balsamationem praemonstrans.

§. 37. Ad u. 13. Addit Seruator in rei huius testimonium uehementem asseuerationem ἀμὴν, quam uoculam *Iohannes,* quoties usurpat, geminat; ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν. Vox ἀμὴν ab Hebreis oriunda in Graecos, Italos, Germanos, nationes alias, uenit, ab radice אמן, *uerus, fidus, fidelis, certus, ratus, securus fuit;* Arabice *credidit, fidit, fide iussit.* Vnde אמן, אמנם, אמנם, *certe, profecto, uere,* aequipollent. Circa uocis explicationem Interpretes uarias in sententias abeunt: DINCKEL. *Orat. de Hebr. Ling. N. 4.* אמן idem esse putat, quod אל מלך נאמן, *DEVS rex fidelis.* Sed caballistica est allusio, non uera etymologia. *Talmud* hanc in uocem ita commentatur, *Libr. Schebhuoth, fol. 36.* אמר ר' יוסי בן רבי חנינא אמן בו שבועה בו קבלת דברים בו האמנת דברים בו שבועה דכתיב ואמרה האשה אמן אמן בו קבלת דברים דכתיב ארור אשר לא יקים את דברי התורה הזאת לעשות אותם ואמר כל העם אמן בו האמנת דברים דכתיב ויאמר ירמיהו אל חנניהו אמן כן יעשה יי' את דברך: *R. Iose dicit filius Chaninae,* AMEN *modo habet uim iurisiurandi, modo approbandi dicta, modo confirmandi dicta. Iurisiurandi uim habet, cum scriptum est:* Et dicet mulier illa: AMEN, AMEN; *Approbandi dicta, cum scriptum est:* Maledictus, etc. *Confirmandi dicta, cum scriptum est:* Sic faciet Iehoua, praestabit Iehoua uerba tua. Similiter iusiurandum designat apud MAIM. *Tr. Schebh.* c. 11. Nec alii ex *Hebraeorum Magistris* dissonant. Id non erat reticendum, quod Iudaei

daei in pronuntiatione AMEN nimis ſint ſuperſtitioſi. Vnde, quemadmodum inter illos, interprete D. PFEIFFERO, *Dubb. Vex. p. 946.* in uulgus notum, *in uitio ponunt triplex AMEN, ſc.* Acceleratum, *quod accelerate et feſtinanter effertur, quaſi cum* א *breuiſſimo et accentu in ultimo, ueluti* אֲמֵן, *uel quod ante abſolutam orationem praemature reſpondetur:* Amputatum, *a quo ultima litera* ן *in pronuntiatione quaſi ſucciſa et amputata eſt, ac ſi diceretur* AME: Pupillare *denique, quod praecedente benedictione, ceu patre, caret, quando ſcilicet quis inconſiderate et animo aberrante reſpondet* AMEN, *non ad praeuiam Sacerdotis benedictionem, uel orationem, ſed ad populi murmura. Haec diuerſa uocis* AMEN *pronuntiatio fructu et effectu caret, immo poenam ſecum trahit neglectae attentionis et zeli intermiſſi. Id Hebraei indicarunt his uerbis:* Quicunque reſpondet AMEN PV-„ PILLARE, eius libri erunt pupilli: ACCELERATVM, eius„ dies accelerabuntur, uel celeriter tranſibunt, qui uero pro-„ tenſa pronunciatione effert AMEN, eius dies et anni pro-„ longabuntur.„ LIGHTF. *H. H. ad Matth. VI. p. 302.* exiſtimat, Amen publice ſaltim adhibitum eſſe in Synagoga, ubi reſponſum ſit a populo Amen ad preces fuſas a Miniſtro; Itemque domi patrifamilias benedicenti, aut oranti a ſuis; At rarius, aut nunquam priuatum quendam orantem ſuismet precibus illud ſubiunxiſſe, unde et factum putat, ut CHRISTVS publicaturus orationem Dominicam adiiceret AMEN, quod apud Lucam, ubi priuatim eandem recitarit, omiſerit, cui tamen ſententiae, cum CHRISTVS ad Magiſtrorum ſe παράδοσιν nunquam accommodauerit, non ſubſcribimus. Formulam ἀμὴν λέγω ὑμῖν inuoluere iuramentum, ex ueteribus uolunt GREGOR. NYSSEN. THEOPHYL. CHRYSOST. OECVMEN alii; Ex Recentioribus SAM. PETIT. *Var. Lect. c. 17. Nullus*, inquit, *dubito, iſta eſſe repetenda e iuramentorum formula. Nam index adiurabat, qui iurabat, reſpondebat* AMEN. *Quare cum dicit CHRISTVS,* ἀμὴν λέγω ὑμῖν, *idem eſt, ac ſi diceret:* Iuratus uobis dico. Idem ſtatuit LVDOV. DE DIEV *ad Matth. V. 28.* Sed enim, rem ſi accurate perpendamus, his uerborum ambagibus facile ſuperſedere interpretes illi poterant. Multa ſciunt aliqui linguarum notitia probe tincti, ſed, quod ſciunt, non ſciunt diſtincte, cum tamen una ſaepe numero

mero distinctio omnem rem expediat. Quapropter, qui Philosophiam Linguarum addunt studio, optime sibi consulunt, maiorum more, ab soliditate, perspicuitate, ordine, tantum non omnibus, se commendantium. Hoc dum cogitamus, in mentem uenit, ἀμὴν spectari posse 1) extra contextum, in se ac in thesi, ubi ualet idem, quod ἀληθῶς, ut apud *LXX· Senes* πεπιστευμένως, quo sensu SVIDAS et AQVILA accipiunt, ἀληθῶς, ἐπ' ἀληθείας, *certe*, *uere*, *in ueritate*, ut ipsi *Scriptores* interpretantur *Sacri*. 2) intra contextum, accidentaliter et in hypothesi, quando significationes assumit, quas circumstantiae textus et uocum positus postulant. Tum quandoque *formula optandi* est, *1. Reg. I· 36. Ps. LXXII· 19. 1. Chron. XVI· 36.* Vnde clara olim uoce uniuersi clamabant ἀμὴν, *1. Cor. XIV· 16.* Post preces absolutas et gratiarum actiones πᾶσα ἐκκλησία, fauste conclamabat; ἀμὴν, *fiat*, *utinam fiat*, γένοιτο, γένοιτο, quomodo *LXX· Senes*, *Ps. LXXII·* et alias uertunt, ita, ut desiderii uehementiam significet, quod Patribus Graecis, IVST· MARTYRI et CYRILLO non displicet. Hunc significatum subinuoluit, quando iusiurandum denotat, ut *LXX· Viri* mulieris uerba Num. 5. reddunt; γένοιτο, γένοιτο. Quamuis enim dantur, qui, non iuramenti religionem, sed tantummodo asseuerationem, corroborationem et sermonis confirmationem Hebraeis significare, putant, exempla tamen in contrariam partem ab Orientalibus adducuntur. Erat quoque *formula approbandi*, in Ecclesia praesertim Graeca, cum Ministro, qui singulis coenam distribuebat sacram, pronuntianti benedictionem, seu gratiarum actionem, ille, qui panem benedictum et poculum accipiebat, responderet AMEN. Vid. BYNAEVM *de M· C· L. 1. c. 3. p. 330.* hanc in rem uerba CHRYSOSTOMI ad Ps. CVI. allegantem. Vt breuis sim, *formula* modo *iuramenti* est, modo *uotiua*, modo *approbatiua*, *confirmatiua*, *assertiua*, *contestatiua*, *asseueratiua*, atque sic amplius, quod ex συναφείᾳ textus diiudicandum. Quando formula sigillatim l. c. spectatur *materialiter*, ratione certitudinis et ueritatis, ac *obiectiue*, tum cum iuramento pari passu ambulat. *Formaliter* uero iuramentum stricte sic dictum dici nequit. Dum potius ad uehementem accedit asseuerationem, quandoquidem *Scriptoribus Sacris*, LXX· SENIBVS, AQVILAE, SVIDAE, *Graecis Patribus*; ἀμὴν,

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐπ' ἀληθείας λέγω ὑμῖν, quantum quidem ego iudicare possum, est insolita, nemini alias, praeter CHRISTVM, usitata, eo sensu eminente et ἐξοχικῶ. Sicut enim ἐπ' ἀληθείας λέγω ὑμῖν priorum formularum commentarius et κατήχησις censetur; Ita quaeuis earum implicat *Obiectum*, rerum prolatarum certitudinem, efficaciam, ueritatem, *Subiectum*, infallibilem et ueracissimum Dominum, qui est in Abstracto ἀλήθεια, DEVS ueritatis, *Ies. LXV. 16.* ὁ Ἀμὴν, *Apoc. XIV. 3.* qui αὐτοπίστως et κυρίως, propria nixus auctoritate, ueritatis testis ὁ Ἀμὴν, ὁ μάρτυς, ὁ πιστὸς ϗ ἀληθινὸς, insuper ἀληθῶς, siue ἐπ' ἀληθείας, quae uoculae prioris Ἀμὴν, uti diximus, perbreuis sunt et perspicuus commentarius, τὴν ἀλήθειαν, eamque coelestem reuelabat. Vnde BYNAEVS notat, *a Iohanne ideo repeti* Ἀμὴν, Ἀμὴν, *ut designetur sensus ille duplex: Ego* ὁ Ἀμὴν, *qui sum ueritas, siue* ὁ Ἀμὴν, ὁ μάρτυς, ὁ πιστὸς ϗ ἀληθινὸς, *dico uobis, et iterum* Ἀμὴν, *uere, siue in ueritate*, addo τὸ Ἀμὴν, id est, τὰ ἀληθινὰ, seu τὴν ἀλήθειαν, ueritatem *uobis dico*, ratione simul Subiecti, Modi, Obiecti atque sic porro habita. Vid. LIGHTF. *Harm. IV. Euang. P. 2. §. 12.* et *H. H. in Ioh. I. 52.* Id uero, quod SERVATOR tam uehementer asseuerat, sequentis est tenoris: *Vbicunque praedicatum* - - εἰς μνημόσυνον αὐτῆς, *in memoriam ipsius.* Μνημόσυνον, emphatica uox, non simplicem, aut qualemcunque praeteritorum recordationem importat, sed perpetuo duraturam, cum laudibus assiduis coniunctam, ita, ut factum laudabile momento quasi marmoreo sit infigendum. Sic enim Priscis sonat זכרון, μνημόσυνον, *momentum sepulchrale*, perpetuae recordationis ergo in mortui laudem fixum et positum, μνῆμα, μνημῆιον et μνημεῖον, de quo infra de *Sepultura CHRISTI* uerba faciemus. Vid. interim, de AMEN PFEIFF. *Dubb. Vex. N. T. loc. 43. p. 946.* BVXT. *Lex. Talm.* FVLLER. *Miscell. l. 1. c. 2. et* WAGENSEIL. *ad Sota, p. 379.*

§. 38. Ad u. 14. *Iudae* uox, origine Hebraea, uenit ab radice ידה, *manauit, emanauit*, et actiue *emanare fecit, emisit, eiecit;* In Coniug. Hiphil *confessus est, celebrauit, laudauit.* Datur radix huic affinis הדה et apud Graecos δίω, *expello rem dimanantem*, item ἀείδω, ᾄδω, *cano libera uoce gloriam DEI*, ut ad

 alios

alios dimanet. Atque sic ui uocis Iudas designat *confessorem*, *laudatorem*, *filium celebrationis* et תורה, *publicae confessionis*, quale nomen mater Patriarchae dedit Iudae, *quod a partu eius DEVM laudaret, Gen. XXIX. 35.* Priscis enim res non casu, aut fortuito, sed προαιρετικῶς, *consilio*, pleraeque nominibus adpellabantur. Post tribuum scissuram soli tribui Iudae nomen hoc tributum est, adiunctaeque tribui Beniamin, quae, iunctim spectatae, regnum Iudaicum constituebant. Postremum omnes promiscue dicti sunt Iudaei. Hoc nomine noster Iudas degener et periurus insignitur saltim λεγομένως, κατ' ἀντίφρασιν; *Simon* autem a patre, more gentis suae perantiquo; Ischarioth denique non ab איש, *uir*, et ברת, *abscissio, exterminium*, quod turpissima defectione seipsum a CHRISTO, ἀριθμῷ τῶν δώδεκα, et uita aeterna absciderit, quemadmodum libellus repudii, βιβλίον ἀποστασίου, Talmudicis ספר כריתות, *liber abscissionum*, dicitur: Neque a שכר, *merces*, et נטה, *defecit*, *mercede quasi inductus ad defectionem*, uti uult TREMELL. *ad Matth. X. 4.* Neque a סכר, *strangulauit*, uti scribit IVNIVS *ad Matth. X. 4.* *Aliis secariut marsupium appellatur et Secariuta ὁ ἔχων γλωσσόκομον, ut Ioh. XII. 6. Sed ego, omnibus expensis, per anticipationem, statuo adpellari, quasi strangulatum dicas, qui ultro declinauerit ad strangulationem sui, ut narratur infra. 27. 5. et Act. I. 18. Est enim Secar strangulare Syris et Mascera strangulatio*, cui sententiae etiam subscribunt WASER. *de Antiq. Num. Hebr. l. 1. c. 19.* et qua partem LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Matth. X. 4.* Nec ad illos accedere possum, qui, idem forte significare, quod *Iudas cum cinctorio*, arbitrantur, quando aiunt: *Secariut marsupium et Secariuta ὁ ἔχων γλωσσόκομον, unde Iscariotes portitor Glossocomi, siue Glossocomarius, Iudas cum cinctorio, in quo ueteres consutas habebant crumenas, in quibus nummos circumgestare consueuerant, prout ex Aruch ad uocem* אפונדה *et* תרמיל *aliqui notant.* Forsitan ab urbe, aut patria, uerius notionem deriuant ANGEL. CANIN. BEZA, SCVLTET. VOSSIVS, DRVS. CAVE, GROTIVS, qui tamen a se inuicem discrepant, dum *illi* eam deducunt a קריות, urbe, *Ios. XV. 25.* hic autem, nempe GROTIVS, deriuari censet ab איש et ישׂשכר, ein Mann von Isaschar, quod nomen extat, *Iud. X. 1.* et, addita terminatione Graecis familiari, Ischariotes pronuntiaretur. Rationes, quas affe-

afferunt, ſequentis ſunt tenoris: 1) Codices non pauci legunt Σκαριώτης, ipſe interpres *Syrus* habet סקריותא, et *Codex Cantabrigienſes*, qui THEODORO BEZAE fuit, *ἀπὸ Καρυώτου, a Caryoto.* 2) CHRYSOST· THEOPHYL· *et* HIERON· *ad Matth. X· 4.* ita ſentiunt. 3) Cum, plerosque inter Eruditos, Apoſtolos Iudaeos fuiſſe, conſtet, nomen, oportet, ab Hebraeis deducamus. 4) *Ioſ. XV· 25.* urbis ſit mentio *Carioth*, קריות, et ſcimus omnes, qui a patria deſcribuntur, uocari eius loci uiros, uel filios, ſed praeſertim uiros, *Eſr. I·* more Gallico, *enfant de Paris.* Inſuper autem hic noto, aliquos dictionem noſtram deriuare a ſolo uocabulo קריות, quae Syria dialecto, aut fortaſſis Hebraea, Apoſtolorum memoria Iudaeis familiari, legeretur סקריות, ut סקבל pro קבל, *caligo*, סגרגר, *granum*, pro גרגר, et סגלגל, pro גלגל, *rotundum*, ac praepoſita Iod Iſchariotes. Solitum enim, iis nominibus, quae a gemina conſonante incipiunt, annecti literam i, ut ἱσπανία pro Σπανία. Sic Turcae hodie ex Scopia faciunt Iſcopia, ex Scodra Iſcodra, Galli ex ſchola eſcole. BYNAEVS de M· C· p. 279. qui omnibus expenſis tandem ſubiicit: Quare hic ἐπέχειν malo, quam dubia dicere et incomperta, maxime cum parum hac in re ſitum ſit. Vid. KEMPII Diſſ. de Oſculo Iudae Art. II· §. 4. p. 32. ſqq.

§. 39. Ad u. 14. Primaria perſona *contrahens* eſt Iudas, unus e duodecim. Nam de Sacerdotibus et reliquis Synedrii uiris ſupra diximus. Habebat SERVATOR, οὓς ϗ ἀποςόλους ὠνόμασε, *Luc. VI· 13.* Videlicet e diſcentibus duodecim praecipuos lateri ſuo adlegit, *deſtinatos nationibus Magiſtros*, ut TERTVLLIANO uocantur. Orientalibus, praeſertim a Chaldaeis, addo, Talmudicis, tales diſcipuli, more Graecorum, שליחין audiunt, *miſſi* κατ᾽ ἐξοχὴν, ideo, Hebraeorum ex ſententia, legati et extraordinaria inſtitutione inſtructi, ut principis ſui uoluntatem annunciarent. Noſtri ſimpliciter, more gentibus uſitato, *Duodecim*, poſt ſeceſſum Iudae *Vndecim*, nominantur. Olim enim id erat conſuetudinis, ut, qui aliquo dignitatis, aut officii gradu, aucti erant, ab ſuo numero denominationem nanciſcerentur, utut ceteroquin ordinis iſtius uiri non omnes eſſent praeſentes. Sic *2. Sam. XXIII· 13. tres ex triginta capitibus, uerſ. 18. princeps trium* et *uerſ. 23.* Eodem modo Synedrii M· col-

legium Talmudicis uocatur *congregatio septuaginta unius*, *Synedrium septuaginta-unius-uirale*. Apud Athenienses noti πεντακόσιοι, *Quingenti*, *magistratus Atheniensium quidam secundum ab Areopagitis locum obtinens*, *cuius officium erat ciuilia munera, actionesque, de quibus quotidie inter populares lis erat, indicare.* STEPH. *Thes. t. 3. p. 215.* Sic Electores, olim *Septemuiri* dicti, nunc ab suo numero *Nouemuiri* adpellantur. Loquitur ergo *Scriptura* cum Veteribus, quando Iudas εἷς τῶν δώδεκα, *Marc. XIV. 10.* ὢν ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, *Luc. XXII. 3.* et alias inducitur.

§. 40. Ab illo tempore *Iudas* abiit ad Summos Sacerdotes et στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ, *Matth. XXVI. 14. Marc. XIV. 10. 11. Luc. XXII. 3. sqq.* Per *Summos Sacerdotes* intelligunt interpretes *Synedrium M.* Quia enim capita Sacerdotum praecipui atque primarii Assessores erant, inde factum, ut nominarentur in sacris Summi Sacerdotes, et uniuersum Collegium subintelligeretur. Quo sensu Summus Sacerdos ἀρχιερεὺς et reliqui Sacerdotum praefecti ἀρχιερεῖς adpellentur, satis ex illis, quae supra diximus, constabit. Iam, quinam στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, die Haupt-Leute, oder die Hauptmänner des Tempels, in controuersiam uenit. Vox στρατηγὸς descendit ἀπὸ τοῦ στρατοῦ, *exercitus*, στρατεύω, στρατεύομαι, *exercitum in expeditionem educo*, *cum exercitu uenio*, *bello inuado*, et ἄγω, *duco*, atque sic στρατηγὸς ui uocis est ὁ ἄγων τὸν στρατὸν, *qui exercitum ductat*, *dux exercitus*, *militiae*. Sumitur 1) κατ' ἐξοχὴν, *stricte*, pro *Imperatore* et *Duce* exercitus *generalissimo*, General-Feld-Marschall, *General en Cheff*, qui Graecis est Στρατάρχης, ut apud *Xenophontem* ἀγαθὸς στρατηγὸς, *et Athenaeum*, ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, *dux supremus*, βασιλεὺς τοῦ παντὸς στρατοῦ, ἡγεμονεύων, ἡγεμὼν *simpliciter et absolute*, uti capiunt ARISTOT. PLVTARCH. PLATO, alii. 2) *laxe et sensu generaliori*, pro *quolibet duce in militia*, Kriegs-Obersten, qui ordini certo et cohorti praeest. PFEIFFER. *Ant. Graec. p. 487.* Quales autem h. l. στρατηγοὶ *Luc. XXII. 52.* et στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, *Act. IV. 1. V. 24.* acris eruditos inter altercatio. Pro *Senioribus magistratum in populo gerentibus*, quibus Romani concesserint ius circa cerimonias et res sacras, accipit TREMELLIVS *in Not. ad Vers. Syr. Luc. XXII. 4.* Pro *ordinariis Iudaeorum*

daeorum iudicibus BERTRAMVS *de Rep. Iud. c. 13.* *Pro praefectis Sanctuarii,* hoc est, rerum ecclesiasticarum, ex MAIMONIDE L' EMPEREVR *ad* BERTRAMVM *l. c. et* SAM· BOCHART· *Hieroz. P. 2. l. 1. c. 5.* *Pro Romanorum militum ducibus*, qui, ne Iudaei ad seditiones procliues turbas excitarent, sub dies in primis festos, ad tumultus et scelera hominum abigenda in porticibus Templi, teste Iosepho, publice constituti, accipit CHRYSOST· *in Matth. Hom. 80.* VATABLVS *ad Luc. XXII· 4.* item BELGAE: *d' Overste des Kryghs-Volks, dat den Tempel uan buyten bewaarde.* Pro *custodia templi, siue praesidiariis militibus templi custodiae designatis*, quibus, qui praefuit, uocatus στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, STEPH· *Thes. t. 3. pag. 1066.* HAMMONDVS *ad Luc. XXII· 52. p. 376.* Pro *praefectis aedificiorum Templi res aediles procurantibus* GERHARDVS *Harm. Euang. cap. 168.* uenditat: *Habebant*, inquit, *quidem Romani in turri Antonia stationem suam, et inde mittebant aliquando milites in porticus Templi, imminentibus proxime feriis, ad tutandum Templum, ne turba existeret, ut enarrat* IOSEPH· *Antiq. l. 8. c. 4. et l. 5. c. 15.* *Romanos quoque milites executionem rerum criminalium suscepisse, satis ex historia constat.* Vnde LIGHTFOOTVS, antiquitatum sacrarum peritissimus, sumit ad *Act. IV· 1.* pro *ducibus praesidii ad tutandum Templum* in turri Antonia stationem suam habentibus. Missis his tantisper opinionibus, sic existimamus: Στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ *praefecti erant Templi uigiliis et custodiae in Templo praepositi*, ac ius, permittentibus Romanis, ab Synedrio M· illos captiuos abducendi habebant, qui *contra Legem*, *sanctitatem* in primis *Templi*, uel *intra* uel *extra* Templum, peccabant, quod olim exequebantur per ὑπηρέτας, id est, *ministros publicos*, aut, ubi necessitas exigeret, per *milites Romanos.* Hac praesertim ex caussa SEB· CASTALIO reddit: *Antistites* scil. Templi; *Syrus* interpres : חילא דהיכלא et *duces militiae Templi*; BEZA, PISCATOR, ERASM· SCHMIDIVS: *Praefectos templo*; LVTHERVS: Hauptleute des Tempels; *Belgae* nouissimi: Hoofft-Manne des Tempels, quales sane erant στρατηγοὶ a nobis descripti. Nostro idiomate commode Oberster-Wachtmeister, Wachtmeister dicerentur, sermone Romano praefecti uigilum. Primarius ille custos communiter audit איש הר הבית, *princeps in monte Templi*, στρατηγὸς τοῦ

ἱεροῦ, Hauptmann des Tempels, *Act. IV. 1. et V. 24. 26.* qui alios habebat ſibi ſubordinatos ϛρατηγοὺς, *Luc. XXII. etc.* quales erant ex ordinibus Sacerdotum et Leuitarum, qui שוטרים, *miniſtris publicis*, ſiue ὑπηρέταις, ad captiuos ducendos et caſtigandos peccatores, ordinarie utebantur, *Ioh. VII. 32. 45. Act. V. 22. 26.* Vtut autem milites Romani, neceſſitatis lege, quae nullos admittit limites, ita iubente, in auxilium conuocati, et in miniſterium ab Hebraeis aliquando ſint adhibiti; Iurisdictio tamen, ſiue Ius Templi, et quaſi directorium manſit penes ϛρατηγὸν Iudaeum et ordinarios Hebraeorum ϛρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ, qui per Romanos milites, eorumque duces, ut noſtra memoria loquimur, iura ab Romanis conceſſa exercere poterant. Hinc LIGHTFOOT. alibi, nempe *Hor. Hebr. ad Luc. XXII. 4. pag. 559.* uerisſime dixit: Στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ *ſunt duces uariarum excubiarum.* Στρατηγὸς *diſtinctiue ſumptus et per eminentiam erat* איש הר הבית, *montis Templi praefectus, qui caput erat omnium capitum excubiarum, diſtinctus hoc ipſo a Praefecto Templi Sagan, Sacerdotis S. uicario, quod ille excubiis tantum, hic toti miniſterio S. praefuerit.* Idem ſentit GERHARD *Harm. Euang. cap. 168.* Quamuis enim ſupra, praefectos aedificiorum Templi aediles procurantes eſſe, dixerat, hic tamen bene ſubiicit: *Eorundem praepoſitorum Templi* (הפקדים בית יהוה, 2. Reg. XII. 12.) *officium enim fuit in Templo excubias agere, ac ſedulo prouidere, ne ab aliquo illud pollueretur, quemadmodum Samaritani aliquando, nocte Paſchatis, illud contaminauerant, ſparſis in eo hinc inde mortuorum oſſibus, referente Ioſepho, lib. 18. Antiq. c. 6. Huius officii ratione dicebantur* שמרי הסף, *cuſtodes liminis, 2. Reg. XII. 10. ac ſtabant in domo Domini, non ſolum interdiu, ſed etiam noctibus Pſ. XXXIV. 1. tum laudum diuinarum concinendarum, tum cuſtodiae Templi cauſſa.* His addo GROTIVM *ad Luc. XXII. 4. et Matth. XXVI. 45. Erant hi in Sacerdotum numero, ſed peculiariter nominantur, quod eorum officio incumberet prehendere eos, qui in ſacra peccarent.* Στρατηγοὺς uocat τὸν ϛρατηγὸν *cum adiutoribus ei additis. Nam* ἑκάϛῃ ἀρχῇ δύω ἄνδρες ὑπηρέται ἐδόθησαν, *ut Ioſephus nos docet, Orig. 4. Solebant Romani praeſides diebus feſtis, quia tum magnus erat populi conuentus, ad Templi cuſtodiam, ne quid ibi contra mores Iudaeorum tentaretur, cohortem mittere, quam* σπεῖραν *uocat Ioh. XVIII. 3.*

τάξιν

τάξιν IOSEPHVS, *cuius uerba supra quoque allata a nobis hic repetenda sunt ex libro* ἀρχαιολογίας 8. c. 4. Τῆς πάσχα προσαγορευομένης ἑορτῆς ἐνστάσης, καθ' ἣν ἔθος ἐστὶν ὑμῖν ἄζυμα προσφέρεσθαι, πολλοῦ καὶ πανταχόθεν πλήθους συναχθέντος ἐπὶ τὴν ἑορτὴν, δείσας ὁ Ῥούμανος μή νεώτερόν τι παρὰ τοῦτον προσπέσῃ, κελεύει τῶν στρατιωτῶν μίαν τάξιν ἀναλαβοῦσαν τὰ ὅπλα ἐπὶ τῶν τοῦ ἱεροῦ στοῶν ἱστάναι, καταστελοῦντας τὸν νεωτερισμὸν εἰ ἄρα τις γένοιτο. Τοῦτο δὲ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ τῆς Ιουδαίας ἐπιτροπεύσαντες ἐν ταῖς ἑορταῖς ἔπραττον. *Vnde apertum est, hoc praesidium festis diebus translatum ex Antonia, quae erat in potestate Romanorum, in porticus Templi.* Idem IOSEPH· ἁλώσεως *l. 5. c. 15.* agens de Antonia: καθὰ δὲ συνῆπτο ταῖς τοῦ ἱεροῦ στοαῖς εἰς ἀμφοτέρας εἶχε καταβάσεις, δι' ὧν κατιόντες οἱ φρουροὶ (καθῆστο γὰρ ἀεὶ ἐπ' αὐτῆς τάγμα Ῥωμαίων) καὶ διϊστάμενοι περὶ τὰς στοὰς μετὰ τῶν ὅπλων ἐν ταῖς ἑορταῖς τὸν δῆμον, ὡς μήτι νεωτερισθείη, παρεφύλαττον. Φρούριον γὰρ ἐπέκειτο τῇ πόλει μὲν τὸ ἱερὸν, τῷ ἱερῷ δὲ ἡ Αντωνία. Κατὰ δὲ ταύτην οἱ τῶν τριῶν φύλακες ἦσαν. *Extra festos dies Sacerdotes per suos uigiles Iudaeos Templum asseruabant, qui* ὑπηρέται *uocantur, Act. V· 22. 26. Marc. XIV· 65. Ioh. VII· 32. 45. et XVIII· 3. 12. et XIX· 6. Sacerdotes autem uni ex suorum numero imperium tum in uigiles quotidianos, tum in additos milites mandabant*: Is στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ *uocabatur, non dissimilis Magistratus ei, quem praefectum Vigilum Romani uocabant. Iosephus, eum summo Pontifici dignitate proximum fuisse, ostendit,* Αρχαιολογίας, *8. 5.* τοὺς δὲ περὶ Ανανίαν τὸν στρατηγὸν Ἄνανον et c. 8. συλλαμβάνουσι ζῶντα τὸν γραμματέα τοῦ στρατηγοῦντος Ελεαζάρου. Παῖς δὲ ἦν οὗτος Ανάνου τοῦ ἀρχιερέως. Eius magistratus mentio est apud eundem IOSEPHVM aliquot in locis, et apud LVCAM, *Act. IV· 1. et V· u. 24. 26.* Vnde simul discimus, eidem officio commissum fuisse, ut ex Synedrii iussu in legem delinquentes, uel in Templo, uel etiam extra Templum, prehenderet. Nam *prehensionis ius et correctionis* citra mortem Iudaeis Romani permiserant. At in hac historia Lucas plurali numero στρατηγοὺς nominat, qui et consiliis interfuerant, *Luc. XXII· 4.* et per quos facta est prehensio,

ſio, *XXII· 52.* nimirum praefecto uigilum, connumerans adiutores ipſius officio additos, qualis ille, quem *γραμματία* uocari a Ioſepho uidimus, i. e. שטר, quod generale nomen eſt omnium eorum, qui maiores poteſtates conſilio aut opera iuuant: Hos ſecutus eſt BYNAEVS *de M· C· L· I· C· 4. p. 345. ſq.* qui per *ϛρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ* intelligit *duces uariarum in Templo excubiarum*, quibus פקיד נגיד בבית יי׳, *inſpector princeps in domo Iehouae praepoſitus*, *Ier. XXIX· 26. 27.* פקיד enim ille BYNAEO et GROTIO eſt *ϛρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ* diſtinctiue et cum emphaſi dictus, cui ius erat prehenſionis in illos, qui in Templo, (addo, contra Templum,) delinquebant. Vid. *Matth. IV· u. 1. 3. XXVI· 24. et Cleric. ad Luc. XXII· 52. p. 773.* Nonnulli interpretes, utpote SYRVS, ARABS et PERSA interponunt וספרי, *et ſcribas*, quoniam hi pariter magiſtratui erant addicti. Iudas igitur adproperat ad uiros Synedrii, qui conſilia tam de interficiendo CHRISTO peſſima inierant, *ἵνα* et *πῶς*, *quod*, ſiue *ut*, et *quomodo* ipſum occiderent; ac deinceps ad *ϛρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ*, qui CHRISTVM captiuum abducerent, quod teſtabatur euentus. Nam idcirco educit *ὑπηρέτας* et milites Romanos, ut innocentiſſimum caperet, et hoſtium poteſtati ſubmitteret.

§. 41. Ad u. 16. παραδῷ. Quando legimus Act. II· 23. *CHRISTVM praeſcientia DEI traditum, cum accepiſſetis per manus iniquorum, crucifixum interemiſtis*, et Act. I· 16. *Oportuit impleri SCRIPTVRAM hanc, quam praedixit SPIRITVS S· per os Dauidis de Iuda, qui erat dux iis, qui comprehenderunt IESVM*, quod uaticinium extat Pſ. XLI· 10. Quaeſtio poterat moueri, an praeſcientia diuina et abſolutum decretum fuerit cauſſa, cur Iudas CHRISTVM Iudaeis prodiderit? Ad quam ſuccincte reſpondetur 1) uerbum *oportuit* implicat neceſſitatem *conſequentiae*, non *conſequentis*, neceſſitatem *hypotheticam*, non *abſolutam*, neceſſitatem *praecepti* reſpectu CHRISTI, neceſſitatem *medii* intuitu noſtrum, quia nullum erat aliud medium, per uoluntatem DEI ordinatam, redemptionis noſtrae, et quia DEVS PATER FILIO ſalutem humani generis iniunxerat, Pſ. XL· 9. 2.) Diſtinguendum eſt inter decretum *συγχωρήσεως*, id eſt, *permiſſionis* et *εὐδοκίας*, ſiue *beneplaciti*; Traditio, cui in ſe nulla

nulla adhaeret ἀταξία, eſt a DEO, proditio, cuius cauſſa erat partim auaritia, partim odium, partim ulciſcendi libido, uenit a Diabolo, Luc. XXII. 3. Ioh. XIII. 2. Illam DEVS κατ' εὐδοκίαν uoluit et diſpoſuit, hanc ſaltem permiſit. Eadem ratione facta Pilati, Herodis, reliquorum CHRISTI hoſtium ſcelera, id eſt, internecionem et perſecutionem ex odio et inuidia ſubortam DEVS permiſit, et maximo habuit odio, ſerio ac uehementer uindicauit, ſed opus redemtionis, quo CHRISTVS, humani generis λύτρον, mactandus et coeleſti PATRI fuit offerendus, κατ' εὐδοκίαν, DEVS uoluit, et hoc reſpectu CHRISTVS τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτος, *definito conſilio et praeſcientia DEI traditus eſt.* Quemadmodum agnus paſchalis abſque odio et inuidia oſculo exceptus tradebatur, mactabatur, offerebatur: Ita etiam Iudas CHRISTVM potuiſſet oſculo recipere, et tradere, his annexit uerbis: *Ecce agnum DEI, qui portat peccata mundi*; Sacerdotes debuiſſent agnum illum ἀναμάρτητον mactare et immolare absque odio uirulento, ſine animo infenſo, propter noſtra omnium peccata, in omnium λύτρωσιν, non propter propria, quae in CHRISTO nulla erant, ſcelera, quoniam praetexta blaſphematio, ἀποθέωσις, ars magica et reliqua, absque omni fundamento, ex inuidia ab hoſtibus ſaltim effingebantur. 3) Praedixit SPIRITVS S. ſcelera haec, quia praeuidit, praeuidit, quia futurum erat, inquit KROMAYERVS *in Syſtem. p. m. 244.* poteram adiicere, quia DEVS praeuidit, oportuit fieri, ſed ita, ut QVIA accipiatur non αἰτιολογικῶς, id eſt, *cauſſaliter*, (nam praeuiſio diuina non eſt cauſſa proditionis, irriſionis, hoſtilis crucifixionis) uerum λογιστικῶς *rationaliter*, ſiue *collectiue*, ita, ut ſit argumentatio ſaltem συλλογιστική ab infallibilitate DEI ſumpta, quoniam praeuiſio DEI non poterat fallere.

§. 42. Ad u. 15. *Matth. XXVI. 15.* οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια; *Illi uero appenderunt ipſi triginta argenteos.* Nam promiſerant ei ἀργύριον δοῦναι, *pecuniam dare.* Ἀργύριον denotat 1) *generaliter*, γενικῶς et ἁπλῶς, quosue promiſcue nummos, id eſt, omnem pecuniam, ex quo demum illa cunque metallo ſit elaborata, in primis uero argenteam, ut apud *Hebraeos* כסף, *Chaldaeos* et *Syros* כספא, quo ſignificatu frequenter utuntur

Yy

tur Graeci, ut in illo *Thimoclis*: τ' ἀργύριον ἐςὶν αἷμα ϗ ψυχὴ βροτοῖς, *pecunia est sanguis et anima mortalibus.* Tritum enim est, ut bene monet BYNAEVS *de M. C. l. 1. c. 4. p. 360.* in linguis quamplurimis, ut uocabula, quae metallum illud, post aurum, pretiosissimum designant, usurpentur pro nummis, pecuniaue. Sic praeter *Hebraeos*, *Chaldaeos* et *Syros*, qui suum כסף ita saepius exprimunt, *pecunia*, *nummi*, Galli amant loqui *l' argent*, qua de re uid. WASER. *de Antiq. Num. Hebr. l. 1. c. 12.* Eodem capitur sensu, quando MARCVS ait: ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι, *pacti sunt ei, pecuniam se daturos*, 2) Εἰδικῶς et *specialiter* sunt nummi peculiares, quorum pretium accedit ad ualorem sicli, et stateris, siue quatuor drachmarum. Vnde Graecis subinde τὸ ἀργύριον et ςατὴρ ἰσοδυναμοῦντα sunt. Apud Athenienses nummus ςατὴρ erat, parili pretio, Noctua dictus, de quo ARISTOPHANIS SCHOLIASTES commemorat in *Auibus*: Γλαῦκες ἀντὶ τοῦ νομίσματα. Ἡ γὰρ γλαὺξ ὄρνεόν ἐςιν Ἀθηνᾶς, Ὅπερ πάνυ τιμῶντες Ἀθηναῖοι, διὰ τὴν θεὸν, ἐν τοῖς τετραδράχμοις ἐν ἐνεχάραξαν νομίσμασιν. Ἄλλως; Ἡ γλαὺξ ἐπὶ χαράγματος ἦν τετραδράχμου, ὡς Φιλόχορος. Ἐκλήθη δὲ τὸ νόμισμα τὸ τετράδραχμον, τότε ἡ γλαὺξ, ἦν γὰρ γλαὺξ ἐπίσημον, ϗ πρόσωπον Ἀθηνᾶς, τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων, ἐπίσημόν τε βοῦν ἐχόντες. Noctuae *pro nummis.* Noctua *enim auis est Palladis, quam omnino colentes Athenienses, propter Deam, tetradrachmis insculpserunt nummis.* Aliter: *Insculpta* noctua. *Erat enim* noctua *insigne, seu nota et facies Palladis: Cum priores essent didrachmi, insigneque bouem haberent.* Si ἀργύριον cum Hebraeorum nummis conferimus, aequipollet, uti diximus, שקל, *Siclo*, teste IOSEPHO *in Antiq. Iud. l. 9. c. 2. et l. 3. c. 9.* aut כסף, *nummo argenteo* sensu specialiore accepto. Sic *Gen. XX. 16. dedit* אלף כסף, *mille* argentum; *Targum* expresse habet: אלף סלעין דכסף, *mille* siclos argenti *2. Sam. XVIII. 12.* dare tibi עשרה כסף *decem* argentum, hoc est, *decem Siclos*, quomodo *Targum* legit: סלעין דכסף, *siclos* argenti, et LXX. δέκα ἀργυρίους. Similem in modum *Onkelos* et *Ionathan* τὸ כסף alibi reddunt per τὸ שקל, ut *Gen. XLV. 22.* Fuse de hoc argumento disseruit CASAVBONVS contra *Baronium*, *Exerc. 16. c. 8. et 9.* et scite dixit כסף et שקל *saepius in Scriptura et apud Paraphrastas, atque* quam-

quamplurimos alios, *esse ἰσοδύναμα*, cui assentiunt WASER· *de Antiq. Num. Hebr. l. 11. c. 4.* GERHARD· *Harm. Euang. c. 168.* VOSSIVS *Harm. Euang. l. 1. c. 11. §. 10.* ANT· BYNAEVS *de M· C· l. 1. c. 4. p. 362. sqq.* & HAMMOND· *l. c. p. 199.* Siclus uero continet 12. grossos, einen halben Reichs-Thaler, quatuor זוזים, *drachmas Atticas*, uel דינרין, *denarios Romanos*, *staterem unum.* Στατὴρ enim pretio 4. drachmas Atticas ualet, ut eruditissima *Cleopatra* testis est: ὁ στατὴρ ℸ δʹ καλῦσι δὲ αὐτὸν τετράδραχμον, καὶ τὸ διπόντιον δὲ ὁμοίως ἄγει ℸ δʹ. *Stater agit drachmas quatuor. Vocant autem eum tetradrachmum, et dipondium similiter agit drachmas quatuor.* Vnde apud HESYCHIVM; γλαὺξ νόμισμα Ἀθήνησι τετράδραχμον. Et mox; γλαὺξ δὲ τὸ ἐπιχάραγμα τῦ στατῆρος. Noctua *nummus Athenis tetradrachmus.* Noctua *uero insculpta nota stateris.* Stateris etiam mentio facta est, ut PFEIFFER· *Antiq. Graec.* perbelle monuit, *l. 2. c. 39. p. 315. Matth. 17. 27. ubi alii intelligunt staterem, nummum argenteum tetradrachmum, qui duo didrachma continet, quem pro duobus, pro se et Petro, Saluator dare iubet iis, qui τὰ δίδραχμα colligebant: Alii staterem aureum didrachmum interpretantur, quod Dominus plus dare, quam petebatur, noluerit.* Sed priori sententiae omnino palmam relinquimus. Saluator enim in omnibus bonae consuetudini cessit. BVDAEVS, MARLORATVS, WASERVS, GERGARDVS triginta argenteos pro Siclis sacris habent. Auctor etiam libri Aruch, postquam docuerat: *Siclus legis est* סלע *et sic Chaldaice redditur, continetque quatuor* דינרין, *denarios*, וזוז דינר, *et denarius et drachma idem sunt*; innectit, *Siclum fuisse Rabbinorum duos denarios, uel dimidium* סלע, *Sicli sacri, continentem.* At frustra haec proferuntur, dum ratione pretii, ponderisque non nisi unus Siclus fuit, quippe *profanus* aut, ut alias uocant, regius, et *Sacer* non pretio, sed nomine saltim et usu differebant. Vnde bene D· CALOVIVS, quando GROTIVM monet ad *Matth. 26. p. 434.* distinctionem inter Siclum uulgarem & sacrum nullam esse, docet. Porro poterant quidem spectari ut sicli dimidiati, seu diuisi, at enim per ideam et per conceptum saltim, ut in scholis loquimur, κατὰ τὸν ἀριθμόν. Huius rei testimonium affert Iosephus, qui superaddit; Δέχεται Ἀττικὰς δραχμὰς τέσσαρας, *Attticas capiebat drachmas quatuor*, uel unum στατῆρα, unde ORIGENES, EVSEBIVS et CODEX

CANTABRIGIENSIS, qui THEODORI BEZAE fuit, pro *ἀργύρια* scribunt *στατῆρας*. Id BYNAEO merum est glossema, de *M· C· p. 360.* Vnum uero tantum pondere Siclum olim extitisse, euincere VILLALPANDVS, *Appar. Vrbis ac Templi, P. 2. de Ponder. et Num. l. 2. Disp. 4. c. 28.* strenue allaborat.

§. 43. Vox *ἔστησαν* denuo antiquitatem redolet, utut alii aliter sentiant. *Vulgatus* habet: *Pacti sunt, constituerunt*, item GROTIVS: *Constituerunt*, ut idem sit, quod *συνέθεντο*; DESID· ERASMVS, *Versio Interlinear. Belgae* LVDOV· *de* DIEV *Syrus* אקימו, *Arabs* אקאמוא, *Euangelium Hebraeum* נקבו, *definiuerunt, expresse nominarunt*, qualem nempe summam ipsi soluere uellent. THEOPHYLACTVS; *συνεφώνησαν, ἀφώρισαν δῶναι, conuenerunt, definierunt, se daturos. D. Lutherus*: Sie boten ihn. Sedenim propius uim *τοῦ ἔστησαν* attingunt, qui cum BYNAEO *de M· C· p. 364. sqq.* et CAMERAR· *ad Matth. 26. 15. p. 10.* explicant per Hebraeum שקל, *librauit, ponderauit, appendit*, APPENDERVNT, quae significatio non raro huius uerbi est, unde *Zach. XI· 12.* uerbum וישקלו *LXX. Senes* uertunt; *καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργύρια*; Und sie wugen dar, wie viel ich galt, dreyssig Silberlinge. Exinde nummus dictus *στατὴρ παρὰ τὸ ἱστάναι, ponderare, appendere*, et שקל, *siclus*, a שקל, *ponderare, appendere*, quae significatio ipsa *Homerica* est, XENOPHONTI non infrequens, *Paed. 8. τὰ δὲ ἀριθμοῦντες καὶ μετροῦντες καὶ ἱστάντες πράγματα ἔχουσι*, et respondet moribus gentium, dum *Hebraei, Chaldaei, Syri*, immo Romani ex pondere summam aestimabant, qui mos hodie in Aethiopia, Guinea Africae, Iapponia, China, aliisque terrarum tractibus in usu est, ut fortiter euincit WASERVS *de Antiq. Num. Hebr. l. 2. c. 3.* Nonnulli, ipsos Iudae statim tradidisse nummos, conuentione facta, coniiciunt. Alii cum GERHARDO et PISCATORE pecuniam ei appendisse, sed apud certum hominem deposuisse, arbitrantur. Ego, cum hoc sit incognitum, omnem circa hanc controuersiam altercationem superuacaneam censeo. Nobis sufficit, nosse ritum, secundum quem Veteres *ἔστησαν*, ישקלו, appenderunt, id est, ex pondere aestimarunt pecuniam, uti nos ex numero nummorum, quo sensu nobiscum exponunt BEZA, ER· SCHMID· DAV· PARAEVS, DAN· HEINS· COCCEIVS,

GER-

GERHARDVS, et plures alii. Vid. *Gen. XXIII· 16. 1. Reg. XX· 39. Esr. VIII· 25. 26. 29. 33. Es. LV. 2. Ier. XXXII· 9. 10. et Schindler. Lex Pentagl. p. 1933.*

§. 44. Summa, qua Christus uenditur, erat τριάκοντα ἀργύρια, Syr. תלתין דכספא, *triginta argenti*, scil. *siclos*, 30. Silberlinge; *Euseb. Demonstr. Euang. lib. 10. c. 4.* οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα στατῆρας. Nam Orientalium כספא et שקל, quem *Chaldaei* סלע uocant, ac *Graecorum* ἀργύριον et στατῆρα ratione pretii atque ponderis ἰσοδυναμοῦντα esse, supra audiuimus. Hi uero triginta argentei constituebant XV· thaleros communes. Pro tam leuidensi summa proditor CHRISTVM tradit, quae insimul erat pretium, quod maxime notabile, seruorum, seu sclauorum. Valuit igitur GHRISTVS τριάκοντα ἀργύρια, quoniam habebatur seruus, *Phil. II· 7.* Serui enim & Sclaui 30. Siclorum pretio redimebantur, *Exod. XXI· 32.* ad quem locum *Maimon. More Neuoch. P. 3. c. 40.* obseruat: *Seruo illati damni pretium hoc in casu constitutum est, dimidia pars pretii hominis liberi, triginta scilicet siclorum argenti. Vt plurimum enim reperies, hominem liberum aestimari sexaginta siclis; Seruum uero triginta,* et rursus: *Pretium serui grandioris, aut minoris, maris, aut foeminae esse* ל׳ סלעין, triginta Selain, argenti puri, id est, *triginta siclos.* Vnde D· CALOV· ad *Mt. 26. p. 434.* scite scribit: *Discrimen inter mascul. et foeminin. sexum nullum in lege agnoscitur, siquidem ex aequo, serui et ancillae, 30. siclorum* pretio, Exod. XXI· 32. aestimantur. *Errat igitur Grotius, quando ait:* Notant Hebraei, hominem marem plerumque aestimatum 50. siclis, ancillam 30. Idcirco, cum PTOLOMAEVS PHILADELPHVS, rex Aegyptorum, intercessione Aristaei, captiuos Iudaeos manumittere uellet, ἐκέλευσεν, ὅταν τοῖς στρατιώταις ἀποδίδωσι τὸ μισθοφορικὸν, καὶ ὑπὲρ ἑκάστου τῶν παρ᾽ αὐτοῖς αἰχμαλώτων καταβαλεῖν δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι, *iussit, ut quando militibus darent stipendium, etiam pro singulis, qui apud ipsos, captiuis penderent drachmas centum uiginti.* Vid. IOSEPH· *Antiq. Iud. l. 12. c. 2. et* BYNAEVS *de M· C· l. 1. c. 4. p. 371.* Drachmas enim quatuor continet Siclus, ut ex eodem Iosepho obseruatum est paullo superius. Hoc cum ad planum sit perductum, pretium serui olim fuisse Siclos triginta, utique et mi-

et mirabile est, quod Iesus, qui *μορφὴν δούλου*, *formam serui*, accepit, argenteis triginta aestimatus a Pontificibus fuit, et factum non sine arcano quodam Dei consilio uidetur, quo etiam pertinet supplicium crucis, quod apud Romanos seruile erat, itidem pedum lotio apud Hebraeos serui officium.

§. 45. Ex his triginta monetis una Romae in Templo sanctae crucis Hieros. et una Lutetiis Parisiorum reliquias inter, quas uocant, asseruatur, quae tamen suppositiae sunt. Harum mentio iniicitur apud BARON· *Annal. Tom. I. A· C· 24.* OCTAV· PANCIROL· *Tesori Nascosti dell. alma citta di Roma p. 151.* teste BYNAEO *Antiq. Passion. p. 204.* FREYHER· *de Numism.* WASER· *de Num. Hebr. l. 2. c. 4.* ANTON· AVGVST· *Episcopum Tarrac. Cens. Dial. de Numism. 2.* qui figuram exhibet, quam repetit BYNAEVS, *l. c. p. 205.* SELDEN· *de I· N· et G· l. 2. c. 8.* FREYHER· *et* WASER· *l. c.* Ex uno latere conspicitur caput hominis radios de se spargens uberrime, flos ex altero, cum hac *ἐπιγραφῇ*; ΡΟΔΙΟΝ, addito E· Supposititias esse, plurimae rationes suadent. 1.) *τριάκοντα ἀργύρια* procul dubio fuerunt sicli, quorum imago et *ἐπιγραφὴ*, ut alias audiuimus, longe erat alia. Vid. AR· MONTAN· *de Siclo*, BEZA *ad Matth. 17. 24. p. 60.* SCHINDLER· ad uoc. שקל, LVNDIVS, MENOCHIVS, GOODWINVS, etc. 2.) Monetae illae nec Hierosolymis, nec alibi in Iudaea, aut Syria, sed apud Rhodenses cusae sunt, quod ipse ANTON· AVGVSTIN· Papicola, non diffitetur. Vox ΡΟΔΙΟΝ, quae sub finem, ex more Veteribus non infrequenti, pro Ω habet O, clare demonstrat, fuisse nummum *Ροδίων*, *ciuium Rhodi*, id est, Rhodensium. Flos ille, rosa, quam Graeci *ῥόδον* uocant. (δ enim et ד olim ualebant ordinarie ds,) erat insigne Rhodensium, unde titulus et nomen *Rhodensis*, *Rhodus*. Caput humanum corruscans est caput Phoebi, siue solis, qui sub imagine capitis humani ab Rhodensibus colitur, quod idolum insigne inter praestigia mundi refertur, quapropter Poetae de illo egregie fabulantur. *Pontificiis*, quando, Ciceronem et alios scribere, *Iudaeos ex omnibus terrae partibus pecuniam Gentilium secum* Hierosolymas detulisse, obiiciunt, respondemus: Haec in se licet uera sint, utut etiam *Seldenus*, qui huiusmodi possedit monetas, duas tantum ualere drach-

drachmas, fateatur, attamen utrum triginta ἀργύρια Iudae collata praecise separati fuerint sicli triginta numero, an potius summam triginta argenteorum, hoc est, siclorum, constituerint, incertum est. Nam quamuis peregrino aere summam soluere potuerunt, a posse tamen ad esse, ut Philosophi aiunt, non ualet consequentia. Quemadmodum autem haec res maxime impedita et ambigua, ita monetas illas, quas uenerantur Papistae, superstites e numero triginta argenteorum Iudae, etiam nunc extare, nemo facile credet. Argumentum, quod dissentiens ab Sacerdotum et hostium CHRISTI uerbis, *non licet eos coniicere in Corbanam*, desumit, admodum leuidense, immo nullum est. Pecuniam gentilem ideo fuisse, quis cogitaret? Vera enim ratio mox subiicitur. *Quia pretium sanguinis est.*

§. 46. Ad u. 16. ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ, ut *Matthaeus* et *Lucas* habent, siue, ut *Marcus* exprimit; ἐζήτει, πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ. Illud ἀπὸ τότε est Hebraismus, quod etiam LVDOV. CAPELLVS *in Spicil. ad Matth.* 26. 16. annotauit. *Saepius*, inquit, *occurrunt in N. T. hae phrases* ἀπὸ τότε et ἀπάρτι, *quae sunt Hebr. nam* ἀπὸ τότε *est* מאז, *quod uide Ps. XCIII. 2.* נכון כסאך מאז, ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε, et *Prou. VIII. 23.* קדם מפעליו מאז, *ante opera sua*, ἀπὸ τότε -- ἀπ' ἄρτι uero est Hebraicum מעתה, quod passim est obuium, ut מעתה, ועד עולם *a nunc et in aeternum.* Ita se res omnino habet. Εὐκαιρίαν *Grotius* explicat per Hebraeum זמן, *opportunitatem, tempestiuum tempus.* Sic interpretantur VVLGATVS, VERSIO INTERLINEARIS, BEZA, PISCATOR, ER. SCHMIDIVS, BYNAEVS, *Belgae* gelegenheyt, et in margine bequamen tijt. Εὐκαιρία significat utique tempestiuum tempus, opportunissimum tempus, auspicatissimum tempus. Καιρὸς enim idem est, quod עת ab עתת, atque sic Graecis designat tempus commodissimum et cuique rei a natura destinatum, *Rom. XIII. 11. Eph. V. 16.* quod Orientales dicunt עת, *Eccles. III. 1.* ab עתת, *opportune*, seu *tempestiue*, *locutus est*, aut *egit aliquid*, *Es. L. 4.* uid. *Prou. XV. 23.* Optime IOH. PRICAEVS *ad Luc. XXII. 6.* ἐζήτει εὐκαιρίαν *ita dici solet de iis, qui mala machinantur. Achilles Tatius l. 2.* ἐζήτει καιρὸν πρὸς τὸ ἔργον. *2. Maccab. IV. 32. de Menelao*; νομίσας εἰληφέναι

φῆναι καιρὸν εὐφυῆ. *Apulleius de Trasyllo, mortem itidem suo amico struente, cruento facinori quaerebat accessum.* Huius loci sunt et HESYCHII illa, καιροφυλακῆσαι, καιρὸν ἐπιτηρῆσαι. *Vere, (et ad haec Lucae apposite)* PLVTARCHVS οὐχ ἅμα φαίνεται, καὶ γίγνεται τῶν πονηρῶν ἕκαστος. Ἔχει μὲν ἐξ ἀρχῆς κακίαν χρῆται δὲ καιρῷ καὶ δυνάμεως ἐπιλαβόμενος. *Libro de sera Numinis uindicta.* εὐκαιρία igitur consilii opportunitatem, et temporis ac loci occasionem auspicatissimam, commodissimamque subinuoluit, quod, praeter naturalem uocis significationem, particula εὐ, quae sensum auget, praemonstrare uidetur.

§. 47. Ad u. 18. sqq. Visum nobis et constitutum est sanctissimum illud et θειότατον καὶ ἀρχισύμβολον, quod *Pseudo-Dionysius Areopagita* uocat, epulum perlustrare. Passionis enim, quam semel ingressi sumus, uia, ut ritus, quibus in S. Coenae institutione SERVATOR est usus, summatim percenseamus, omnino postulat. Quanquam autem *Iliada* post HOMERVM scribere, et, ubi tot eruditae Theologorum commentationes circumferantur, actum agere uidear; pulchrum tamen et honestum, immo utile erit, quod partim ἀνασκευαστικῶς, partim κατασκευαστικῶς, ex Philologorum scriptis adsero, et antiquis ex monumentis fide dignissimis repeto. Coenarum numerus maxime in controuersiam uenit. Aliqui *triplicem* faciunt *coenam*, uidelicet *1) Legalem agni, 2) Azymorum, 3) Eucharisticam*, ubi adprime tenendum, Azyma, siue coenulam illam, quam ἀπολυτικὴν uocant, mensas secundas, siue, utut minus accurate, ἐπικώμους ab quibusdam dici, quas CHRISTVS suam quasi in coenam immutarit, iisdem pene ritibus et forma, ut GENEBRARD. ait *Chronol. p. 216.* Hanc sententiam fouet SCALIGER, cum *lib. 6. de Emend. Temp.* scribit: *Duplici coena fungebantur in ritu Agni Paschalis. Quin etiam omnia solemnia maxima, ut Pascha, Pentecoste, Scenopegia, florentibus opibus Iudaeorum, ac Templo stante, semper duarum coenarum missione transigebantur. In priore hostiis immolatis uescebantur: Hoc erat sacrificium illius diei. In altera quaedam canebantur* ἐξιλαστικὰ καὶ εὐχαριστικά, *et uocabatur* סעודה מפסקת, *hoc est*, δεῖπνον ἀπολυτικόν, *coena dimissoria, quae erant secundae ueluti mensae apud Gentiles* GRAECIS τράπεζαι δευτέραι, ἐπιτόρπιαι, ἐπιτραγήματα, ἐπιφορήματα, ἐπιτρα-

ἐπιτραπεζώματα, *πέμματα*, dictae. Coenam uulgarem Agno Paſchali uel ideo addunt, quod agnus anniculus non ſuffecerit explendae fami ſingulorum. Subſcribunt huic de coena communi, uel duplici, ſententiae, AVGVSTIN· BONFRER· MALDON· CORNEL· a LAPIDE, AR· MONTAN· HAKSPAN· CALIXT· VAREN· BROCHMAN· MOLLER· SAGITTAR, QVENSTADIVS, qui tres facit coenas 1.) *legalem agni* 2.) *uulgarem*, ſeu *communem* 3.) *Euchariſticam.* Alii cum D· CHLADENIO *in Diſſ. de Coena Domini* res, ab Seruatore tum geſtas, ſequenti ordine percenſent. 1.) CHRISTVS, aiunt, *cum XII· Apoſtolis diſcumbit, Mat. XXVI· 20. Marc. XIV· 18. Luc. XXII· 14. Ioh. XIII·* Sequuntur 2.) *benedictio et diſtributio poculi ſecundum morem Iudaeorum.* 3.) *Agni Paſchalis comeſtio, communi more peracta.* 4.) *Coena communis*, ſiue *δεῖπνον, 1. Cor. XI· 25.* ita GERHARD· *ad Mat. XXVI·* 5.) *Lotio pedum a Chriſto ſuſcepta.* 6.) poſt lotionem iterum *menſae accumbunt*, atque CHRISTVS de *proditione* diſſerit. 7.) Tandem Saluator *Coenam Dominicam* inſtituit. Sed enim aliquot, non diffiteor, ſcrupuli, ſalua tamen tantorum uirorum exiſtimatione, ſubnaſcuntur animo, quibus expenſis ſolicite, an ad horum uirorum, de re literaria et Eccleſia partim immortaliter meritorum, quorum nomina maximo mihi ſunt in honore, ſententiam, ceteroquin ueritatis ſpecie non deſtitutam, accedere debeam, anceps haereo. 1.) Iudaei Azymis, quod non ignoramus, ueſcebantur, aſt non ſeorſim, uerum illi, una cum Agno Paſchali menſae adponebantur, atque ſic panes Azymi non diſtinctam, aut ſeparatam, ſed unam eandemque cum Agno Paſchali coenam iunctim conſtituebant. 2.) De Coena, quam uocant, communi, antiquitas omnis reticet. τὸ μετὰ δειπνῆσαι, *1. Cor. XI· 25.* non uertendum eſt *poſt coenam communem*, qualis nunquam fuit, ſed REMOTE poſt coenam Paſchalem, uel, quod uerosimilius eſt, PROXIME et IMMEDIATE poſt eſum panis *conſecrati*, cui expoſitioni reſpondet recenſio hiſtorica, *Luc. c. XXII· 20.* Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, *ſimiliter et poculum, poſtquam comederant*, ſcil. panem conſecratum, quam uerſionem ſequuntur ARABS et PERSA. Sic Graecis δεῖπνον quidem ἰδίως coenam, ſed παχυλῶς et καταχρηστικῶς ſaepe cibum, et quoduis epulum, connotat,

notat, qua notione HESIODVS dixit *δεῖπνον ποιεῖν*, *comedere*, *cibum sumere*, ut eruditi passim transferunt, melius fortasse, *cibum* aut *conuiuium parare*, *adornare*, carnem coquendo, cibum adponendo mensae etc. in cuius rei percensione multus est STVCKIVS in posterum laudandus. 3.) Si adsertiones dissentientium firmo niterentur talo, sequeretur, CHRISTVM *prius panem Eucharistiae distribuisse*, *deinde cibum in coena communi sumpsisse*, *postremum sacrum calicem Apostolis communicasse*, *sacrum autem calicem immediate ac proxime*, *non interueniente alia coena*, *post panis sumptionem distributum esse*, *Matthaeus et Marcus diserte docent*, *et ab omnibus hactenus fuit creditum*; Aut sequeretur, Euangelistas in huius mysterii recensione ordinem inuertere, quam figuram *πρόληψιν* Rhetores adpellant, qualis uero, praeter rem, non est statuenda. Equidem illi, qui stant a SCALIGERI partibus, uel communem coenam defendendam in se suscipiunt, uerba *ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν* interpretantur: *cum ederent panes azymos*, uel *postquam comederant panes Azymos*, aut *cibos in communi coena adpositos*. At enimuero, si phrasin *ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν* ad ueterum loquendi formulas, quales nec hodie in desuetudinem ueniunt, diligenter conferas, omnis difficultas exspirat, et facile tollitur. Coenam antiquitus comitabantur *ἐπιτραπέζια διηγήματα*, *ἐπιτραπέζιοι*, *λόγοι*, *amicae confabulationes*, praesertim post sumptum cibum, ut haberent accumbentes, quo et animum reficerent, qua de re deinceps dicemus. Mos nondum inter gentes exoleuit. Sic hodie quoque dicimus, hoc illudue fieri bey dem Essen, quamuis ceteroquin cibus absumptus, et stomachus ad satietatem usque cibis sit repletus; Item sie essen noch, licet, cibis consumptis, non nisi leporibus et eruditis atque domesticis discursibus animo pabulum praebeamus. Ita CHRISTVS post agni esum, cum sermonem suum de proditione finit, se statim accingit ad benedictionem panis, nulla interueniente baptismatis cerimonia, unde aiunt Euangelistae planissime *ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν*, *cum adhuc accumberent ad mensam*, *cum mensa nondum esset ablata*, quare statuimus, coenam agni Paschalis in latitudine sua acceptam, cuius pars extra essentialis et accidentalis erat *confabulatio*, immediate coenam Dominicam esse insecutam. Poterat tamen phrasis illa sic trans-

transferri, *cum pascerentur azymis.* Nam utrum Iudaeorum traditio: *Nihil quicquam, post agnum, cibi capere licitum erat*, aetate CHRISTI nota fuerit, maxime dubium est. Certe Seruator cum Apostolis, Hebraeorum sequi παραδόσεις, nullo iure tenebatur. Paucis: 1.) CHRISTVS Pascha comedit, una cum panibus Azymis, iunctim, more Hebraeorum, 2.) Proxime benedicit pani Eucharistico, frangit, distribuit discipulis. Hi edunt, et CHRISTVS μετὰ τὸ δειπνῆσαι benedictionem calicis suscipit et peragit. 4.) Quae ex Hebraeorum scriptis passim adferuntur, aetatem CHRISTI nec superant, nec attingunt, atque sic, cum recentioris aetatis sint, parum aut nihil probationis habent. Immo de duplici coena Iudaeorum scripta tacent, quod, ut HOTTINGERVS monuit, BVXTORFFIVS inuicte aduersus SCALIGERVM probauit. Azyma simul cum agno Paschali Iudaeos adposuisse mensae, unde ἑορτὴ τῶν ἀζύμων festum Paschatis uocatur *Luc. XXII. 1.* certissimum est. Nec in dubium uoco, quod tradunt פרקי אבות, *statuta maiorum*, de festo azymorum ab illis celebrato, quibus Hierosolymas degere sub Paschatis tempus non licebat, quemadmodum Iudaei hodierni festum Azymorum celebrant, non tamen agnum Paschalem, cuius זכר μνημόσυνον non nisi habent, MAIM. *Tr.* חמץ ומצה, *c. VIII. 1.* HOTTING. *ad* GOODW. *l. 3. c. 4. p. 537.* Sed de coena communi et mensis secundis, quales dissentientes statuunt, in Antiquitate Hebraea nihil extat. 5.) Agnum anniculum non suffecisse explendae fami singulorum, a ueritate quam alienissimum est. Nam, ut taceam expressum mandatum, חבורות, φρατρίαι Paschales, tot constituebantur personis, quibus agnum suffecturum intelligebant. Praeter agnum azymis et embammatibus uescebantur, immo, post esum agni, aliquid sumere cibi, Hebraeis erat interdictum, *Iudaeorum agnus*, ut BVXTORFFIVS ait, *in fine coenae, hospitibus aliquo modo saturis, comedebatur, ita ut nihil quicquam post agnum cibi capere licitum fuerit, idque ut sapor agni in ipsorum ore remaneret.* 6.) Posito, sed non concesso, talem coenam antiquitus obtinuisse, post agni esum, legibus uel diuinis, uel humanis illa fuisset cauta, uel necessario bonis, liceat ita loqui, consuetudinibus accenseretur. Sed in SCRIPTVRIS nihil de tali coena iubetur;

betur; παράδοσις h. e. *maiorum traditiones*, quas SERVATOR subinde reiicit, ab se amolitur, et τελειωτὴς τῦ νόμυ Θεῖυ non implere debuit, pariter silent, illam autem bonas inter consuetudines referre, sensim paulatimque in Ecclesia Iudaeorum inualescentes, nullam ueri similitudinem habet.

§. 48. Reliqua roboris argumenta infringunt BVXTORFF· et GOODWIN· quorum ille, *duas tantum fuisse coenas, unam nempe agni Paschalis, alteram Dominicam*, recte adstruit, sed quando *lotionem pedum* inter coenam Paschalem et Dominicam cum plerisque collocat, a ueritatis tramite tantisper recedit, quippe quae in coena Bethaniensi ab SERVATORE instituebatur, iudice inprimis LIGHTFOOTO *ad Matth. XXVI· p. 381.* ad quem accedunt BYNAEVS, LVNDIVS, HOTTINGERVS ex HOTTINGERO nepos. Namque apud *Marcum* et *Matthaeum*, cum historiam coenae Paschalis ac Dominicae commemorant, de pedum lotione altum est silentium. *2.)* Hanc lotionis historiam esse παράλληλον illius, qnam *Matthaeus c. XXVI· 6.* et *Marcus c. XIV· 3.* literis consignarunt, ex *Ioh. cap. XIII· 2.* adparet. 3.) *Lotio pedum* in coena Paschali fuit INSOLENS, aut certe EXTRAORDINARIA. Equidem *lotionem pedum ordinarios* inter Iudaeorum *ritus* referunt SCALIGER· *l. c.* CAPPELL· *in Animadu. ad* BVXT· *de Coena Exerc.* QVISTORPIVS *in Annot, Bibl. ad Ioh. p. 157.* CASAVB· *Ex. 16. num. 22.* qui, *ueteres in festo Paschatis, aliisque conuiuiis, ante discubitum pedes lauisse*, VEL PVERIS NOTVM EST, scribere non ueretur. Adde GOODWIN· *p. 484.* qui ita sentit : *Lotio pedum ante et post conuiuium.* SALVATOR enim noster suorum discipulorum pedes lauit a coena, *quam Hebraei dicunt solummodo in ipso festo Paschatis usurpatum fuisse.* Cum his quoque faciunt BEZA, BARONIVS, alii. Sed enim, si omnes contra sentiant, nos tamen tuto sequeremur BVXTORFFIVM ac LVNDIVM, qui lotionem, qua CHRISTVS admirandum ὑποδείγμα ταπεινότητ☉ discipulis reliquit, *extraordinariam* uerissime dicunt. Vid. D· ITTIGII *Dissert. de Pedilauio Christi p. 16.* Dissentientes tuendae opinionis auxilium quaerunt in LEGENDA PASCHALI, quam *Haggadam* uocant מה נשתה הלילה הזה מכל הלילות שבכל הלילות אין אנו מטבלים אפילו פעם אחת: *Quam diuersa*

uersa nox haec a ceteris noctibus, quod in aliis noctibus semel tantum lauamus. Verum submonet BVXTORFFIVS, illudque satis bene, מטבלים *non passiue*, sed *actiue* punctandum esse מַטְבְּלִים, uel, ut in quibusdam libris, מַטְבִּילִים, *intingentes*, id est, intingimus. Quippe agunt uerba illa de intinctione herbarum, olerum, panis azymi in embamma Charoseth et acetum.

§. 49. Praesertim HAMMONDVS censuram nostram hic incurrit, qui errorem errori iungit, cum scribit ad *Ioh. XIII. 10. p. 453. Hebraei habebant suas λȣσεις et suos βαπτισμȣς, uel νίψεις. Priores significant abluitionem totius corporis, quam uocant* טבילה, *posteriores abluitionem manuum, uel pedum, siue unius duntaxat membri, siue immersione fieret, siue adfusione aquae, quam nuncupant* קדוש, *sanctificationem etc.* Atque *ad mores illos hic respicere Seruator uidetur, ac uoce quidem λελȣμένος eum designat, qui toto corpore ablutus fuit, hoc est, qui initiatus Christianismo et suus discipulus factus est, adeoque pristinis uitiis ex animo nuncium remisit. Is dicitur in sequentibus uerbis* esse *καθαρὸς ὅλος, adeoque integra totius corporis abluitione non egere. Haec enim initiationis cerimonia nunquam repetebatur, ut docent Iudaei Magistri.* Lotionem manuum, (nam quae de Baptismate Iudaeorum inspergit, sub incudem reuocare, hic instituti nostri ratio non patitur,) Hebraeis in consuetudinem, quae Pharisaeorum legibus innitebatur, iuisse, ambabus manibus largimur. Balneorum, unctionum, lotionum, quae Graecis λόετρα et per contractionem λουτρὰ dicuntur, in primis manuum, pedumque abluitiones sacras atque prophanas ante epulas, remque diuinam usitatas, nulli in dubium uocamus. Conf. FR. FORTVN. SCACCHI *Eleo - Chrismatum Myrothecia tria;* item eiusdem *Myrothecium Sacro - profanum.* Scimus quoque, ueteres, pedibus discalceatis, preces suas fudisse, qua de re praeceptum extat PYTHAGORAE apud IAMBLICHIVM *c. 23.* ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει, *discalceatus sacrifica et adora*, quem ritum Gentiles fortean a Mose sunt mutuati, *Ex. III. 5.* Vid. STVCK. *l. 2. c. 25. p. 229. seqq. et c. 32. p. 261.* Sacerdotes sacrificiis, rebusque diuinis peragendis, praemisisse antiquitus lotiones, in uulgus notum est. Peregre aduolantibus,

tibus, prae ceteris, pedes abluere, et aquam ad pedes conſpurcatos et feſſos, mundandos, atque reficiendos, porrigere Priſci conſueuerunt. *Gen. XVIII. 4. cap. XIX. 2. c. XXIV. 32. Iud. XIX. 21.* HOTTING. *l. c. p. 481. ſq.* LVND. in Jüd. Heil. *l. 5. c. 14. p. 1002. Diſſert. mea III. de Vnct. in Bethan.* Atuero pedum lotionem ad קדוש, *ſanctificationem*, pertinuiſſe, et ante ac poſt conuiuium ueniſſe in conſuetudinem, aut Hebraeorum mentem eſſe, *illam ſolummodo*, ut GOODWINVS ſcribit, *in ipſo feſto Paſchatis uſurpatam fuiſſe*, neque in SCRIPTVRIS, neque aliis in Iudaeorum monumentis legitur. Dicit GOODWINVS, non probat. De lotionibus Veter. uid. interim GEIER. *de Luctu Hebr. c. 21. §. 3. ſqq.* Poſito, ſed iterum non conceſſo, Phariſaeos lauandi pedes ritum in feſto Paſchatis adhibuiſſe, abſit tamen, CHRISTVM traditionibus, quas uehementiſſime ſemper odio habuit, ceſſiſſe, temere dicamus. Quapropter perſiſto in ſententia, qua adſerebam antea, *lotionem* a CHRISTO Bethaniae ſuſceptam et peractam omnino eſſe *inſolentem, extraordinariam, inauditam*, ita, ut diſcipulos magis attentos SERVATOR habuerit. Atque ſic quoque non niſi *duas* cum Euangeliſtis facimus *coenas, unam Paſchalem, alteram Dominicam*, ita, ut haec illam proxime, nulla interueniente alia coena, nullo interiecto lauacri ritu, exceperit. CHRISTVM Apoſtoli pedes, ex more illius ſeculi, deoſculatum eſſe, ſicuti ueteribus inter epulandum uſu obtinuit, tacente SCRIPTVRA, in medio relinquimus. Teſtem tamen eius rei, quod mireris? NAVARIN. *Ioh. Expenſ. p. 164.* Veronicam adlegat, quam diuinitus id cognouiſſe ex uita eius refert, *lib. 4. cap. 15.* D. ITTIG. *l. c. p. 17. Chriſti oſcula diſcipulorum pedibus impreſſa, nonnulli narrant, ut adhuc illorum notae in Apoſtolicorum pedum reliquiis uideantur. Sic Raynaudus de pede Barthol. loquens: Aduerſatur etiam ſacrum hoc pignus Aquis Sextiis apud Salyos in Parthenone, uiſiturque in eo impreſſa nota labiorum Chriſti, tum poſt ablutionem et deterſionem fixit, ablutis pedibus, baſium.*

§. 50. BARONIVS, CHRISTVM in ueſte coenatoria diſcipulorum lauiſſe pedes, ſomniat. At SERVATOR poſuit τὰ ἱμάτια, non quidem omnes ueſtes, ſed unicum pallium. Numerum enim pluralem ἱμάτια, deſignare pallium, ex IOHANNE

HANNE CASAVBONO certiſſimum uidetur. ἱμάτιον autem exteriorem eſſe habitum, ut pallium, ſiue Schlaff-Rock, quales ueſtes Orientales frequentiſſime ad corpus adplicabant, nemo ignorat. Cur uero CHRISTVS ponit ἱμάτια. NONNVS hanc ſubnectit rationem; Δέλιον ἔργον ἔτεξεν ἐοῖς ἑταροῖσιν ὑφαίνων, *ſignificat Chriſtum ſeruorum habitum induiſſe, quorum erat ſine pallio, aut alia ueſte exteriore, tunicatos et cinctos, uel etiam linteo ſuccinctos miniſtrare.* Sed, ne multus ſim, *pallium et omnis exterior ueſtis, quae brachia includit, inepta eſt ad miniſteria, quae liberum brachiorum motum requirunt. Ideo ſerui ponere ſoliti, ideo etiam Chriſtus ponit*, iudice ſic laudatiſſimo CASAVBONO, *Ex. 16. p. 437.* Errat BARONIVS, cum fingit, CHRISTVM, menſae accubiturum, more Romano, coenatoria induiſſe, ualde decipitur, cum putat, CHRISTVM non coenatoria tantum ueſte, ſed maioris decoris gratia propriis ſuperindutum ueſtimentis, qualem ueſtem pro ſindone uenditant. Tandem BARONIVS ſcribit, *Dominum ad inſtituendam S. Synaxin pretioſam aliam ueſtem induiſſe, et pro actionibus ueſtimentum ſubinde mutaſſe. Hoc, quicquid eſt, commenti ad defendendum Romanorum Cardinalium et Epiſcoporum regium ſplendorem et pompam adferunt Pontificii*, ait CASAVB· *Ex. 16. p. 437.* GENEBRARD· exiſtimat, habitum CHRISTVM habuiſſe, ad inſtar religioſi cuiusdam Phariſaei accuratiſſime coronati, ſtolati et fimbriati. Sed, BVXTORFFIO *iudice*, talis ornatus eſt Iudaeorum precantium in Synagoga, aut ſchola. Quin immo haec ueſtimenta ſacra tum non geſtare licuiſſet, quod noctu comedebatur. Sed, his miſſis, notamus, Hebraeos pariter ac Graecos accubituros, ueſtes coenatorias, quales ἐνδύματα δειπνικὰ et ςόλαι δειπνίτιδες uocabantur, praeſertim albas, ſiue candidas, quas Graeci ſignificanter admodum ἐνδύματα καθαρὰ adpellitant, adieciſſe corpori, qua de re Vid. STVCK· *l. c. l. 2. c. 26. p. 235.* Quando, CHRISTVM ad menſam accumbentem, de proditione Iudae Iſchariotis diſſeruiſſe, lego, mos ueterum in mentem incidit certe memorabilis, quo conuiuii cibos condiebant bonis comparationibus, ſimilibus, aenigmatibus, amicis confabulationibus, colloquiis uariis, quibus mentem ſimul reficerent. Quod Orientales ſpectat, proſtat exemplum *Samſonis, Iud. XIV· 12. 13.* cui ſubnecte *Luc. VII·*

Ioh.

Ioh. XIV. Neruose R. SCHIM. *Tr.* אבות פרקי, *c. 3.* אכן אם שלשה שאכלו על השלחן אחד ואמרו עליו דברי תורה כאלו אכלו משלחן של מקום שנ׳ וידבר אלי זה השלחן אשר לפני ה׳ : *Certe si tres sunt, qui edunt et uerba legis tractant, iidem ac si de mensa loci, i. e. Dei, participassent, prout dictum est Ex. XLI. 22. Dixit ad me !* HAEC EST MENSA, QVAE IN CONSPECTV DOMINI. *Talmudicis* talis mensa, cui *ex lege cibi* adponuntur, ad animi refectionem, adpellatur השלחן אשר לפני ה׳ *mensa, quae in conspectu Domini.* Illa uero, quae אכזב, *nugarum, mendaciorum, inanium uerborum, iocorum scurrilium,* ferculis exoneratur השלחן אשר לפני קורץ, uel Syre אכלקרצא, *mensa, quae in conspectu Diaboli, delatoris, accusatoris,* qui quasi deuorat accusationes, defert mala ad iudicem, accusat, prodit, detrectat. Certe quando cibo, praeuia gratiarum actione, fruimur, et in honorem DEI, uel durante adhuc coena, uel a coena, pie fabulamur, DEVS cum Angelis suis omnino praesens est. Vbi uero cibum uerbis scurrilibus condimus, circumdat et occupat nos Diabolus cum malis Angelis, qui obsident impios. Vnde talem mensam non male dixeris τραπέζην δαιμονίων, qua notione ueteres adpellabant altare, in quo זבחי מתים, *sacrificia* der lebloosen Götzen, ut *Vinarienses*, der todten Götzen, ut *Lutherus* atque alii passim interpretantur. Vid. GEIER. *ad Ps. CVI. 28.* Graecorum ἐπιτραπεζίες λόγες, ἐπιτραπέζια διηγήματα, μνημόνια ζητήματα norunt omnes, quibus uel titulus librorum ATHENAEI, qui inscribuntur Δειπνοσοφιςῶν, et PLATONIS συμποσιακά innotuerunt. Vid. STVCKIVS, qui in hoc operose admodum adlaborat, ut tales conuiuales ritus nobis in animum reuocet. Huiusmodi mos obtinebat olim in Agapis Christianorum, uti testis est TERTVLLIANVS. Vid. GOODWIN. *l. c. p. 491. et* LYDIVS *in Coena Dominica Literatorum,* praesertim *p. 442.* Laudabilis certe fuit haec Veterum consuetudo, ipsi CHRISTO charissima, qua nobis imitationis relinquere exemplum uoluit.

§. 51. Ad u. 26. Λαβὼν ὁ Ἰησῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, uel εὐχαριςήσας. BVXT. *l. c. §. 45. Ita solebant olim Iudaei, Benedictionem super pane recitaturi, eum in manus sumere.* Paterfamilias

familias בעל הבית, Graece οἰκοδεσπότης, Talmudice פורס et הבוצע *frangebat* panem, siue, ut Emphatice Syrus habet, *Act. II. 46.* פריסתא *partem fractam*, *dimensum panem* et cibum, precatione recitata, accumbentibus porrigebat ac distribuebat. Ab huius nutu pendebat בעל משתה, ἀρχιτρίκλινος, *praefectus conuiuii*, der Speise-Meister, minister primarius, cui substituunt alii praefectos morum, quales Graecis fuerunt οἰνόπται et ὀφθαλμοὶ, *oculi conuiuii*, quod, ut GOODWINVS ait, attendebant moribus conuiuarum, ne quis modestiam, modumque excederet nimio mero. *Esth. I. 8.* ATHEN. δειπνοσοφ. *I. 10.* Praemittebat ergo paterfamilias admonitionem ad preces et cibi positi consecrationem, ut Canonum, quos subiungemus, ritualium Scholiastae interpetrantur. Mox ordiuntur unaniter canere, uel Psalmum, uel rythmum. Postmodum benedicit CIBVM et POTVM, adhibitis certis precandi formulis, quam orationem קדוש, *sanctificationem* uocare solent. Munus illud plerumque committebatur אורח, VIATORI. IOSEPH. KARO *in Schulch. tr. n. 201. p. 36. 1.* גדול מברך אפילו בא בסוף ואם רצה ליתן רשות לקטן לברך רשא והני מללי כשאין שם אורח אבל אם יש שם אורח הוא מברך אפילו אם בעל הבית גדול ממנו: *Is, qui maximus, licet ultimus accesserit, preces recitat. Si uero uoluerit partes minori commendare, id ei licitum est. Haec ita accipienda sunt, quando nullus uiator adest; Alias uiatoris est benedicere, quamuis Paterfamilias illo dignior fuerit.* Qui obnueret, et nollet benedicere, praegrandis peccati reus habebatur מי שנותנין לו לברך ואינו מברך מקצרים ימיו: *Ille, quem ad cibum consecrandum eligunt, et non consecrat, abbreuiat dies uitae suae.* In *Rituali* ueteri legimus: לא יברך עד שיתפוס הלחם בידו שיראו הכל שעליו הוא מברך, et alibi אין לברך קודם שיתפוס הלחם: *Non benedicit, antequam panem in manum suam sumpserit, ut omnes uideant, quod super eo benedicat: Non est benedicendum, antequam adprehenderit panem.* Hebraeis canon ille ritualis frequens est אסור לו לאדם שיהנה מן העולם הזה בלא ברכה; *Prohibitum est homini, ulla re ex hoc mundo frui, sine praemissa benedictione.* Item כל הנהנה מן העולם הזה בלא ברכה כאילו גוזל להקב״ה: *Quicunque fruitur aliqua re ex hoc*

 mundo,

mundo, sine benedictione, rapit ea, quae DEI εὐλογητῦ sunt. Idem tradit MAIM· *tr.* ברכות, c. l. *ap.* HOTTINGERVM l. c. BENEDICTIONIS FORMVLA, quam uiri docti, BVXT· LIGHTF· BYNAEVS, alii memoranr, sic habet: ברוך אתה יהוה אלהנו מלך העולם המוצי לחם מן הארץ: *Benedictus tu Domine, Deus noster, qui exire facis panem e terra.* Mos orandi ad mensam antiquissimus est. Iudaeis ritum illum uerba Pauli uindicant, quae habentur *1. Tim. IV· 5.* ὅτι πᾶν κτίσμα Θεῦ καλὸν, ϗ ὐδὲν ἀπόβλητον, μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγυ Θεῦ ϗ ἐντεύξεως. Qui locus omnino commemorabilis est. Nec mos Ethnicis erat infrequens, cuius rei fidem facit STOBAEVS *c. 41.* cum Diotogenis praeceptum adlegat: καλῶς δὲ ϗ τὸ τὸν Θεὸν ἐν ἀρχῇ τῷ δείπνω ϗ τῷ ἀρίστω ἐπικαλεῖσθαι. ὐχ ὡς δεόμενόν τινος τῶν τοιύτων. ἀλλ' εἰς τὸ μιασθέντα κατακοσμηθῆναι τὰν ψυχάν. *Bene fit etiam, ut Deus initio et coenae et prandii inuocetur: Non quia tale quid numini sit opus, sed ut quisque DEI recordans animo sit composito.* CASAVB· *l. c. p. 521.* STVCK· *l. c. l. 2. c. 36. p. 278. sqq.* Precum post mensam mentionem iniiciunt GOODWINVS et HOTTINGERVS, ad quos omnes, quibus in animo est, precationes alias obire oculis, remissos uolo. CHRISTVS consueto ab usu nunquam abiit, dum, quoties discubuit, toties benedixit, ut ex *Matth. XIV· 19. XV· 36. XXVI· 26. etc.* notum est. Ipsum autem signo aliquo externo, puta *manus impositione*, uel *panis eleuatione*, aut *agitatione in formam crucis*, uel *signo crucis super panem et uinum digitis formato* benedixisse, nec ex sacris literis, nec aliunde probari potest. Eleuationem panis Talmudici saepius inculcant, quam nos pariter Hebraeis relinquimus. Erat ritus panem leuandi culpae expers, ita ut CHRISTVS et Apostoli in S· C· consecratione tuto illum aemulari potuerint. Neque fauemus propterea Pontificiis, qui sane alium ob finem, quam Prisci consueuerant in Graeca Ecclesia, panem eleuare solent. Non enim huius cerimoniae legitimus usus, sed adhaerens Pontificiorum ἀταξία, et abusus damnandus est, qua de re consule Theologos. Porro CHRISTVM usurpasse Iudaeorum benedicendi formulas, quae extant in Rituali סדר תפלים, HOORNBECK· *in Misc.*

Misc. S. pro certo non adserit, cum caute scribit: *An CHRISTVS aliqua ratione seruarit, non dixero.* STVCKIVS *l. 2. c. 36. p. 278.* CHRISTVM קדוש, sanctificationis Iudaicae formula, coenam suam sacram et mysticam exorsum esse, contendit, quod, si praecise de formula ante adducta id intellectum uelit, a ueritate alienum mihi hoc ipsum uidetur. Nam 1.) BVXTORFF· ac LIGHTF· sagacissimi Hebraearum antiquitatum scrutatores, hic ambigunt, ac τὸ ἐπέχειν, quam incertis opinionibus in lectorem graues existere, malunt. 2.) Formulas has ante templi secundi excidium Iudaeis paschatizantibus in morem iuisse, nullo satis firmo argumento probari potest. 3.) CHRISTVM, qui bonae consuetudini, ut subinde nonuimus, lubens cessit, ex Hebraeorum ritu benedixisse, non inficias imus, sed eum communem illam et uulgarem formulam, quae in Canone ueteri extat, praesertim ubi S. coenam institueret, adhibuisse, non adfirmamus, in quo nos plurimi praeeunt, quod ipse BYNAEVS non diffitetur. 4.) Neruose CASAVB· *Ex. 16. p. 456. Formula nemini hactenus innotuit, procul dubio fuit insolens et inaudita, ut Apostolos magis haberet attentos*, in quo nos acquiescimus, et cum eodem CASAVBONO, praeeunte ipsa SCRIPTVRA, dicimus, consecrationis modum, seu formam, constitisse in *laudatione* et *gratiarum actione.* εὐχαριστία *proprie ad coelestem patrem*, εὐλογία *ad externa symbola dirigitur. Vtraque uox a parte una totam DOMINI actionem designat* κατὰ τὴν συνεκδοχήν. Vnde ueteres ab hoc consecrandi ritu sacramentum adpellarunt εὐλογίαν et εὐχαριστίαν, Vid. QVENSTAD· *Antiq. Eccles. p. 393.*

§. 52. Panis apud ueteres foederis et amicitiae symbolum erat. Sic *Alex. M.* cum erga Rhoxanem, Satrapis Barbari filiam, in conuiuio a se uisam, amore exarsisset, panem sibi adferri iussit, quem cum gladio, patrio ritu, dissecatum uterque libasset, illam sibi matrimonio iunxit: Vid. CVRT· *l. 8.* Vnde PYTHAGORAS Symbolo utebatur: ἄρτον μὴ κατακλᾶσαι, *panem ne frangito*, id est, non dirimenda amicitia, quam antiquitus pane conciliabant. STVCKIVS, *l. 1. c. 30. p. 111.* Simili olim usui panis, quem ἀντίδωρον et εὐλογίαν uocant, Christianis inseruiebat, dum panem charitatis signum,

φιλαδελφίας symbolum, amicis mittebant, qui mos hodie apud Moschos creber est. In Antiquitate Hebraea celebres olim erant לחמי פנים, *ἄρτοι ἐνώπιοι, ἄρτοι τῦ προσώπυ, ἄρτοι τῆς προθέσεως*, ut LXX uiri passim transferunt, לחם המערכת, Brod, das fein ordentlich liegt, nimirum לפני יהוה, *ante faciem in conspectu Domini*, quemadmodum D. LVNDIVS *l. 1. c. 24. p. 123.* Talmudicorum glossam notanter transtulit. Weilen nu diese Brodt drauſſen im heiligen, gegen das Allerheilige, geleget worden, gegen GOttes Angesicht: So nennet sie die Schrifft **Brodt des Angesichts** / oder **Brod**, die für **GOttes Angesicht** lagen. Ita quoque Samaritanus, Arabs, Syrus et Persa: Du solt auf den Tisch allezeit **Schau-Brodt** legen für mir, oder, wie es nach dem Hebräischen lautet: **Du solt auf den Tisch allezeit legen Brodt des Angesichts, für meinem Angesicht**, *Ex. XXV. 30.* R. IVD. LEO *de Templo, l. 3. c. 2.* Sedenim propter leuem aliquam similitudinem panem Eucharisticum ad Ethnicorum ἄρτυς φιλαδελφίας, amoris mutui, symbola referre non debemus. Nec panis Eucharisticus pro nudo foederis, aut amicitiae signo, habendus est, ut aliqui, falsissima hac abrepti persuasione, ab ueritatis se uia abduci, patiuntur. Panis, quo in S. Synaxi uescimur, ipsum quoque לחם פנים, *panem propositionis*, ut *Vulgatus* transfert, dignitate, excellentia, utilitate quam longissime superat.

§. 53. SERVATOR panem frangit, illudque ex ritu Iudaeorum recepto et satis confecto. *Talmudici* panes Paschales in genere מצות adpellitant, tres autem illas, quas nocte prima festi comedunt in specie uocant מצוות, quasi *placentas praecepti, singulariter a DEO mandatas, et uniuersis ac singulis imperatas.* BVXTORF. *apud* WALAEVM *Matth. XXVI. 26. p. 297. Panes Iudaeorum erant κλαστοὶ, id est, apti ad frangendum. Habebant enim panes subcineritios, lata, tenui et fragili forma, sicut, azymos formari, necesse erat, ut in illa sua densitate plane percoquerentur. Alioqui si fuissent spissiores, non percocti fuissent, ob densitatem, quae solet esse in Azymis.* SAGITTAR. *Pass. p. 187.* BVXTORFF. *l. c. Maim. Hilch. Berachot. cap. 7.* Eleganter CASAVBONVS, *Ex. 16. p. 466. Hebraeis*, ait, *quod nemo ignorat,*

ignorat, qui V· T· legit, frangere panem cum aliquo est συνδειπνεῖν, *atque ut Graeci a parte altera, potu nempe, totam actionem adpellant* συμπόσιον. *Sic Hebraei ab esu et fractione panis totum conuiuium denotarunt. Quare illi, qui istis Lucae testimoniis abutuntur, ad defensionem communionis sub altera specie, non minus pueriliter errant, quam si dicerent, in Graecorum conuiuiis nullum cibum fuisse adpositum, neque omnino quicquam aliud, praeter uinum, aut alium potum, quia conuiuium illis dicitur* συμπόσιον, *compotatio, cui etiam respondet Hebraicum* משתה, *pro conuiuio, aut si dicerent, fideles quando orant DEVM prece Dominica, nihil praeter panem ad uictum petere, quia dicunt* (ἄρτον ἐπιούσιον) *panem quotidianum da nobis, quum, ut obseruat Augustinus, a parte, quae excellit, tota sufficientia, nomine panis, significetur.* Apud *Patres Graecos* inde κλᾶν ἄρτον et κλάσις ἄρτου est *celebratio Eucharistiae*, quod dicitur *Euangelistis*, εὐλογήσας ἔκλασε, εὐχαριστήσας ἔκλασε, et *Luc. XXIV· 35.* ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, *Act. II· 42.* καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, et *XX· 7.* τοῦ κλάσαι ἄρτον. Vbi *Syrus* in utroque *Actorum* loco habet αὐτολέκτως uocem אוכרסטיא, εὐχαριστία. Sic enim olim in more positum erat, ut una ex parte tota res συνεκδοχικῶς denominaretur. Ita משתה et יין, *uinum*, Hebraeis est epulum, Graece συμπόσιον, *compotatio*, *Gen. XIX· 3.* et *XXI· 8. Esther. I· 3. et 5.* Chaldaice et Syre משתיה *Iud. XIV· 11.* משתותא, *Matth. XXII· 2.* Vox לחם, *panis*, et apud Talmudicos, Chaldaeos, Syros לחמא aliquando κατὰ τὴν συνεκδοχὴν conuiuii significationem habet, *Dan. V· 1.* Balsezar rex עבד לחם רב, *adornauit panem, id est, conuiuium magnum.* Similiter Germani epulas suas nocant Morgen-Brod, Mittags-Brod, Abend-Brod, atque dicere consuescunt, einen auf eine Suppe, auf einen Aal etc. einladen, ueluti Prisci dicere solebant: Ich will erst ein Stückgen Brod nehmen, hoc est, zu mir nehmen, comedam, quamuis ceteroquin mensa cibis extructa esset conquisitissimis, qua simul fercula, quae uocant pomparum, uasis atque patinis quandoque argenteis ponebantur; A potissimo enim, ac notabili ferculo totus conuiuii actus nomen habebat. Haec etiam est causa, cur ATHEN· PLATO, POLLVX, XENOPH· LVCIAN· subinde uocabulo συμπόσιον, MENANDER uero uocibus praesertim πότος, πότον, πότοι,

describendis in Graecorum conuiuiis, fuerint usi. Sed ne ab uia aberremus, ad fractionem panis recurrendum est. *Talmudici* uocant illam בצא, quod DAVID DE POMIS explicat per חתך, *scindere*, *frangere*. Syris fractio dicitur קציא. Vid. *Talm. Tit.* ברכות, *f. 39. 2.* MAIM· *Hilch. Berach. c. 7.* BVXT· *l. c.* §. *50. et 57.* LYRANVS et CAIETANVS, *Christum manibus panem mirabilem in modum fregisse, quasi cultro acutissimo secatum*, arbitrantur, qua obseruatione potuissent supersedere. Existimant interpretes passim cum BEZA et, ut supra audiuimus, CASAVBONO, mutuos conuictus et ipsa conuiuia fractionis panis nomine intelligi. Sed enim significat fractio indiuiduam actionem, a qua epula initium sumpserunt, *Berach. f. 46. 1. Schabb. fol. 117. 2.* Praeterea fractio panis singulariter tantum sub noui foederis initium Eucharistiam designabat, ut in terminis habebat *Syrus*, quo translatore, quod instrumentum nouum attinet, nemo uetustior. Ex mente denique STVCKII fractio *in Coena Domini CHRISTI et meritorum eius adplicationem, eiusdem mortem atque passionem, nec non nostram cum CHRISTO et inter nos mutam communionem, denique corporis, carnisque nostrae mortificationem significat.* At enim, ut alia taceam, quae hic Theologi submonent, CHRISTVS panem fregit, ut *τὰ κλάσματα*, *partes fractas*, distribueret, non ut passionis daret symbolum, quod denuo Theologis exponendum relinquo.

§. 54. *καὶ ἐδίδε τοῖς μαθηταῖς.* Moris erat Hebraeis, ciborum, poculentorumque certas partes, siue dimensas portiones singulis, conuiuis distribuere, quales *Talmudicis* מנות נתחים, פתים, *Graecis μερίδες, μοῖραι, μερισμοὶ* dicuntur. *2. Sam. VI· 19. 1. Sam. I· 4. 5.* Elkana dedit *Peninnae uxori suae, et omnibus filiis et filiabus ex se natis* מנות, *portiunculas*, sed *Hannae dedit partem maxime honorabilem* מנה אחת אפים, *LXX· Senes* partem *κατὰ πρόσωπον*, *Targum* בחיר, *electam, optimam, dignam*, quae hilari uultu acciperetur, den alleransichtigsten Theil. Quem fortasse morem CHRISTVS attingit, cum *Luc. X· 42.* dicit: Maria autem *τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο*, ita ut sit Metaphora desumpta a partibus conuiualibus Vid. STVCK· *l. c. c. 3. p. 298.* Apud antiquos insuper inualuit

mos,

mos, ut פורס, *Paterfamilias*, coram quolibet diſcumbentium portiunculam fracti ac dimenſi panis deponeret, quod deinceps eſurus ſumebat non ex manu diſtribuentis, ſed de menſa, qua de re Canon extat: הבוצא נותן פרוסה לפני כל אחד ואחד והאחר נוטל פרוסה בידו ואין הבוצא נותן ביד האוכל אלא אם כן היה אבל: *Frangens dat particulam coram unoquoque, et alter tollit, uel accipit eam manu ſua: Neque enim frangens alterius manui tradit, niſi lugens fuerit.* Vid. IOSEPH· KARO· *n. 167. p. 30. 2.* MAIM· *tr.* ברכות, *c. 7.* Vtrum SERVATOR hic Iudaeorum ueſtigiis inceſſerit, non multum, maxime cum hac in re parum ſitum ſit, diſceptabimus. Poſito, panem ritu Hebraeorum fuiſſe ab SERVATORE noſtro diſtributum, propterea tamen ille peccati crimen non ſubiret, dum hos ad ritus, quos, ut ſaepe diximus, conſuetudo ſimpliciſſima pepererat, nulla Phariſaeorum lege, nulla ſuperſtitione, nulla adfectatae ſanctimoniae larua, uel ſpecie Hebraei tenerentur.

§. 55. Καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε, τῦτό ἐςι τὸ σῶμά μυ. I.) Ad priora uerba CLERICVS notat ad HAMMOND· *Act. XXVI· 17. p. 199. Nitebatur hoc uſu Iudaeorum, qui in Euchariſticis ſacris comedebant partem uictimae, eoque modo ſacrificii participes fiebant.* Atenimuero, S· Coenae ſumptionem ab eſu uictimarum Euchariſticarum differre, conſtat, quod Theologis, cum hic nobis ritus ſint ſpectandi, exponendum relinquo. Poſteriora uerba mirum in modum aliqui torquent, quas tamen cauillationes et detorſiones ſolidiſſime diſcuſſit *Magnif. D· D·* CHLADENIVS, *Theologus conſummatiſſimus, Patronus noſter*, cum uiueret, omni uenerationis ac obſequii cultu perpetuum colendus, in *Diſſ. eruditiſſima de Coena Domini.* II·) HAMMONDVS ad *Matth. XXVI· 26. p. 199. et 209. Primo*, inquit, *apud Iudaeos agnus Paſchalis menſae adpoſitus ſolebat uocari* גופו של פסח, *corpus Paſchatis, uel* גופו של כבש הפסח, *corpus Paſchalis agni.* BVXTORFFIO uero ſimilius uidetur, CHRISTVM uerbis *hoc eſt corpus meum* adludiſſe ad hoc גופו של פסח, quam ad illam formulam · הא לחמא דעניא. Addit tamen, quod in tanto uiro laude dignum cenſemus: *Sed in medio hoc relinquimus,*

et

et nihil adseueramus. SALMASIVS eo abit, ut putet, Iudaeos, cum Pascha imposuissent mensae, dixisse גופו של פסח, uel הגופו של פסח, *hoc est corpus ipsius Paschae*, atque sic Paulum πάσχα ἡμῶν uocare, *Pascha nostrum*, ὃ ὑπὲρ ἡμῶν ἐθύθη. Agnum Paschalen *Maimonidi*, ceteris *Hebraeorum Magistris*, adpellari גופו של פסח, *corpus Paschatis*, nemo, qui aliquam saltim operam in lectione Talmudistarum posuit, ignorat. Nec, Pascha Veteris Instrumenti agnum, qui totius mundi peccata deportauit, *1. Cor. V. 7. Ioh. I.* adumbrasse uenit in dubium, sed an Iudaeos inter, cum hi agnum imponerent mensae, formula obtinuerit? *Hic est agnus Paschae*, uel: *Hoc est corpus agni Paschalis*, quaeritur, quod, cum apud neminem Hebraeorum inueniatur, nego ac pernego. Vnde facile ab quolibet, qui super ueterum ritibus perscrutandis fuit occupatus, colligi potest, CHRISTVM uerba illa τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου ab hac Iudaeorum formula, quam nesciunt ueteres, neutiquam mutuari, aut ad illam loquendi rationem adludere potuisse. Fingamus, reperiri alicubi formulam, quae tamen hactenus nullius oculis obiecta fuit, propterea tamen illa, quae Magistri tradunt, ritus, post excidium templi usitatos, tantum redolent, ubi Iudaei, in Paschate suo μνημονευτικῷ potuerunt dicere, cum נכר, μνημόσυνον agni, imponerent mensae: *Hoc corpus Paschae*, id est, *hoc significat corpus Paschae, hoc nobis uicem supplet Agni Paschalis.* Templo enim exciso, putabant Iudaei, ulterius se omnes ad ritus Agni Paschalis adstringi non posse. Expressum legitur etiam mandatum de Agno non edendo extra urbem sanctam, *Deut. XVI. 5. 6.* Et quanquam BVXT. VAREN. FRANZ. DASSOV. IVN. ET TREMELL. LEVSDEN. agrum extra urbem edi potuisse a coecis, claudis, mutis, aegrotis, senio confectis, feminis, infante etc. maxime cum tempestas belli portas urbis obstruxerit, adserant, institutioni tamen diuinae, Hebraeorumque id statutis aduersari uidetur. Azymis uesci poterant extra urbem, propterea dicunt; *Non pendet comestio illius ex Paschatis oblatione, sed est peculiare praeceptum suapte natura*, MAIM. *tr.* חמץ ומצה. *c. 6. 1.* quod scholium uisere est apud GOODW. *l. c. p. 538.* Huius rei testem auocamus praxin Iudaeorum, qui in festo Azymorum non apponunt agnum, cuius זכר, μνημόσυνον tantum

tum

tum habent. Commemorabilis eſt locus MAIMONIDIS *tr.* חמץ ומצה, *c. 8. Hodie autem ſolent menſae imponere duas carnis ſpecies, quarum una μνημόσυνον Paſchatis, altera ſacrificiorum Chagigae.* Vid. LVND· Jüd. Heil. *l. 5. c. 14. p. 1002.* III.) LVDOV· CAPPELLVS, CHRISTVM reſpexiſſe ad formulam הא לחמא רעניא, et uerba inſtitutionis: *Hic eſt panis*, ſubſtituiſſe in huius locum, arbitratur. Quin immo uerba illa: *Hoc eſt Paſcha*, cum aliquibus pro *conſecrationis formula*, quemadmodum uerba CHRISTI τȣτό ἐςι τὸ σῶμά μȣ ad *conſecrationem* pertinent, uenditare uidetur. Adſentitur HAMMONDVS, cum ſcribit *p. 200. Voces τȣτό ἐςι, uel integra formula τȣτό ἐςι τὸ σῶμά μȣ uidentur a CHRISTO ſubſtitutae Paſchali formulae* הא לחמא רעניא, *Hic eſt panis afflictionis, quem Patres noſtri comederunt in AEgypto. Vel: Hic eſt azymus panis* etc. *Vel: Hoc eſt Paſcha.* Subſcribunt opinioni AVCTOR CAVTELARVM, contra quem erudite diſputat D· CHLADENIVS *l. c.* IOH· DE HISPANIA, teſte eodem, ANT· BYNAEVS, alii. GEORG· CALIXT· *Concord. Euang. l. 6. c. 1. p. 324.* formulam Iudaeis in uſu fuiſſe, ſed CHRISTVM illam non retinuiſſe, uerum pro ea ſubſtituiſſe: *Accipite, edite*, exiſtimat. Huius formulae mentio fit apud GERHARD· *Harm. Euang. c. 169. p. 678.* ſed adiicit: *Humiles illae origines myſterii huius ſublimitatem potius deprimunt, quam augent.* FRANC· GOMAR· *Opp. T· II· p. 109.* comparationem inter uerba coenae Paſchalis et Domini inſtituit. Doctiſſimus CLERICVS hic, nec immerito, taxauit HAMMONDVM *l. c. p. 202.* PAVLVS FAGIVS ſolertiſſimus cerimoniarum ſcrutator nullo uerbo formulae meminit. IO· CAMERO, quo ſe uertat, neſcit, atque dubius haeret. BEZA quidem *Matth. XXVI·* adprobat, ſed *Luc. XX· 22.* aliter ſentit. LIGHTFOOT· Antiquarios inter certe non poſtremus, qui in Talmudicorum ſcriptorum perluſtratione multum conſumſit temporis, iudicium ſemper ſuſpendit, atque cum BVXTORFFIO ἐπέχειν, quam aliquid incerti ſtatuere, mauult. *Formula uetus* ipſa, quam Docti uiri ex *Legenda Paſchali* ac *Hebraeorum Magiſtris* repetunt, ſequentis eſt tenoris: הא לחמא רעניא די אכלו אבהתנא בארעא דמצרים כל דכפן ייתי ויכל

וייכל: וכל דצריך ייתי ויפסח ὅδε ὁ ἄρτος ταλαιπωρίας, ὃ ἔφαγον οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐν τῇ γῇ Αἰγύπτου. Πᾶς ὁ πεινῶν, δεῦρο καὶ φαγέτω. Πᾶς ὁ χρεῖαν ἔχων δεῦρο καὶ πασχατιζέτω. Taceo id, quod monent Theologi, quos inter inſtar omnium eſſe poſſunt, D· CHLADENIVS *l. c.* et *Magnif.* D· D· WERNSDORFFIVS, *Theologus conſummatiſſimus, et de Eccleſia orthodoxa immortaliter meritus, Patronus et Praeceptor* omni honoris ac obſequii cultu ad cineres uſque proſequendus, in *Diſſ. eruditiſſimā*, quae *Recent. S· C· Controuerſ.* examinat; et litis finem facio uerbis BVXTORFFII, *l. c.* §. *26.* qui diſſentientium opinionem diluit, quando ueriſſime ſcribit, *talem formulam in Rituali Iudaeorum nullibi reperiri, neque etiam alibi, extare quidem in Haggada uerba illa, uerum non ut formulam conſecrationis, ſed per modum narrationis et lectionis, uel certe* FORMVLAM EXERCITII ET DEVOTIONIS SACRAE *fuiſſe*, uidelicet, quod addimus, POST EXCIDIVM TEMPLI· Namque CHRISTI aetate *deuotionis* fuiſſe *formulam*, cum firmis deſtituar argumentis, temere non adfirmo.

§. 56. τοῦτο ποιεῖτε, *Hoc facite.* BVXTORFFIVS: *Hoc, quod ego nunc feci, nobiſcum accumbendo, panem accipiendo, benedicendo, frangendo, inter uos diſtribuendo.* Atenimuero SERVATOR ad externorum rituum, quales ſunt accubitus ad menſam, panis acceptio iudaica, fractio, diſtributio, Hebraeorum more peragenda, qui rebus adiaphoris accenſentur, adſtringit neminem. 2) Primitiua Eccleſia nec ubique, nec ſemper in ſingulis, quae ab externis cerimoniis ſpectabant, primam inſtitutionem ſequebatur, quis propterea illam peccati argueret, aut, a prima inſtitutione ſimpliciter eam abiiſſe, criminaretur. 3) Extraeſſentialia et accidentalia, quae formam rei non ingrediuntur, quandoque abeſſe, quandoque mutare poſſunt, ſalua rei natura, eſſentia, forma, quod ex Philoſophorum ſcholis ſatis notum eſt. Abſonum etiam eſt, quando Pontificii ποιεῖν de pane acceptum ſacrificandi, de calice conſecrandi habere ſignificationem, pertendunt, qua notione nullibi ſane reperitur, qua de re erudite diſſerit SALMASIVS· ἀνάμνησις ritus Hebraeorum redolet. Habebant

bant namque Iudaei in celebratione Agni Paſchalis plures eiusmodi *ἀναμνήσεις* et recordationes. Feſtum ipſum inſtituebatur לזכרון, *in memoriam* miraculoſae liberationis ex AEgypto, *Ex. XII. 14. 26. 27.* Pulmentum, ſiue חרסת dicas, ſiue alio nomine inſignias, erat לזכרון, in laboris AEgyptii, ſiue lateritii operis, *recordationem*; Azymi לזכרון, in maſſae delatae ac infermentatae *memoriam*; Herbae amarae לזכרון, in *memoriam*, amarae ſeruitutis. Vnde *Paulus* ait, *1. Cor. XI. 26.* Τὸν θάνατον τῦ κυρίȣ καταγγέλλετε, ubi uox Graeca καταγγέλλετε uim Hebraei הגידו exprimit, quo utebantur ueteres in enarratione beneficiorum Iſraelitis exhibitorum, cum ad agnum Paſchalem accumberent, quare *Legenda Paſchalis* Haggada dicitur ex *Exod. XIII. 8. Et annunciabis filio tuo*, ſiue *Lectio Paſchalis*, quam ſingulari ritu ac ordine in coena praelegunt, הגדה, quaſi dicas καταγγελίαν. BYNAEVS *l. c. p. 291.* CASAVBONVS, GOODWINVS, BVXTORFFIVS, qui §. 91. errorem inſimul SCALIGERI et FAGII, quorum mens eſt, noctem ita uocari, rectiſſime notauit.

§. 57. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον. CLERICVS *ad* HAMMONDVM *p. 202. Hic ſtatuimus*, ait, *a Chriſto obſeruatos potiſſimos Paſchales ritus, quorum in ſcriptis Iudaeorum mentio fit. Poteſt, ut dixi, mutatio nonnulla ſubrepſiſſe, ſed ſumma rei uidetur ſemper eadem fuiſſe.* LIGHTF. *Hor. Hebr. Talm. Matth. XXVI, 27. p. 379.* CHRIST. WILKEN. *Hiſt. Paſſion. p. 39.* LVNDIVS *l. c.* Mos ille Graecis quoque creber erat, uti *Bynaeus* ait, *p. 297.* Diß lehret *Athen. l. 15.* welcher, nachdem er das Zeugniß *Nicoſtrati* Ἀλλ᾽ ἐγχέασα θᾶττον ἀγαθȣ̃ Δαίμονος, ἀπενεγκάτω μοὶ τὴν τράπεζαν ἐκ ποδῶν, d. i. Schenck geschwind den Becher des gütigen GOttes ein, und nimm mir die Taffeln weg von den Füssen, angeführet; So füget er hinbey: ὅτι δοθείσης τῆς τȣ̃ ἀγαθȣ̃ δαίμονος κράσεως, ἔθος ἦν βαςάζεσθαι τὰς τραπέζας, d. i. Weil, wann der Trunck des gütigen GOttes überreichet war, die Gewohnheit war, die Taffel aufzuheben. Von derselben Gewohnheit schreibet der Ausleger *Ariſtophanis.* Ἔθος δὲ ἦν ὁπότε μέλλοι ἡ τράπεζα, αἴρεσθαι κράσιν ἀγαθȣ̃ Δαίμονος ἐπιῤῥεῖν, ὡς Θεοπόμπος

 ἱςορεῖ,

ἰςορεῖ, d. i. Es war die Gewohnheit, wenn die Taffel solte aufgehaben werden, den Trunck des gütigen GOttes zuthun, wie Theopompus erzehlet. Dessen gedencket auch der Ausleger *Homeri ad Odyss. 3. etc.* Secundum hanc Iudaeorum consuetudinem Seruator, ex mente *Bynaei*, coenam claudebat calice, quem in poculum Eucharisticum instituerit. Hierzu dienet sonderlich, daß Paulus diesen Becher nennet den Kelch der Dancksagung, welches der eigene Nahme ist, damit die Juden den Becher nennen, welcher die Mahlzeit beschloß. Dann der wird insgemein von ihnen genannt כוס הברכה, d. i. Becher der Dancksagung, oder weitläufftiger: כוס ברכה של מזן, d. i. der Becher der Dancksagung über das Essen/ als welcher ist כוס של ברכה ברכת המזן, d. i. der Becher der Dancksagung, wenn nach den Essen gedancket wird. LVND. In Jüd. Heiligth. *p. 1001. l. 5. c. 14.* SERVATOREM poculum Paschae tertium in Eucharisticum transmutasse, persuasum est. BVXTORFFIO *Lex. Talm. rad.* הלל *p. 616.* et SCALIGERO poculum hymni, id est, quartum fuisse, uidetur. Vsu receptum erat, conuiuium Paschale poculo claudere, quod dicebatur כוס הלל, ποτήριον ὑμνήσεως, uel, ut PAVLLVS loquitur, ποτήριον τῆς εὐλογίας, *poculum laudis*, qua notione uox εὐλογεῖν omnino gaudet, unde *Syrus* uerba PAVLLI uertit כוסא הו דתודיתא, *poculum laudationis*, quod *Talmudicis est* אכסא דברכתא, uel כוס של ברכה, τῆς εὐλογίας LIGHT. *p. 380.* ita sentit: *Quosnam ex his ritibus adhibuerit Saluator, non quaerimus, poculum certe inuenimus idem fuisse cum poculo benedictionis, cum scil. pro more, post gustatum frustulum Agni ualedictorium finis iam esset coenae; et super poculum tertium gratiae agendae essent post cibum, accipit ille illud poculum, et post actas, ut probabile est, et pro more et pro officio, gratias pro cibo, instituit ille istud in poculum Eucharisticum. 1. Cor. X, 16. Hinc est, quod Lucas et Paulus dicant, cum poculum accepisse post coenam, id est, poculum illud, quod clausit coenam. Erat et calix quartus, super quo perficitur Hallel. An Christus calicem hunc adhibuerit, non disputamus. Canticum certe adhibuit, quod notat Euangelista, cum dicit ὑμνήσαντες.* Sed enim frustulum illud ualedictorium, de quo sic Hebraei disputant באחרונה אוכל מבשר הפסח אפילו כזית ואינו טועם אחריו מאכל אחר כלל: *Vltimo caro uictimae Pascha-*

Paschalis comedebatur, qramuis non ultra quantitatem oliuae, deinceps alius nullus cibus comeditur; LIGHTF. *Hor. Hebr. in Matth. XXVI. 26.* procul dubio recentioris est aetatis. Certe an CHRISTVS, qui bonas regulas nunquam turbauit, hic Iudaeorum institerit uestigiis, ualde dubito. BEDA *de Loc. Sanct. c. 2.* uult uidisse poculum suo tempore Hierosolymis ἀμφωτὸν, siue ἀμφῶες, calicem argenteum Sextarii Gallici capacem, ac utrinque ansatum. Idem scribit BARONIVS *ad A. C. 34. Num. 63.* et Hierosolyma Valentiam deportatum memorat. LVCAS BRVGENSIS putat, incertum esse, cuius formae poculum illud fuerit. *Hoc tamen certum est,* inquit, *calicem, quo hodie in mysteriis utimur, eius esse formae, cuius fuit uas illud, quo Manna DEI iussu fuit adseruatum, Ex. XVI, 33. prout uidere licet ex siclo, habente uno ex latere uirgam Aaronis, ex altero illud uas, cuius figura ex antiquissimo numismate sculpta extat in Bibliis regiis, in Cap. 26. Matth.* SALMERON *tom. 9. tr. 10.* poculum illud adhuc Valentiae adseruari, scribit. MOLINA, se suis id oculis uidisse refert, *tr. de Dignit. Sacerd.* Sed et Romae, quod audaciter fingunt, et contra omnem rationem, cum unum poculum uariis in locis integrum simul praesens esse non possit, et Duaci in S. Amati monasterio, et prope Lugdunum in templo Mariae Insulanae et in Heluetia in Augustinianorum aliquo monasterio Christi poculum ostenditur. Atenimuero, quid fabulis, quas legisse, est refutasse, tempus terere iuuet? Transeamus ad alia, quae plus utilitatis habent. SCRIPTVRA memorat 1.) כוס תנחומים, *ποτήριον εἰς παράκλησιν, Ier. XVI, 7.* quod tempore luctus amicis porrigebatur, ut ipsius dulci flumine, interprete GOODWINO, moeroris, luctusque amaror ex pectore lugentium elueretur. 2.) כוס ישועות, *ποτήριον τῆς σωτηρίας, Ps. CXVI, 13.* id est, calicem Eucharisticum, quem Dauid uult eleuare de mensa, sicut et alias, iudice GEIERO paterfamilias simile quid facere consueuerat die Sabbathi. BVXT. *Syn. Iud. c. 10. p. m. 233. seq.* In conuentu enim sacro, post preces, instructis illic epulis eucharisticis, libabant in honorem DEI poculum salutis consuetum. GEIER. *ad Ps. CXVI, 13.* Hinc LXX senes שלמים, eucharistica sacrificia, plerumque *σωτήριον, sacrificium saluatoris,* uertunt. GOODW. *p. m. 511.* 3.) *Poculum tribulationis*

tionis, *Ier. XXV*, *15. Matth. XX*, *22. Luc. XXII*, *42. Ef. LXXV*, *9.* Metaphora a Veterum ritu potandi desumpta, quo per בעל משתה, *ἀρχιτρίκλινον*, uni cuique dimensi calices, quos ebiberet, statuebantur. Hoc diuturna triuit consuetudo, quod, praeter Hebraeos, Graecorum monumenta, praesertim PLATONIS *συμποσιακὰ* et ATHENAEI *δειπνοσοφιστικὰ* nos edocent. Consule STVCKII *Antiquitat. Conuin.* Recordamur Homeri *ἀμφῶες* insigne poculum, ab utraque parte ansatum, cui literae et Poetarum carmina insculpta erant, unde ueteribus dicebantur *ποτήρια γραμματικὰ* ATHEN. *l. 11. c. 4.* Apud Graecos celebre fuit poculum *Διὸς σωτῆρος*, *Iouis Seruatoris*, cuius in honorem ebibebatur, quod Graeci fortean ab Hebraeorum epulis Eucharisticis sunt mutuati. Hic *ὡς ἐν παρόδῳ* notamus, ueteres, primitus in Deorum, et mortuorum, quos plerumque in numerum Deorum recipiebant, postea in hominum salutem bibisse, ita, ut ritus ille, secundum quem alterius in salutem bibimus, omnino sit perantiquus. STVCK. *p. 357. et 408.* Nero duos habuit scyphas gratissimi usus, quos Homericos a caelatura carminum Homeri uocabat. Saepe tamen, res a diis et heroibus gestas, Antiquos in poculis adumbrasse, legimus. Hebraeorum pocula Sanctae Hierosolymae forma, aliisque historiis biblicis insigniri solebant. Omnium tamen commemorabilis est noster calix Eucharisticus, quem Seruator, ut CASAVBONVS et BVXTORFFIVS belle aiunt, uocat poculum metonymica locutione et *κατ' ἔλλειψιν*, pro *Poculum uini*, ad imitationem Hebraeorum, qui in historia et ritibus Paschatis describendis tantum כוס, *poculi*, uel כוסות, *poculorum*, mentionem faciunt, et tamen calicem, uino repletum, intelligi uolunt. Veteres enim Hebraei non coquebant cereuisiam, ut hodie mos inter Germanos obtinet, sed sitim sedabant uel aqua, uel uino, maxime uino, praesertim tempore Paschatis. Vnde in Talmude legimus: *Vnusquisque uxorem et liberos hilarat uino, praesertim rufo, quem magnifaciunt orientales. Quod si uero aliud uinum rufum uirtute superaret, illud eligebatur Talm. tit. Pes, f. 37. 2. Leuusch Pes. Num. 172.* §. 11. BVXT. *Disp. p. 209.* BYNAEVS *p. 296.* Vid. DOVGHT. *lib. de Calic. Euchar. Vet. Christian. c. 4. p. 40. sq.* STVCK. *l. c. de Vet. Pocul. l. 3. c. 12.* CA-

SAVB.

SAVB· *l. c. p. 518.* MONTAC· *Orig. Eccles. Part. Post. p. 366.* et HOORNBECK· *Miscell. S. p. 554.*

§. 58. καὶ εὐχαριστήσας. Hoc recepti inter Iudaeos moris erat. *Nam licet Benedictio panis consecret, et ad esum liberos ac licitos faciat omnes alios cibos et liquores, sine alia ulteriore consecratione; Attamen non ualet de uino, sed distincta est ei benedictio peculiaris, propter insignem eius praestantiam. Leuusch in Rit. Conniu. Num. 174. 1.* Consecrationis, quam ברכת יין, *benedictionem uini*, uocant, formulam LIGHTF· BVXTORF· BYNAEVS, alii commemorant : ברוך אתה יי" אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן *Benedictus sis tu Domine, Deus noster, rex mundi, qui creas fructum uitis.* Consecrationis ritum describit IOSEPH KARO *in Schulc. Ar. n. 183. p. 33. c. 3.* מקבלו בשתי ידיו וכשמתחיל לברך נוטלו בימינו ולא יסייע בשמאל ומגבהו מהקרקע טפח אם הוא יושב על גבי קרקע ואם הוא מיסב בשולחן מגביהו מעל השלחן טפח ינותן בו עיניו שלא יסיח דעתו : *Scyphus duabus manibus tenetur. Quando autem consecrans εὐλογίαν incipit, illum dextra tantum apprehendit, neque sinistra fulcit. Palmi spatio a solo eleuatur, quando is, qui consecrat, solo insidet. Si uero mensae accumbit, tum supra mensam praenominato spatio attollitur. Oculos ad illum reflectere debet, ne aliena cogitet.* Vide illa, quae interpretes passim notant ad *Ps. CXVI· 13.* in explicatione uocis אשא, *leuabo*, cuius supra mentionem fecimus. CHRISTVS talem Hebraeis usitatam formulam recitasse, BVXTORFFIVS non adfirmat. PAVLVS FAGIVS *in Deut. VIII·* scribit : *Verisimile est, Christum quibusdam, quae in his precibus continentur, maxime quod principium et finem attinet, usum fuisse, non autem aliis, quae a posterioribus Iudaeis addita fuere.* BYNAEVS *p. 299.* Was Christus für Worte in seinem Seegen, den er über den Kelch gesprochen, gebraucht, kommt uns nicht zu nachzuforschen, weil die Evangelisten davon schweigen. Paterfamilias sumebat olim כוס הברכה, *poculum benedictionis*, ambabus manibus, et, cùm benedicere inciperet, בימינו, in dextram suam. An CHRISTVS hanc Iudaeorum obseruauerit consuetudinem, BYNAEVS non audet adfirmare. Subne-

ctit

Et tamen: Diß aber ist gewis, daß das **Nehmen** sein Absehen hat, auf das **Nehmen in die Hand**, weil diß eine Gewohnheit unter den Juden gewesen, daß der, so den Seegen sprach, den **Becher in der Hand hatte.** Ego, ut breuis sim, constanter credo, CHRISTVM, cum ederet, poculisque benediceret Paschalibus, uulgari precandi formula, non praecise illa, quae in Iudaeorum scriptis circumfertur, sed ea, quae tum inter Hebraeos in usu fuit, uti omnino potuisse, quia procul dubio huiuscemodi formulam non παράδοσις, aut lex Iudaeorum oralis, miras in superstitiones implicita, quam Seruator ab se semper auertit, praescripserat, sed usus et simplicissima consuetudo illam docuerat. An uero CHRISTVS eam actu ipso, cum benediceret, retinuerit, ego, SCRIPTVRAE antiquitatisque testimonio destitutus, neque adfirmo, neque nego. Vbi tamen poculo benediceret Seruator Eucharistico, haud dubie *insolentem* et *extraordinariam* precandi *formulam* adhibuit, in quam, cum SCRIPTVRA eam reticuerit, otiose non inquiram.

§. 59. Ἔδωκεν αὐτοῖς. Ita consuetudo apud Hebraeos inualuit, ut in festiuis et solemnibus epulis de poculo benedictionis, postquam Paterfamilias illud libasset, omnes in mensa praesentes gustarent. Hoc dicto, uidelicet *Benedictus es tu Domine etc.* ait GOODWIN. *p. m. 488. delibat* (paterfamilias) *uinum, scyphusque ab eo in corona accumbentium circumit.* Pocula autem quatuor erant ebibenda ab unoquoque, quibus, ut Scholiastae ueteres uolunt, superaddi quintum poterat. *Tr. Pes. c. 10. 2.* לא יפחתו לו מארבע כוסות של יין ואפילו מן צדקות חויבים, *Minimum quatuor pocula etiam ab iis, qui ex Eleemosynis uictitant, ebibenda sunt. Primum poculum* infundebatur *sub coenae initium Maim. tr.* חמץ ומצה, *c. 8. Secundum* ante quaestionem, quam formabant pueri, atque sic ad הגדה, *lectionem Paschalem* spectabant. *Tertium* finiebat coenam, et ebibebatur, cum *a mensa* DEO agerent gratias, unde כוס הברכה, *poculum benedictionis et laudationis* antiquitus dicebatur. *Quartum* infunditur in *fine cantus Hallel*, uel, cum posteriorem Cantici Magni partem canerent. LIGHTF. *ad Matth. XXVI. 27.* HOTTING. *ad* GOODWIN. *l. 3. c. 2. p. 494.* BYNAEVS *l. c.*

l. c. p. 296. LEVVSCH· *Rit. de Sabb. Num. 271.* §. *14.* cui adde *Rituale Germanico - Hebr. et* BVXTORFF· *Synag. Iud. c. 10.* De numero poculorum in Coena CHRISTI Paſchali exhauſtorum, atque ceteris ritibus, de quibus SCRIPTVRA filet, non diſceptamus. Ex ſententia BYNAEI CHRISTVS, more Iudaeorum, diſcipulis calicem porrigebat. HOTTINGERVS ſcribit : *An CHRISTVS pariter hanc Iudaeorum conſuetudinem obſeruauerit, pro indubitato adſerere nollem. Quoniam tamen mos culpae expers, et penes alios receptus, atque eius ueſtigia in Hiſtoria Euangelica deprehenduntur, abſurdum neutiquam eſt, ex illa elucidationem petere.* Id memorabile uidetur, quod unus Euangeliſta dicat, *bibite ex eo* πάντες, alter, ϗ ἔπιον ἐξ ἀυτȣ πάντες, cum tamen de pane dicatur ſimpliciter ſaltim, *edite.* Nimirum praeuidebat Seruator, ui omniſcientiae ſuae, Pontificiorum malitiam, qua, contra praxin primitiuae Eccleſiae, contra ipſius CHRISTI ac Apoſtolorum uſum, Laicis calicem ſubtrahunt. BVXT· *Lex. Talm. p. 616.* Videtur CHRISTVS et in eo reſpexiſſe ad *conſuetudinem Iudaeorum. Magiſtri Hebraeorum* praecipiunt ſerio, ut *omnes bibant in Coena Paſchali.* IOSEPH· KARO *in Schulc. Ar. n. 190. p. 34. c. 3.* ומכל מקום מצוה מן המבחור שיטעמו כולם: *Attamen praeceptum longe praeſtantiſſimum eſt, ut OMNES guſtent.* Vid. HOTTINGERVS *l. c.* Demus id Iudaeis, CHRISTI tamen praeceptum, *bibite ex eo* πάντες, multo praeſtantius eſt, quod omnes, nullo excepto, obligat.

§. 60. Τῆς καινῆς διαθήκης. Καινὸν, חדש, *nouum dicitur, quod ob excellentiam habet admirationem, ut Canticum nouum,* שיר חדש, *Pſ. XXXIII· 3. Apoc. V· 9.* ᾄδȣσιν ᾠδὴν καινὴν, *cap. XIV· 3. Sic et* ὄνομα καινὸν *Apoc. II· 17. III· 12. Item Marc. I· 27.* τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ ἄυτη, *mirabilis et inaudita,* ubi ſignificatus per Articuli geminationem omnino creſcit, et admodum augetur. *Vetera ſordent, faſtidiuntur, noua placent, unde nouum eſt pulchrum, eximium.* Eodem ſenſu praeceptum de amore CHRISTO *Ioh. XIII· 34.* dicitur ἐντολὴ καινὴ, quod in auribus Iudaeorum erat plane nouum et tremendum quid. Arrigebant aures. CLERICVS *p. 202.* Διαθήκη quandoque idem

eſt,

eſt, quod συνθήκη, *foedus*, unde HESYCHIVS exponit per συνωμοσίαν, eine Zuſammen-Verſchwerung, quoniam, ut recte monet BYNAEVS, in ſanctione foederum iuramento ueteres utebantur, *Gen. XXI. 23.* Quare *LXX. Senibus*, contrahentes, ſiue confoederati, συνωμόται adpellantur. *Gen. XIV.* et uox Hebraea בְּרִית, *foedus*, plerumque uertitur per διαθήκην; Emphatice tamen διαθήκη connotat *Teſtamentum*, ultimam morientis uoluntatem, quo ſenſu uox Graeca ad Talmudicos tranſiit, et ab antiquis Graecis, AESCHYNE, DEMOSTHENE, aliis ſaepe uſurpatur, qua de re uid. SVICER. *Theſ. Gr.* et DIETER. *Antiq. Bibl. N. T. uoc.* διαθήκη Eſt igitur *hoc myſterium* καινὴ διαθήκη, *Teſtamentum plane nouum*, quale nunquam ſcriptum legimus, quod in nobis admirationem facit ſummam, ita, ut uerbis exprimi ſatis non poſſit. In coeleſtes enim diuitias CHRISTVS nos adoptauit heredes.

§. 61. Τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Veteres nullum foedus ſine mactatione uictimae faciebant, unde Hebraeorum phraſis כרת ברית, *foedus percutere*, ut CICERO ſignificanter ait, einen Bund ſchlagen, oder ſchlachten, hoc ab antiquo ritu, originem habet, cuius ſanguis effundebatur, et quo contrahentes adſpergebantur. *Exod. XXIV. 4.* quem ad locum CHRISTVS haud dubie adludit, cum ait: τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου - - - ἐκχυνόμενον, et ſimul fortean ad effuſionem ſanguinis Agni Paſchalis, quam memorat *Talm. Peſ. c. 5. et* MAIM. פסח, *c. 1. 6. Sacerdotes ſtant ſeriatim, atque prae manibus habent phialas aureas et argenteas, ſeries altera argenteas, altera aureas, et non confunduntur, et non erant Phialis fimbriae, ne eas ſeponerent, et ſic condenſaretur ſanguis. Iſraelita mactat, et ſanguinem recipit Sacerdos, et proxime adſtanti dat, ille porrigit proximo, qui phialam plenam recipiens uacuam ei dat. Sacerdos altari proximus ſanguinem ſpargit aſperſione una, iuxta fundamentum altaris.* Quanquam enim, omnes circumſtantias et ritus illos praeciſe CHRISTI aetate adfuiſſe, certo non ſcimus, attamen ſummam rei iam extitiſſe, bene nouimus. *Ἄφεσις eſt illius proprie actio, qui, quos habet obſtrictos, dimittit et ſoluit,* המטרה *autem dicitur. In ſacro codice N. T. iungitur uocabu-*

lo

lo ἁμαρτιῶν, quia faciunt peccata nostra, ut obnoxii simus iustitiae diuinae, et Deos nos teneat obstrictos. Itaque passiue usurpatur, dum ἄφεσις ἁμαρτιῶν *dicitur.* CAMERO. Legimus apud *Paulum Heb. IX. 18.* ὅθεν ὐδ' ἡ πρώτη (διαθήκη) χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται; *Vnde ne prius quidem illud Testamentum absque sanguine dedicatum est;* Et *u. 22.* καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας ὐ γίνεται ἄφεσις, *et absque sanguinis effusione non fit remissio.* Vnde nobis incidit in mentem, quod DEVS Adamum statim in Paradiso remissionem peccatorum, quam Adamus secundus, Messias, sanguinis effusione in plenitudine temporis effecit, edocuerit. Non obscure id significatur *Gen. III. 15.* Quemadmodum enim uictor olim, ut ex antiquitate profana nouimus, pedibus suis caput hostis conculcabat, et profliсtus interdum illico, uictore id minime metuente, percussori uulnus inferre poterat, ut sanguis aceruatim efflueret: Ita de uictore Messia et hoste profliсto, qui est Satanas, simile quid legimus, הוא ישופך, *ipse Messias conteret tibi*, Onkel. הוא יהי דכיר לך מה דעבדת ליה מלקדמין: *Ipse memor erit istius, quod fecisti ei ab initio*: Arabs: *Et haec ex te findet caput.* Samarit. הוא יקפנך ריש, *ipse percutiet te capite*, quamuis ceteroquin alii Codices cum Hebraeis legunt הוא ישופך ראש, *ipse conteret tibi caput*; Syrus emphatice הו נדוש *ipse conculcando occidet, interficiet te.* Optime LVTHER. et TIGVR. den Kopff zertreten; item PISCATOR: den Kopff zerknirschen. Ita enim mos uetus ferebat, ut supra accepimus. De Diabolo legimus ואתה תשופנו עקב, *et tu conteres illud* (in) *calcaneo.* Onkel. ואת תהי נטר ליה לסופא, *et tu obseruabis eum in fine.* Targ. Hieros. תהוי מתכוין ונכית יתהון בעקביהון וממרע יתהון:, *eris intentus, ut percutias eos in calcaneis eorum, et ita noceas.* Ita Ionath. praeterquam quod haec uerba, *et ita noceas*, omnibus in codicibus apud eundem non extent. Syrus: ואנת תמחיוהי בעקבה, *et tu feries eum in calcaneum ipsius.* LVTH. die Fersen stechen, TIGVR. zertreten, PISCAT. zerknirschen. Norimb. An. 1483. Du wirst heimlich tragen Neyde ihrem Fuß-Tritt. Hoc est, Draco ille antiquus, more serpentis, uel ritu hostis proiecti, qui, ne uulnus plane relinquat inultum, praeter omnem spem, ensem,

 uel,

uel *μαχαιρὰν* percussori infligebat, עקב, Messiae calcaneum perfodebat, atque sic sauciabat, ut, multo sanguine profuso, illato ex uulnere moreretur. Sed DEVS tamen redemptionis mysterium, et doctrinam de futuro Messia, Protoplastis haud dubie uerbis planissimis reuelauit, quare hi statim ad sacrificia properabant. Legimus *Gen. III. 21.* et *ordinauit*, *iussit*, *disposuit DEVS*, ut fiant homini et uxori suae *tunicae pellis*, qualis habitus *Hebraeis*, *Graecis*, *Romanis*, *Hunnis*, *Getis*, *Hungaris*, *Teutonibus*, *Indo*, *Parthis* et *Scytis* olim non erat infrequens, quemadmodum hodie *Noruegi*, *Tartari*, *Mosci* pellibus contra frigus se uestiunt, qua de re uid. BYN. *de Calc. Hebr. l. 1. c. 2.* Nimirum Adamus procul dubio, promissionis diuinae de semine mulieris non immemor, DEO sacrificia tulit, quomodo deinceps Abel et Cainus, primitias obtulisse DEO, dicuntur. Chrysostomo persuasum est, sacrificium illud legem naturae inculcasse, *Homil. 18. in Gen. p. 173. tom. 2.* GVIL. CAVEVS scribere non ueretur: Ich meines Ortes halte es vor klar und ausgemacht, was zum Exempel die Danck-Opffer betrifft, daß selbige, als die Heiligung der Erstlingen unter den Früchten, und die Darbringung anderer dergleichen Gaben, allerdings den Menschen aus seiner eigenen Vernunfft gelehret worden seyn', daß es nemlich recht und billich sey, selbige, zu Bezeigung eines danckbaren Gemüthes, dem HErrn zu heiligen. Und so fern kunten auch die Opffer im Stande der Unschuld statt finden. Vid. *Antiq. Apostol.* in der Einleitungs-Rede *p. 18.* Sed enim haec adsertio, meo iudicio, ne ueritatis quidem speciem habet. Nouimus natura, DEVM frugibus non indigere, nec ouium sanguine opus habere, nouimus natura, inter beneficia DEI et primitias nullam, ut ita dicam, esse proportionem, nouimus, creaturas ipsius esse DEI, ut adeo frustraneum et absonum foret, si quis ea, quae ipsius sunt DEI, DEO muneri offerret, ut alia, quae submoneri poterant, ob breuitatis studium, taceamus. DEVS igitur speciali mandato sacrificia et primitias offerendas ordinauit, maxime effusionem sanguinis, ut ab initio homines haberent, unde effusionis, per Christum factae, recordari possent. *Dan. IX. 24. Hebr. IX. et X. Rom. III.* Praeter ceteras oblationes, DEO factas, commemorabilia sunt sacrificia

ficia in festo expiationum, quo Pontifex M. semel per annum Sanctum Sanctorum ingressus est, uersus propitiatorium sanguinem consperfit, et peccata totius populi sustulit, quod Paullus explicat et adplicat, *Hebr. IX. 7-13.* Tum quoque sacrificium agni Paschalis et quotidiani, seu iugis sacrificii, de quo alias diximus, attendi debet. Hos igitur ad ritus et oblationes adludit CHRISTVS, cum ait: τȢτο γάρ ἐςι τὸ αἷμά μȢ, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Obseruant praeterea uiri docti, uinum rufum, quale illis in regionibus crescebat, ac in primis in coena paschali bibebatur, egregiam nobis sanguinis memoriam relinquere. BYNAEVS notanter admodum *p. 306.* In den Ländern wuchß gemeiniglich **rother Wein**, daher der Wein bey den Hebräern חמר genannt wird, von חמר, **roth** seyn, wie *Chamara* in der Arabischen Sprache. Und von dieser Bezeichnung wird genannt חמר, **roth**, eigentlich **rothe Erde**, חמר, **Leimen**, von welchen *Dioscorides*, *Serapio* und *Aben Esra* zeigen, daß er **roth** ist, יחמור **Eine Gattung rother Ziegen**, חמור, **ein Esel**, welche in den Morgen-Ländern gemeiniglich **roth** fallen, und חמר, **Wein von feiner rothen Farbe.** In welcher Bedeutung man *Es. XXVII. 2.* lieset: כרם חמר, **vom Weinberge des besten Weins**, eigentlich heißts des **rothen Weins**. *Deut. XXXII. 14.* **Mit gutem Trauben-Blut**, חמר, **mit rothem Wein.** -- Weswegen auch der **Wein**, nach der Hebräischen Sprache, genannt wird **Trauben-Blut**. *Gen. XL. 11. Deut. XXXII. 14.* Welcher Art zu reden auch **Syrach** nachfolget, *c. XL. 31. c. L. 17.* Vid. *1. Maccab. VI. 34.* Ja diese Redens-Art wird auch bey frembden Scribenten gefunden. AESCHYLVS αἷμα ςαφυλῆς; Trauben-Blut, i. e. Wein, ACHILLES TATIVS αἷμα βοτρύων. Statius: *Deserit et pingues Bacchaeo sanguine colles.* Vnde AEgyptii, uinum ex gigantum sanguine originem habuisse, credebant. PLVT. *lib. de Iside:* Οὐδὲ ἔπινον οἶνον, ȣ̓δὲ ἔσπενδον, ὡς φίλιον θεοῖς, ἀλλὰ ὡς αἷμα τῶν πολεμησάντων ποτὲ τοῖς θεοῖς; **Sie, (die AEgyptier,) trincken keinen Wein, noch opffern denselben, als den Göttern angenehm, sondern als das Blut derjenigen, welche ehemalen wieder die Götter gestritten haben.**

§. 62. ὅτι ȣ̓ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τȣ́τȣ τȣ̃ γεννήματος τῆς ἀμπέλȣ. Emphatice duae negationes ȣ̓ μὴ apud Graecos significationem augent, quod satis est notum. BVXT· *Lex. Talm. p. 616. Occasionem*, ait, *sumpsisse uidetur ex Iudaeorum consuetudine, qua uetitum erat, exhausto poculo, plus uini ea nocte gustare. Ita enim expresse traditur in Orach Chaiim, num. 481.* אחר ארבעה כוסות אינו רשאי לשתות יין אלא מים: *Post quatuor pocula non licet bibere uinum, sed aquam. Dicit ergo CHRISTVS, se et in hoc nil contra ipsorum traditiones facturum; sed ita, ut non solum non in ea nocte nullum amplius uinum sit gusturus, sed toto eo tempore, quo adhuc in mundo sit futurus.* Sed enim, quintum poculum, superaddi potuisse, supra audiuimus. Praeterea fallitur, quando dicit: *se et in hoc contra ipsorum traditiones facturum*, nisi per traditiones intelligat fortasse bonas consuetudines. Nam CHRISTVS traditiones Pharisaicas longe ab se amouit. Interim CHRISTVM uerbis: *Bibite ex hoc omnes*, hunc ad morem Iudaicum, de quo, an CHRISTI aetate fuerit, nihil certe constat, adlusisse, uel occasionem inde sumpsisse, pro indubitato adserere nollem. BYN· *p. 308.* Conf. *Gen. XLIX· 11. Es. LXIII· 1.2.3.* Denique phrasis τȣ̃ γεννήματος τῆς ἀμπέλȣ attentionem meretur. Arabs uertit *de succo huius uitis.* Persa: *foetu arboris uuae*, AEthiops *fructu uitis.* Luth. optime vom Gewächs des Weinstocks. Loquitur CHRISTVS cum Hebraeis, quibus uinum ἐμφατικῶς dicebatur פרי הגפן, ut ex ipsa benedictionis formula accepimus: *Benedictus sis - - qui creas* פרי הגפן, *fructum huius uitis.* CHRISTVS igitur hic communem loquendi usum sequitur, et significanter admodum uinum פרי הגפן, τὸ γέννημα τῆς ἀμπέλȣ, adpellitat, quod uolebat bibere in regno gratiae post resurrectionem καινὸν, id est, καινῷ τρόπῳ, ut, teste BYNAEO, CHRYSOST· et THEOPHYL· interpretantur, non ad corporis leuationem, sed ad resurrectionis confirmationem, cuius uirtute nos resurgemus, cum omnium rerum adpropinquabit finis. Reliquos huius capitis uersiculos, ex ritibus ueterum illustratos, uide apud Marcum et reliquos Euangelistas.

CAPVT

CAPVT XXVII

§. 1.

Ad u. 9. Vid Praefationem Lucae, ubi locum hunc uexatissimum data opera discussimus. Ad u. 15. Consuetudines, in ueterum Paschate usu receptas, ac commemorabiles, uel hanc ob caussam examinandas censui, quod uolumini praesenti ipsum circa Paschatis festum ultimam adiecimus manum, et argumentum illud plurimis, iisque non leuibus, difficultatibus impeditum locis SCRIPTVRAE faculam accendit compluribus. Pascha ueterum in *Iudaicum* atque *Christianum* commode diuidi potest. Praemittemus Iudaicum, initium ab *etymologia* facturi. Nonnulli, IRENAEVM, IVSTINVM MARTYREM, TERTVLLIANVM, AMBROSIVM, LACTANTIVM, CHRYSOSTOMVM, alios ueterum nomen illud a Graecis transtulisse, uolunt, quod praeter ceteros hic *Homil. IV· in 1. Epist. ad Timoth.* diserte ait: πάσχα λέγεται, ὅτι τότε ἔπαθεν ὁ χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν. Sed enim CASAVB· *Exercit XVI·* contra BARONIVM *Num. 11. p. 406. sqq.* GLASSIVS *Phil. S· L· IV· Tr. III· p. m. 1278.* et HILDEBRAND· *Antiquit. Bibl. Libr. I. p. 28.* CHRYSOSTOMVM et complures alios uerum etymum non latuisse, recte sentiunt. Nam Patres aliquando κατὰ τὴν κατάχρησιν, ut aiunt Graeci, et ἀκύρως fuerunt locuti. Glossema illud adlusio est et pia meditatio, qua ingenium exercent Patres, licet, quosdam ex linguae sacratioris ignoratione saepius errasse, facile largiamur. Sic GREGORIVS NAZIANZENVS, *Orat. 42.* εἰς τὸ ἅγιον πάσχα initio, uocem illam ab Hebraeis esse deriuandam, adserit, deinceps adludit quoque ad uocem Graecam πάσχω, *patior.* AVGVSTIN· *L· XVI· de Ciuitate Dei Cap. XLIII·* et *Enarrat. in Ps. LXVIII·* τὸ πάσχα scite interpretatur *transitum*, nomenque Hebraeum esse, disertis uerbis ait. BOCHART· *Hieroz. P· I· Libr. II· Cap. L· n. 1.* πάσχα uocabulum uocat Chaldaeum. Paschae nomen, inquit,

quit, est Chaldaicum; Hebraeis idem est פֶּסַח, *Pesach.* Chaldaei dicunt פִּסְחָא, *Pischa*, uel *Pascha*, quia פָּסַח, id est, *transiuit*, DEVS super Israelitarum ostia, postes eorum agni sanguine tinctos uidens, quod idem statuit TOLETVS, uerba Iudaei PHILONIS *de Vita Mosis* secutus: Die XIV. mensis Nisan sub ipsum tempus, quo luna suum orbem solet implere lumine, celebratur migrationis publicae festiuitas, quam Chaldaice Pascha nominant. Atenimuero apud ONKELVM et IONATHANEM semper inuenitur scriptum per Chireck, nunquam per Patach. Forsan post tot dialectorum commixtionem, et uarias idiomatis Hebraei mutationes פַּסְחָא pronuntiarunt cum uulgo καταχρηστικῶς Pascha, ex quo פִּסְחָא, pronunciatione paullulum immutata, facile fluxerit Graecum Pascha. Hinc Pascha, quantum quidem ego iudicare possum, prima origine uox est Hebraea, quam Iosiae adhuc aeuo scribebant פֶּסַח, *2. Chron. XXXV. 1.* ab radice פסח, *transgressus est, transiliit*, cuius uim expressit SPIRITVS S. *Exod. XII. 27.* his uerbis: זבח־פסח הוא ליהוה אשר פסח על־בתי בני ישראל במצרים בנגפו את־מצרים ואת־בתינו הציל: LVTHERVS: Es ist das Passah-Opffer des HErrn, der vor den Kindern Israel übergieng in Egypten, da er die Egypter plagte, und unsre Häuser errettete. Post captiuitatem uero Babylonicam, Chaldaeae cum dialecto Hebraei adsuescerent, uoci פסח adiecerunt sub finem terminationem Chaldaeam א, unde, mutatis mutandis, פסחא. Aut Hebraeorum פסח, uel Chaldaeorum פסחא, uenit, ut complures aliae uoces, ad Graecos, qui exinde suum mutuati sunt πάσχα, quod deinceps Hebraei posteriores detulerunt a Graecis, uti in uoce ἀββὰ exemplum illustre habemus. DRESSERVS *de Dieb. Festis p. 62.* non ineleganter innectit: *Ab Hebraeorum* Phase *Germanice* Paß, *quod transiit Dominus per Aegyptum, unde et uerbum* passiren, *item* Paß-Wort, Vid. REIZIVS ad GOODWINVM *p. 36.*

§. 2. Etymologiam excipit *Synonymia.* Chaldaeis festum illud, uti iam audiuimus, dicitur פסח et פסחא, ab eadem radice פסח, *transiliit*, *transgressus est.* Samaritanis itidem sonat פסח, *Pesach.* Syrus habet פסח et פצחא, siquidem

dem Semkath et Zode literae ſunt unius organi, quae facile inter ſe permutantur. Radix extat apud Lexicographos et in SCRIPTVRIS paſſim פצח, *exultauit*, *hilaris fuit*, *exhilarauit uultum*, *Paſcha celebrauit. Pſ. XCVIII. 5. Eſ. XLIV. 23. Gal. IV. 27.* Vnde originem habent פצירחא et פצירותא, *hilaritas*, *gaudium*, *feſtiuitas*, *Rom. XII. 8.* פצירחאית, *laete*, *ſolemniter.* Atque ſic פצחא deſignat hilaritatem, laetitiam, feſtiuitatem inſignem, ſolemnitatem cum tripudio et iubilo immediate coniunctam. Apud Hebraeos datur radix huic non abſimilis פצח, *eleuauit uocem*, *cecinit*, *laetatus fuit*, *exultauit*, *Pſ. XCVIII. 4.* Aethiopi uocatur agnus Paſchalis, feſtum Paſchatis, quae uox פסח et פצח ſignificat quoque gaudium, laetitiam *Luc. VIII. 13. Iac. I. 2. Pſ. L. 15. Ioh. VIII. 56.* Vid. CASTELL. *Lexic. ad uoc.* פסח, *p. 3027.* Arabi Paſchatis feſtum audit פצח, *ſerenus dies*, *bonus dies*, Paſcha, *Num. XXXIII. 3.* quae adpellandi ratio conuenit cum Chaldaeo פצח, *clarum*, *ſerenum*, *nitidum*, *Eſ. XVIII. 4.* et non multum abludit ab Hebraea phraſi יום טוב, *dies bonus*, *ſerenus*, quamuis ceteroquin radix etiam extet apud Arabas פשח, quae aliquando idem eſt, quod Phraſis Hebraea הרחבת לי בצר, feciſti mihi dilatationem in illa coarctatione, ἐπλάτυνάς με, uti Graeci uertunt, du lüffteſt mein Hertz, du erweiterſt die Klammern und Bande meines Hertzens, du haſt mir דרך, den Weg, breit, und den Raum, das Spatium, weit gemacht in dieſer Beängſtigung und Beklemmung, quemadmodum LVTHERVS exponit. Eduxiſti me in planum ex arce, qua coarctatus, et ab hoſtibus undiquaque circumuallatus et preſſus eram. Poſt θλίψιν enim, צר, aut στενοχωρίαν, Angſt der Seelen, *Rom. II. 9.* laxatio cordis et dilatatio eſt nota laetitiae. Vnde Arabs phraſin illam Pſaltis Hebraeam uertit: Laetificaſti me, et D. LVTHERVS eleganter admodum: Der du mich tröſteſt. Nos inſigne exinde percipimus gaudium, quod uoces illas quaſi ab laetitia deſumptas uidemus, quo reſpectu Talmudici Paſcha יום טוב, ἡμέραν adpellant καλὴν, יומא שפירא, pulchrum diem, qua de re uid. *Cap. XXVI. 10. p. 340.* Hoc ſcilicet feſto nihil laetius, nihil pulchrius, nihil iucundius unquam fuit, quo conclamarent in Cantu M. Halleluia: *Haec*

est dies, nempe טוב, insignis et notabilis, *quam fecit Dominus, laetemur et exultemus in ea.* Hanc ob caussam Pascha ἁπλῶς in Antiquitate, tam sacra, quam profana, nomine חג uenit, ab radice חגג, *celebrauit festum, tripudiauit, in orbem iniit, circumgiratus est, 1. Sam. XXX. 16.* חג praegnanter quoque et κατ' ἐξοχὴν interdum Paschatis festum designare, maximam ob festiuitatem, in uulgus notum erit. Conuiuia enim ueteribus splendida sub dies in primis festos instituebantur, laetitia cordis tripudio, iubilo, aliisque externis signis significata, qui mos praesertim in natione Iudaica obtinuit, quod confirmant etiam שלמי חגיגה, siue שלמי שמחת חגיגה, *pacalia gaudii Chagigae*, de quibus iam non est dicendi locus. Ab hoc conuiuandi more post peracta sacrificia Christianorum Agapae fluxisse uidentur, quae comitabantur coenam DOMINI, ideo celebratae, ut egenis subueniretur, et pauperes exhilarentur. Certe in Agapis et Iudaeorum שמחת החגיגה, *conuiuiis lautis et laetis festiualibus*, finis erat mutuus amor, consortium, egenorum subleuatio, exhilaratio, sustentatio. Vid. SCHVRZFLEISCHII *Dissert. de Vet. Agap. Rit.* HOTTINGER ad GOODWIN. *Mos. et Aar. Libr. III. Cap. II. p. 478.* WILLIAM CAVE erstes Christenthumb, *P. I. Cap. 11. p. 358. P. II. Cap. 4. p. 453.* Vox ἑορτὴ festo Paschatis tribuitur κατὰ λόγον ἐξαίρετον, unde D. LVTHERVS *1. Cor. V. 8.* significanter admodum transfert τὸ ἑορτάζωμεν, Lasset uns Ostern halten, ab ἔοργα, ut interpretes passim uolunt, *feci, sacrificaui*, quam uocem ducunt ab ῥέζω, uel, poetice ἔρδω, ut ἱερὰ ῥέζειν, *sacra facere*, et ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς apud HESIODVM, *Libr. I. ἔργων u. 135.* Sic Pascha ueterum Lucas dixit *Cap. XXII. 1.* ἑορτὴν ἀζύμων, et u. *7.* ἡμέραν τῶν ἀζύμων, quam denominandi rationem expositam uide *Ex. XII. 15. sqq.* PHILONI uocatur διαβατήριον, IOSEPHO ὑπέρβασις et ὑπερβασίαι, SYMMACHO ὑπέρβασις, THEODOTIONI Φασὲχ et Φασέα. GREGORIVS NAZIANZEN. et BASIL. M. nominant ἑορτὴν διαβατήριον. SOZOM. adpellat πασχαλίαν ἑορτήν. Sic PHOTIO dicitur simpliciter πασχαλία et πασχάλιος scil. ἑορτὴ, item πασχαλία ἑβδομὰς, πασχάλιοι ἡμέραι, quo sigillatim nomine Christianorum Pascha insignitur. Germani uocant festum Ostern,

Ostern, das Oster-Fest, circa quam uocem Eruditi diuersas in sententias eunt. Aliqui ducunt ab antiqua uoce Urstende, uel Aufferstehung, quam ad opinionem accedunt HILDEBR. *de Dieb. Fest. p. 77.* et HOSPINIAN. *de Orig. Fest, Christian. p. 58.* Aliis uenit nomen Ostern ab hostia, quae est CHRISTVS pro peccatis nostris immolatus, *1. Cor. V. 7.* Vnde βουλυτῖνος, siue *πελάνοι*, *oblatae Paschales*, die Oster-Fladen, ab offerendis hostiis dictae. Nonnulli deriuant ab Ost, unde Oesterreich, quod sole oriente sol iustitiae surrexit, et quod oriens sacris in rebus lucis et laetitiae symbolum fuerit. Nec desunt, qui, uocem descendere, putant ab *Easter*, Dea antiqua Germanorum et Britannorum, cui mense Aprili sacrificabant, quare mensem ideo Easter-Monath adpellarunt. Qua de re uid. VRSIN. *Acerr. Philol. Libr. I. 5. num. 22.* et LVNDII Jüd. Heiligth. *Libr. V. c. 10. p. 970.*

§. 3. Qua *homonymiam* sumitur uocabulum Pascha I. SENSV BIBLICO, a) *proprie* pro ipso transitu AEgyptiaco, ab Angelo percussore facto, *Ex. XII. 11. 12.* b) *improprie* et quidem 1) *late*, quando festum, et ipsum agnum, et sacramentalem circa ipsum actionem subinuoluit, *Num. IX. 2. sqq. 2. Chron. XXXV. 16. 17. 18. 19.* 2) *stricte*, ubi denotat (α) *festum paschale*, uel diem, quo agnus mactabatur, *2. Chron. XXXV. Exod. XXXIV. 25. Leu. XXIII. 5. Matth. XXVI. 2. Marc. XIV. Ioh. VI. 4.* (β) *totam per septem dies durantem festiuitatem*, uel עבודה, cultum, celebritatem festi octiduanam, *Ex. XII.* (γ) *metonymice* ipsum agni paschalis sacrificium, *2. Chron. XXXV. 1. 6. 7. 8. 9. 11. 13. Exod. XII. 11. 21.* etc. (δ) Agni Paschalis *Anti-typum* CHRISTVM, *1. Cor. V. 7.* Τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐθύθη χριςός. Ita SOCRATES *Libr. V. Cap. 22.* ORIGENEM dixisse refert, Ἓν πάσχα ἀληθινὸν γεγενῆσθαι, ὅπερ ὁ σωτὴρ ἐπετέλεσεν, ἐνεργήσας κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυναμένων etc. *Vnum fuisse uerum Pascha, quod perfecerit Saluator, uim exercens suam aduersus contrarias uirtutes, per passionem in cruce, Ioh. I. 29.* (ε) CHAGIGAM, siue solemnem laetitiam in שלמי שמחה; sacrificiis pacificis, *Ioh. XVIII. 28.* de quibus infra pro instituti ratione pauca adnotabimus. II. SENSV ECCLESIASTICO,

 ubi

a discrimine, quod obseruant Iudaeorum Doctores inter Pascha in Aegypto et postremis temporibus Reipublicae celebratum, quod, teste laudato LIGHTFOOTO, *Thosaphta in Tract. Pesachim* ita describit: 1.) Pascha Aegyptiacum sumpserunt decima die, mactauerunt decima quarta, nec propterea fuerunt rei Excisionis. Posterioribus temporibus propterea rei fuissent Excisionis. 2) De Paschate Aegyptiaco dicitur: Ipse et uicinus sumant agnum, sed non est sic dictum de Paschate in posterioribus generationibus. Sed dico, inquit R. Simeon, dictum est de Paschate in futuris temporibus, idque, quia homo non sinet proximum uicinum Pascha sumere cum altero. Nam dicitur: Melior est uicinus proximus, quam frater remotus. 3) In Paschate Aegyptiaco non tenebantur adspergere sanguinem et pinguedinem in Altare: Sed aliter se res habet in Paschate posteriorum temporum. 4) De Paschate Agyptiaco dicitur: Imponetis ex sanguine duobus postibus, et superiori limini. Sed sic se res non habet in posterioribus Paschatibus. 5.) In Paschate Aegyptiaco dicitur: Nemo uestrum limine aedium suarum exibit ad matutinum tempus: Sed sic non fuit in sequentibus generationibus. 6) Pascha in Aegypto ab unoquoque domi mactatum fuit. Sed posteriora Paschata uno in loco mactauit Israel. 7) Vbi comederunt Pascha in Aegypto, ibi etiam pernoctare debuerunt: Sed posterioribus temporibus comedebant id uno in loco, et pernoctabant in alio. Attamen Pascha in Aegypto celebratum, et sequentia, unum fuerunt Pascha: Quicunque habebat seruos incircumcisos et ancillas non baptizatas, non licuit illis Pascha comedere. Sed dico, ait R. Eliezer, filius Iacobi, SCRIPTVRA loquitur duntaxat de Paschate in Aegypto. In hisce Pascha in Aegypto et sequentibus temporibus celebrata similia erant. Pascha Aegyptiacum erat in tribus domibus: Ita et sequentia Paschata. Pascha Aegyptiacum erat agnus electus ex grege, masculus sine macula, anniculus: Sequentia etiam talia erant. De Paschate Aegyptio dictum est: Nihil ex eo relinquetis ad matutinum tempus. Idem etiam sequentibus temporibus obseruabatur. R. Iosi Galilaeus dicit: Dico fermentum in Aegypto interdictum tantum fuisse in unam diem.

Pascha

Paſcha Aegyptiacum requirebat Canticum: Ita et Paſchata poſterioribus temporibus. Quae circa has Iudaeorum hypotheſes ſubmonenda, maximam partem adnotauit antea laudatus LIGHTFOOTVS l.c. Nos iter pandimus ad Paraſceuen, ſiue diem Paſcha praecedentem. Vid. Cap. XXVI·1. Matthaei, ubi Paraſceues mentio eſt iniecta.

§. 5. Quodlibet feſtum praeiuit προσάββατον, παρασκευή. Diem Paſch. profeſtum uocant ערב פסח, item ערב יום טוב den Oſter-Abend, den heil. Abend des frölichen, oder guten Oſter-Tages. Per illum diem aliqui ab omni opere abſtinebant, ſigillatim Hebraeorum Magiſtris id adfirmantibus, Galilaei, in quod tamen anxie non inquiremus. Totam inde diem in ambitu ſuo uocitabant ערב, den heil. Abend, ſicut et nos hodie diem profeſtum laxe adpellamus den heil. Abend. Audiamus CASAVB. l. c. p. 421. *Auctor Megillath* THAANITH Cap. XI quod eſt de menſe Schebath, ut res diuerſas, ſed quae magnam adfinitatem haberent, commemorat, habere Sabbathot paraſceuas, ſiue coenas puras Sabbathorum, et harbe iam tobh, paraſceuas dierum bonorum, id eſt, magnarum ſolemnitatum. Fit ibidem etiam mentio ſchel chag. ערב יום טוב הראשון של חג, *praeparationis boni diei prioris feſti tabernaculorum.* In his et ſimilibus locis, quae ſunt paſſim obuia, ערב, *hereb*, eſt, quod Gallice dicimus, La ueille de la feſte, illa, inquam, ueſpera, quae praecedit feſtum diem. Graeci dicunt τὴν προεόρτιον, qua uoce uſus eleganter PHILO *de Vita Contemplat. p.616.* cum adpellat τὴν ἑβδομάδα προεόρτιον μεγάλης ἑορτῆς, adludens ad hunc morem Iudaicum obſeruandi paraſceuas feſtorum maiorum. Ac proprie quidem, ut ipſa uox indicat, ſola ueſpera eſt paraſceue, quare in edicto Auguſti apud IOSEPHVM *Libr. XVI Cap. 10.* Paraſceues Sabbathi tempus definitur ab hora nona: Sed tamen totus ille dies, nempe Veneris, cuius pars erat illa ὀψία, adpellatur paraſceue Sabbathi. Sic Iudaeis, qui Paſcha ſuum comederunt ineunte die decima quinta, paraſceue Paſchalis fuit, proprie quidem loquendo, ueſpera diei decimae quartae, quo fere tempore DOMINVS noſter cruci eſt affixus: Laxe uero accipiendo, dies ipſa decima quarta fuit illis et Sabbathi

bathi parasceue, ut semper; et Paschatis parasceue, sicut ait Iohannes etc. Alii uero ab hora tertia praeparare se ad festum incipiebant, quare illis tempus hoc, Pascha ipsum proxime praecurrens *ἰδίως*, et quasi *primario* dicebatur ערב פסח, der heilige Oster-Abend. Maxima eo tempore cura erat, ut praepararent se, ornamenta festiualia procurando, corpus ab immunditie purificando et lauando, capillos abscindendo, et quae sunt id genus alia. Vid. LIGTHFOOT· *Hor. Talmud. ad Ioh. VII· 2.* et *ad Ioh. XI· 55.* Primaria tamen cura fuit exterminatio fermenti omnis, ita, ut ne fragmenta, uel frusta minima in domibus relinquerentur. Lex in hoc praecepto seuerissima excisionem minabatur. *Exod. XII· 15. 18. 19. Exod. XIII· 7. Leuit. XXIII· 6. Num. XXVIII· 7.* Rabbinis inuestigatio fermenti adpellatur בריקת החמץ, *inquisitio fermenti. Talm. in Pesach. Cap. I.* אור לארבעה · עשר בורקין את החמץ · לאור הנר: *decima quarta, dum erat adhuc aliqua lux, curabant, inquiri fermentum, ad lucem candelae.* Per quam lucem decimae quartae diei interpretes intelligunt decimam quartam diem sub uesperam, cum nox appeteret, et candelae accensae essent. Titulus de Paschate Hebraice et Hispanice etiam, sed literis Hebraicis, teste LIGHTFOOTO *de Minist. Templ. Hieros. p. 728.* interpretatur: אין אינטראדה די קאטורזי דיל מיז די ניסן: *En entrada di quatorze del mez de Nisan.* Initio decimae quartae diei mensis Nisan quaerebant fermentum in omnibus iis locis, in quibus uti solebant fermento, etiam in foraminibus, idque non ad lucem solis, aut lunae, aut lampadis, sed cereae candelae הנר של שעוה, id est, קון קנדילה די סירה, Con candela di cera. Vid. MAIMONID· in חמץ ומצה, *Per. 5. Cap. 2.* Praemittebant hanc precandi formulam : *Benedictus esto tu o Domine, DEVS noster, rex aeterne, qui sanctificasti nos tuis praeceptis, et iussisti nos eiicere fermentum.* Quicquid inueniretur, in pyxidem, aut cistulam, coniiciebant, aut alio loco, ad quem nullus posset accedere mus, custodiebant. Inuestigationem ipsam his finiebant uerbis : כל חמירה דאיכה ברשותי דחמיתיה ולא חמיתיה ליבטל ולהוות כעפרא דארעא *Omne fermentum, quod est intra possessionem meam, quod uidi, uel non uidi, nullum sit, aut sit tantum puluis terrae.* Fermentum igitur

igitur omnibus rimis et domibus efferunt. SCHINDLER. *Lexic. Pentagl. p. 158.* Prohibebatur autem panis ἔνζυμος a nocte XIV· ad diem XXI· Nisan, quod si relictum esset fermentum, inferebat flagellationem 39. uerberum. Posteaquam satis inquisitum esset, remouebatur uel comburendo, uel comminuendo in micas, et dispergendo in uentum, uel aquam. Dispersione praesertim in aquas fermentum omne et totum ita remouebatur, ut nulla uestigia, uel indicia relinquerentur. Disiectum ideo legimus in profundum maris, ut ne puluis quidem, nedum mica, amplius conspiceretur. Hinc dispersio in aquas plus erat, quam dispersio in aerem, uel combustio in igne. Quando dispergebatur in aerem, tunc particulae quaedam adhuc supermanebant, quae poterant uideri, quando comburebatur, adhuc cinis supererat, quando uero aquis submergebatur, omnium quasi oculis subducebatur, ita, ut impossibile fuerit, fermentum in puluerem redactum, et profunditati maris demersum, conspicere. Quicquid enim remotissimum esse debebat, in profundissimum mare olim abiiciebatur, quo trahunt aliqui locum, *Mich. VII· 19.* ותשליך במצולות ים: *Et abiiciet in profunditates maris omnia peccata eorum ;* Ac locum *Matth. XVIII· 6.* καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, quo de καταποντισμῷ, ritu Graecis, praesertim non infrequenti, uid. DRVS. *Obseruat. L· III· Cap. XXIII· et* PFEIFFERI *Antiquitates Hebr. Cap. II· p. 20.* Ad hanc fermenti eiectionem adludit PAVLLVS, *1. Cor. V· 7.* Ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην etc. De cetero quatuor alii constituunt reiiciendi fermenti gradus, 1) expurgationem, 2) inquisitionem, 3) exterminationem, seu conflagrationem, 4) execrationem, qua de re uid. GOODWINI *Mos. et Aar. Libr. III· Cap. IV· p. 552.* In Parasceue, siue ערב הפסח, panes Azymi et miseriarum coquebantur, de quibus, praeter BVXTORFFIVM, HOTTINGERVM, LIGHTFOOTVM, LEVSDENIVM, LVNDIVS conferri meretur in Jüd. Heiligthümern *Libr. V. Cap. XII· p. 985.* qui pagina sequenti superaddit: Es ward dis Fest ausser dem Tempel mit den Hörnern, und im Tempel mit Drometen eingeblasen. Die Mauren im Vorhoffe wurden auch, dem Feste zu Ehren, mit den schönsten bunten Tapeten behänget, id quod et in aliis festiuis solemnitatibus in usum uenit.

 §. 6.

§. 6. *Subiectum* spectari potest 1.) κατὰ θέσιν, *positiue*, ubi agni Paschalis subiectum constituebant soli circumcisi, seu Hebraei, seu peregrini. *Exod. XII· 44. sqq.* adultiores tamen u. 26. 27. et mundi, *Num. IX· 6.* כל־עדת ישראל יעשו אתו, πᾶσα συναγωγὴ Ισραὴλ ποιήσει αὐτό. MAIMONID· קורבן הפסח, Cap. II· *tota congregatio Israelis* ואחד איש ואחד אשה, *et uiri et foeminae ad illud praeceptum aequaliter obligabantur.* Ad unius agni esum ad minimum decem personarum sodalitium requirebatur, ante mactationem agni selectum. MAIMON· *l. c.* אין שוחטין את הפסח אלא למנוי: *Non poterant mactare Pascha, nisi personas antea numerauerint.* Societates huiuscemodi uocantur חבורות, συνάξεις, uel Φρατρίαι. GOODWIN· et HOTTING· ad eundem *p. 540.* LIGHTF: *Minist. Templ. p. 731.* Superaddunt Rabbini, mulieres seorsim, seruos iterum seorsim societatem constituisse. Sed integras ordinarie familias fuisse coniunctas, nempe uiros, uxores, liberos, seruos, admodum probabile est. 2.) Subiectum considerari debet κατ' ἄρσιν, negatiue, ubi infantes loquela et iudicio destituti, immundi, proselyti portae non potuerunt admitti, aderant tamen liberi, qui poterant quaerere: *Quid est cultus iste uobis.* DIETERIC· *Antiquit. Biblic. V· T· p. 183.* Ad secundum Pascha, mense secundo die XIV· celebrandum, obligati fuerunt illi, qui 1.) tempore mactationis primi agni erant immundi, 2.) qui longius Hierosolyma distabant, 3.) qui per errorem intermiserant mactationem agni secundi, rei fiebant כרת, *exterminii*, et fiel in GOttes Gerichte, daß ihn GOtt möchte zeitlich, und nicht ewig straffen, uti uolunt aliqui cum DASSOVIO, uel, ut aliis placet, coetu sanctorum excludebatur, quam exclusionem uocant כרת κατ' ἐξοχήν, exterminium, ex consortio sanctorum et Synagoga, quod Hebraice dicitur *Exod. XII· 15. exscindi ex Israele*, Graece ἀποσυνάγωγον ποιεῖσθαι, *Ioh. XVI· 2.* qua de ex Synagoga eiectione, praeter SELDEN· uid. STEPHAN· *Thesaur. T· I· p. 88.* SAGITTAR· *Passion. P. I· C· XIX· p. 262.* MENOCHIVS, HILDEBRANDVS, GOODWINVS, alii. 4.) qui inter primum, secundumque Pascha facti erant iustitiae proselyti et minorennes, qui interea adoleuerant. 5.) qui, urgente necessitate, quae

quae nullam habet legem, a primo Paſchate abfuerant, utpote aegrotantes, in uincula coniecti etc. Quae ſingula fuſius perſequitur MAIMONIDES et, praeeunte hoc, LIGHTFOOTVS, *l. c.*

§. 7. *Obiectum* multa quidem, quae Paſchalibus in ſolemnitatibus obſeruarunt Hebraei, in ſe complectitur, et late patet, ſed, ſollicite iam in ſingula inquirere, non uacat. Perluſtrabimus tamen praecipua, 1) *agnum* הפסח ἰδίως adpellatum, quem in atrium humeris portabant, Tr. פסחים, *Cap. VI. 1.* Portationem illam κατ' ἐξοχὴν uocant רכבה. 2.) *Chigigam.* Praeter iuge ſacrificium, quod ſingulis offerebatur diebus, hora dimidia praeter propter octaua, die Paſchatis uero hora 9. qua Chriſtus efflauit animam, in Paſchate alia offerebantur, inde a die primo usque ad diem ſeptimum, duo iuuenci, unus aries et ſeptem agni, in holocauſtum, ut et hircus pro peccato oblatus, et die Paſchatis ſecundo manducatus. MAIMONID. *de Cotid. Sacrif. Cap. VII.* Notabile praeſertim eſt ſacrificium בקר, ſiue *boum*, *Deut. XVI. 2.* pro Chagiga, ſeu לשלמי חגיגה, *in ſacrificia Chagigae*, quae agnum excipiebant paſchalem, die nempe ſequenti. Proprium tempus adducendae Chagigae, teſte LIGHTFOOTO, erat dies XV. maximam ob feſtiuitatem, ſolemne, inde *Num. XXVIII. 16.* dicitur, Peſach fuiſſe domino die *XIV.* etc. u. 17. חג, feſtiuitas ſolemnis, die XV. Scriptores N. T. tempus illud uocant μεγάλην ἡμέραν. Rabbini ἁπλῶς חגיגה, uel שלמי שמחת החגיגה, *pacalia gaudii Chagigae*, ſiquidem erant ſacrificia illa pro laetitia et exhilaratione. Atque ſic חגיגות erant conuiuia, quae adiiciebantur agno Paſchali die XV. Nam Iſraelitae in feſto ad duo praecipue obligabantur: 1.) ad ראיה, *comparandum coram Domino*, in atrio, idque cum ſacrificio, 2.) ad חגיגה, ſolemnem laetitiam, ad quam obligabantur, et illi, qui non erant adſtricti ad ראיה, *comparandum* coram Domino. *Chagig. fol. 2. 2.* Is, qui ſurdus quidem eſt, at tamen non mutus eſt, non tenetur ad comparitionem, at tenetur tamen לשמחה, *ad laetitiam*, ſiue Chagigam. Maimonid. Tract. קרבן פסח, Cap X. במשקריבין את הפסח בראשון מקריבין עמו שלמים ביום ארבעה עשר מן הבקר אומן הצאן גדולים

גדולים או קטנים זכרים או נקבות ככל זבחי השלמים וזו היא הנקראת חגיגה: *Quando offerunt Pascha mense primo, simul offerre solent pacalia die decimo quarto* (loquitur cum uulgo. Pacalia etiam offerebantur die XV· Chagigae diei XIV· successu temporis introductae. CHRISTI aetate non erant usitatae.) ex pecore bouino uel ouino, maioribus, minoribus, sexu masculino, aut feminino, ut alia pacalia, Nomen habent Chagigae. Vid. LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Ioh. XVIII· 28. p. 670. et Minist. Templ. p. 741.* OTHON· *Lex. Rabbin. p. 456.* HOTTING. *ad* GOODWIN. *p. 534.* REIZIVS *ad* GOODWIN. *p. 255.* qui adiicit: *In hoc conuiuio* חגיגה, *quod immediate cohaesit cum comestione Paschali, institutum est* δεῖπνον κυριακὸν, *Coena Dominica.* Sed hanc Chagigam diei XIV· aetas CHRISTI ignorauit. 3.) Panes azymi. 4) Embamma חרסת, cuius inuentores erant scribae מקבלים, *παραδοσίων* custodes. Gemarici et Scholiastae hic uarias in sententias distrahuntur, quas, cum parum hac in re situm sit, recensere superuacuum censeo. Adpositum e fructibus amaris et dulcibus in memoriam argillae creditur, ex qua lateres composuerant Patres in Aegypto, LIGHTFOOT· *Minist. Templ. p. 737.* Habebant, inquit, etiam patinam, cuius crassum erat condimentum, quam uocabant חרוסת, *Charoseth,* plenam dulcibus et amaris cibis, ut dactylis, ficubus, addo, malis citreis et Punicis, uuis, aceto etc. MAIMONID. *Tract.* פסחים, Cap. VIII· BVXTORFF· *Vindic. Exerc. de Coen.* HERBAS AMARAS, *Exod. XII· 8.* LVNDIVS l. c. p. *993.* mit bittern Salsen etc. Secundum Talmudicorum mentem erant חזרת, *lactucae*, עולשין, *intyba*, Endivien, uel, ut Auctor Lexici Aruch uertit, Körblin-Kraut, תמכא, *de la chioree*, cichoreum, חרחבינה, *beta*, מרור, *prasium*, uel linostrophon, aut marrubium. Vid. *Tr.* פסחים, *Cap. II· 6.* R. SALOMO ad *Exod. XII·* LIGTFOOT· *l. c. p. 736.* BVXTORFF. *Lexic. Talmud. uoc.* תמך, LVNDIVS l. c. Addunt alii אפיקומן, *patinam*, ut exponunt, *ultimam*, refertam nucibus, pomis, aliisque bellariis, Nachtracht, ab Hebraeis in conuiuio adpositam, exceptis Paschalibus epulis, ubi interdicta dicunt fuisse bellaria. Sed enim Magistris longe alia mens fuit. Coena paschalis peragenda erat *ἄνευ κώμου.* Vetitum erat ire אפי קומן, id est,

eſt, *ἐπὶ κῶμον*, *comeſſatum.* Nam in Talmude duae ſunt uoces, et Canon ſic ſonat: אין מפטירין אחר פסח אפי קומן, *μετὰ τὸ πάσχα οὐκ ἀποπέμπουσιν ἐπὶ κῶμον.* Graecis et gentibus iuit olim in conſuetudinem, ut poſt epulas noctu ad uicinas domos ſe cateruatim conferrent, et conuiuia luxurie plena renouarent, qua de conſuetudine antiquitus uſitata legimus apud Ariſtophanem, qui hunc luxuriandi, et cum ſtrepitu ac cantu conuiuia inſtaurandi ritum adpellat *ἐπὶ κῶμον βαδίζειν*, *ἐπικωμάζειν*, de quo uideſis CASAVBON. *Libr. I. de Sat. Poeſ. p. 151.* DIETER. *Antiquit. Biblic. p. 183.* HAMMOND. *ad Rom. XIII. 13. p. 100.* Talis comeſſator praegnanter THEOCRITO dicitur *κωμαστής*, uti Scholiaſtae *κωμάζειν λέγεται ἐπὶ τῶν κατὰ νύκτα εἰς ἐρωμένας ἀπερχομένων*, dicitur de iis, qui noctu poſt ſympoſia ad amaſias eunt cum facibus et taediis et *κρουσίθυρα* et *θυροκόπικα*, amatoria cantica, ad amicarum oſtium decantant, epulaſque ſuas poſtmodum iterant. Hoc igitur uituperat Synagoga Iudaica in canone illo rituali: אין מפטירין אחר פסח אפי קומן *μετὰ τὸ πάσχα οὐκ ἀπολύουσι τὸ δεῖπνον ἐπὶ κῶμῳ*, *poſt Paſcha non ſinunt ire comeſſatum*, id eſt, interprete *Gemara Babyl.* non permittunt, hoſpites ſodalitii et conuiuas מחבורה לחבורה, *ἀπὸ Φρατριᾶς ἐπὶ Φρατριάν*, a conuiuio, ut DIETERICI uerba ſonant, in quo una *Φρατριὰ* epulata eſt, ad conuiuium, in quo altera epulatur, diſcurrere. Vnde Rabbini poſteriores, SCALIG. *de Emendat. Temporum, Libr. VI. p. 572.* LIGHTFOOT. *l. c. p. 738.* et OTHO *in Lex. Rabbin. p. 453.* canonem minus recte interpretantur de bellariis, quos inter hi duo, fractam unam placentam in duas partes, unamque reſeruatam eſſe pro bellariis, abſque fundamento ſtatuunt, niſi, haec poſterioribus contigiſſe temporibus, dicas.

§. 8. Hic ut in tempus feſti paullo ſollicitius inquiramus, operae pretium erit. 1. Praemittimus computationem LIGHTFOOTI, quae *in Hor. Talmud. ad Io. XII. 2. p. 652.* ſic ſe bene habet: DIES IX. Niſan Sabbatum. *6.* diebus ante Paſcha coenat IESVS apud Lazarum, exeunte iam Sabbatho, quando pro more gentis erant coenae lautiores. MAIMONID. Schabb. C. *29.* X. DIES SOLIS. 5. diebus ante Paſcha proficiſcitur

cifcitur iterum Hierofolymam, maledicit ficui infructuofae. *Matth. XXI· 18. 19. Marc. XI· 11. 12. 13.* Vefpere redit ad Bethaniam *Marc. XI· 19.* XII. DIES MARTIS. 3. Diebus ante Pafcha redit Hierofolymam. Obferuant difcipuli ficum arefactam, *Marc. XI· 20.* Vefpere recedens ad Bethaniam, fedens in monte olIueto, praedicit excidium templi et urbis. *Matth. XXIV·* atque ea loquitur, quae continentur *Matth. XXV·* Hac nocte coenat apud Simonem leprofum. *Matth. XXVI· 1. fqq. Ioh. XIII·* XIII· DIES MERCVRII. Hunc diem tranfigit in Bethania. Nocte ingruente, tota fe gens adplicat ad exterminationem fermenti, *Pef. Cap. I·* XIV· DIES IOVIS· Mittit duos difcipulos, ut parent Pafcha. Ipfe poft meridiem intrat Hierofolymam, uefpere comedit Pafcha, inftituit Euchariftiam, prehenditur, et tota fere nocte fiftitur in iudicio. XV· DIES VENERIS· Poft meridiem crucifigitur. XVI· SABBATHVM· Sabbatizat in fepulchro. XVII· DIES DOMINICVS. Refurgit. Calculus ille LIGHTFOOTI hiftoriae facrae magnam adfert lucem, et diem praefertim, qua Seruator comedit agnum, facit notam. 2.) Difpiciendum eft de mactationis tempore, quod DEVS praefcribit, *Exod. XII· 6.* בין הערבים, *inter duas uefperas.* LXX· Senes habent πρὸς ἑσπέραν; VVLGAT· *ad uefperam.* SAMARITAN· inter uefperas. SYRVS ad occafum folis. Iudaei Germanienfes bene reddunt צווישן צווייא אובנטן, zwifchen zwei Obenten; Item ONKELVS: בין שמשיא, inter duos foles; Et ARABS: Inter duos occafus. R. MOS. COTZENS. *fol. 117. col. 1. de Pafch.* ait: שחיטה הפסח היא ביום ארבעה עשר אחר חצות *Mactatio agni peragitur die XIV· poft meridiem.* IOSEPH· *Libr. 7. de B· I· Cap. 17.* agnos, fcribit, mactatos effe ἀπὸ ἐννάτης ὥρας μεχρὶ ἑνδεκάτης, *ab hora 9. usque ad 11.* id eft, ab hora noftra 3. usque ad 5. uefpert. ABEN EZRA ad Ex. XII· exiftimat, unam uefperam effe, cum fol occidit, alteram uero, cum nox plane aduenit. MOSES GERVNDENSIS fubintelligit coniunctionem diei et noctis. Sed enim, tot intra tam breue temporis fpatium agnos mactari potuiffe, quis crederet? Nos affentimur illis, qui duas uefperas cum DIETERICO *in Antiquit. Biblic. V· T· p. 182.* fic interpretantur: *Prior uefpera dicitur, qua fol declinat, cum fol ad occafum uergit;*

Pofterior,

Posterior, qua infra nostrum horizontem descendit, cum iam occidit, nec dum tamen sunt tenebrae. Consentiunt SCALIGER. *L. 6. de Emendat. Temp.* MASIVS *ad Ios. V. 10.* BOCHART. *Hier. P. I. L. II. Cap. L. p. 401.* SCHINDLER. *Lexic. uoc.* ערב, *p. 1381.* BEZA *ad Ioh. XIX. 14. p. 287.* CASAVB. *Exod. XVI. p. 417.* LVNDII Jüd. Heiligthüm. *Libr. V. Cap. XII. p. 987.* Vid REIZIVM ad GOODWINVM *p. 245.* IOSEPH. *Antiquit. Iud. Libr. XVI. Cap. 10.* Hanc uesperae computationem haud dubie ONKELVS et ARABS intendunt, ut quasi fuerit una uespera solis, altera luminis, id quod Graecis etiam moris erat, quibus satis nota δείλη πρωΐα et ὀψία, quod discrimen EVSTATHIVS ad ODYSS. SVIDAS, HESYCHIVS, aliique interpretantur. VId. BYNAEVS *de M. C. Libr. I. Cap. 6.* et *Antiquit. Passion. p. 257.* Licet uero duplicem uesperam Antiqui computarent, quae ὀψίας nomine ἰδίως et primario ueniret κατὰ τὴν συνεκδοχὴν, totus tamen aliquando dies dicebatur ערב, uespera, uti diximus supra. 3.) Id uexat interpretes, quod legimus *Matth. XXVI. 7.* τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, *Marc. XIV. 12.* καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων. *Luc. XXII. 1.* Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων ἡ λεγομένη πάσχα, ubi cum *Matthaeo* conspirant SYRVS, ARABS, PERSA, AETHIOPS; Et *Ioh. XIII. 1.* πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ubi SYRVS: *Ante diem festum Paschatis*; ARABS: *Et ante diem fiestum Paschae*; PERSA: *Ante festum Paschatis duobus diebus*; AETHIOPS: *Et ante festum Paschae.* BARONIVS, Iohannem communi loquendi usu esse locutum de die artificiali, ab ortu ad occasum, non de naturali, putat, id quod refellit CASAVBONVS *Exod. XVI. p. 416,* qui cum plerisque ex nostratibus Iohannis uerba interpretatur de festo Iudaeorum, et sigillatim de die X. quo tum Iudaei Pascha suum comederint; Reliquorum autem Euangelistarum effatum explicat de legitimo edendi Pascha die XIV. feria quarta, die Iouis Nisan. Nam si CHRISTVS, subiicit statim, ante tempus legitimum Pascha celebrauit, id est, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, non seruauit legem, neque πληρωτὴς, sed παραβάτης τοῦ νόμου fuit, quod etiam cogitare impium est, nedum absurdum. Alii aliter sentiunt, et ab

scopo

ſcopo aberrant plurimi. Iohannis coena et pedum lotio contigit Bethaniae, ut rectiſſime iudicant, et uere adſerunt. LIGHTFOOTVS, BYNAEVS, LVNDIVS, HOTTINGERVS ad GOODWIN. p. 560. alii. Vnde Iohanni dicendum erat: Πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, quod PERSA expreſſiſſe uidetur: *Ante feſtum Paſchatis duobus diebus.* Difficultas circa Azymorum initium etiam facile tollitur. Panibus azymis utebantur ordinarie ſecundum legis praeſcriptum per integros ſeptem dies, ubi, ordinarie dico, non abſtinebant fermentato pane, niſi ineunte coena Paſchali, uel ab initio XV. diei usque ad finem diei XXI. menſis Niſan, unde Moſes, *Exod. XII. 16.* diem XV. uocat πρώτην τῶν ἀζύμων. Ne quid tamen hanc in legem peccaretur, a XIV. die initium fiebat auferendi fermenti ab aedibus, antequam agnus eſſet mactatus. Immo quibusdam, praeſertim Galilaeae incolis, totus dies XIV. iam erat feſtus. Alii in Iudaea a meridie diei XIV. a laboribus ceſſabant, *Tr.* פסחים, *Cap. 4.* Addo, quod Paſchatis feſtum cum Azymo pane auſpicati fuerint in fine diei XIV. et ſub initium diei XV. Incipiebant autem Iudaei dies ab occaſu ſolis ſecundum primam omnium computationem, Gen. I. *Nox et mane fuerunt primus dies*, quod ſignificatur quoque uocabulo νυχθήμερον, nox et dies, hoc eſt, dies naturalis. Propterea is dies Matthaeo, Marco, Lucae uocatur πρώτη τῶν ἀζύμων. Vnde IOSEPHVS feſto adſignat ἡμέρας ὀκτώ, initio ducto a decimo quarto menſis, quo die deſinente comedebant panem azymum, *Exod. XII. 18.* Vid. CLERIC. *in Adnotat.* HAMMONDI *Matth. XXVI. 17. p. 199.* HAMMOND. *ad Marc. XIV. 12. p. 261.* BYNAEVS *l. c. p. 243.* Fruſtra igitur GOODWINVS l. c. p. 563. refugit ad diſtinctionem inter computationem dierum ciuilium et dierum ſacrarum, quin immo, obſeruatione, quam adduximus, rite perpenſa, exſpirat et illud, quod SAGITTAR. l. c p. 77. ſequentem in modum literis conſignauit. Procul dubio loquuntur hi Euangeliſtae more Romanorum, quibus τὸ νυχθήμερον ab orto ſole incipit. Quia enim ueſpera proxima inchoabant azyma, Judaei autem a ueſpera illa, qua CHRISTVS Paſcha comedit, ſextam auſpicabantur feriam, ſecundum Judaeos nondum fuiſſet primus Azymorum dies. At ſecundum Romanam

diei

dici dimensionem uespera illa, ac praecedens lux diurna ad eundem diem, nempe diem quintum, pertinebat.

§. 9. Festiuitas igitur initium sumebat die XIV· exeunte et die XV· mensis Nisan incipiente, quem deriuant uulgo a ניס, *fuga*, aut נוס, *fugere*, licet BOCHARTVS uerius forsan adferat, נִיסָן pro נִסָּן dici, uocali longa defectum Dagesch fortis supplente, quod signa, uel uexilla militaria, hoc primum mense educuntur. Est mensis, quo sol signum arietis ingreditur, in SCRIPTVRIS אביב dictus, *Deut. XVI, 1.* mensis spicarum, dum hordeum spicatum tunc esse solebat. *Syri* uocant ירחא דהבבא, *mensem florum*, *Arabes* שהר אלפריך, *mensem granescentis segetis. Graeci* μῆνα τῶν νέων, scilicet καρπῶν. Nam postridie Paschatis falx immittebatur in messem, quo tempore DEO offerebant primitias, unde festum primitiarum nomen accepit. Sed mitto haec, et, ne iusto sim longior, ad quaestionem me confero, quam mouent Eruditi, multo uexatissimam: QVO DIE CHRISTVS AC IVDAEI PASCHA COMEDERINT? Diuersas, in quas eunt uiri de re literaria optime meriti, opiniones, easque praecipuas ὡς ἐν συνόψει, uelut in tabula, sistam.

§. 10. I.) Communis sententia de Paschali die haec est, CHRISTVM edisse Pascha die XIV· legitimo, Iudaeos autem Paschale festum in diem XV· uel propter traditionem Babylone adlatam, uel alias ob caussas, transiecisse. In eo tamen conueniunt ferme omnes, quod, Iudaeos illegitimo tempore, nimirum die XV· suum manducasse Pascha, credunt, licet de cetero recensendis in circumstantiis mirum in modum uarient. Hypothesin ad tuendam argumenta cumulant, quae magnam omnino ueritatis speciem prae se ferunt. Videbimus ergo, rationes, non inerudite excogitatae, quid habeant in recessu.

§. 11. Primum refugium quaerunt in *Ioh. XVIII· 28.* ubi Praetorium ingredi Iudaei recusant, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' φάγωσι τὸ πάσχα, quod argumentum solidum censent D· CALOV· et CASAVB· *Ex. 16. n. 24.* Quia enim CHRI-

STVS Pascha suum, ut putant, iam perfecerat, et Iudaeorum Pascha adhuc instabat, exinde, hos festum transtulisse, inferunt. Sedenim respondetur, Iudaei non intelligunt hic agnum Paschalem, sed Chagigam, quam cum uulgo, etiamsi ceteroquin uiri docti, SCALIG· CAPPELL· et CASAVBON· *p. 419.* contra tendant, Euangelista Pascha nominat, *2. Par. XXXI· 7. 8. 9. Deut. XVI· 2.* quo loco פסח *generis instar*, ut FRISCHMVTHVS loquitur, *se habet ad subsequentes uoces* צאן *et* בקר, *quae quasi per ἐπεξήγησιν subiiciuntur, perinde ac 1. Paral. XXIX· 2. Num. XXVII· 11. Ex. XX· 24. 2. Chron. VII· 5. Gen. XLIII· 11.* Atque sic צאן et בקר censentur species esse sui generis, nempe τοῦ פסח in Canaan. Nam, Pascha ex ouibus et bobus olim constitisse, manifesta loquitur litera. MAIM· *Tr.* פסחים, *c. 10.* non diffitebatur supra, ouium et boum sacrificia Paschatis nomine insigniri. Id, quasi in transitu, insuper monemus, צאן orientalibus minora animalia u. c. oues et capreas, בקר autem maiora designare, ut boues. Non ergo male interpretantur VVLGATVS: *Immolabis Pascha Domino DEO tuo de ouibus et bobus*; SYRVS: מן ענא ומן תורא *de ouibus et bobus*; Et ARABS: מן אלענם ומעה אלמקר, *ex ouibus et cum eis ex bobus.* Nec contemnenda sunt, quae innectit FRISCHMVTH· *Diss. de hac Quaest. §. 11. Manifestum idem est u. 3. Deut. XVI· ubi haec uerba leguntur :* Septem diebus comedes cum eo Paschate azymos panes. *Quod enim cum infermentato pane comedendum dicitur per septiduum, illud πάσχα fuit uocatum. Atqui uictimae de bobus* etc. Ceterum ellipsin, uocis ביום, *in die*, quam hic fingit CAPPELLVS, uid. discussam apud eundem FRISCHM· et alios. Conf. LIGHTFOOT· *Matth. XXVI· 26.* et BOCHART· HIEROZ· *l. c.*

§. 12. Fauere illis uidetur *Ioh. c. XIX· 31.* Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ubi fontes κατὰ πόδα sequuntur SYRVS, ARABS, AETHIOPS; PERSA tamen habet: CVM FERIA ESSET SEXTA. Dies igitur, quo CHRISTVS affigitur cruci, παρασκευὴ τοῦ πάσχα adpellatur. CAPPELLVS sua in *Epicrisi de Vltimo CHRISTI Paschate p. 63.* annotat,

παρασκε-

παρασκευὴν ἁπλῶς et *simpliciter* adiectam designare semper προσάββατον, cum addita uero uoce πάσχα, πεντηκοστῆ etc. *pridie festi illius.* CLOPPENBVRGIVS ait, dici Parasceuen Paschatis, quia paraecedebat secundam diem Azymorum, qua ex more instaurabatur et restaurabatur Pascha. BARONIVS, Parasceuen Sabbati fuisse et diem ipsum Paschatis, proptereaque dici παρασκευὴν τῦ πάσχα, quam explicationem uocat frigidam CAPPELLVS· Praeterea *Cardinalis ille*, solum Sabbatum habuisse Parasceuen, asserit, quod idem reiicit CASAVBONVS *p. 421.* BOCHARTVS scribit, παρασκευὴν esse diem Veneris, quae Hebraeis ערב, uel ערובתא, adpellari consueuerit. Consentire, quod mirum, uidetur CASAVB· *Ex. 16. n. 15. p. 417.* Subscribit sententiae nostrae FRISCHM· *l. c. §. 15.* qui scite obseruat, antiquo more, diem hunc Veneris Parasceuen uocari, quae ipsa denominandi ratio apud antiquissimos Arabas usu fuerit recepta. Adhaec uetus liber *Bereschit Rabba, Paraschı XI· p. 8. col. 3. edit. Venet.* dies hebdomadae hunc in modum numerat: *Prima dies septimanae, secunda, tertia, quarta, quinta,* ערובתא, PARASCEVE, sabbatum. Tandem subiicit FRISCHMVTH· πάσχα eodem adiungi modo, quo nostra memoria dicitur *Dominica Paschae, Dominica Pentecostes.* Ego, si dicendum, quod res est, existimarem, Veneris diem hic παρασκευὴν uocari τῦ πάσχα, quod fuit *Parasceue Chagigae*, qua die *Pascha*, id est, *Chagigam* edebant, de qua supra et §. praecedenti satis diximus.

§. 13. Tertium argumentum fundatur *Ioh. XIX· 31.* Ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνυ τῦ σαββάτυ. Festa solemnia septem uel octo constabant diebus continuis, quorum primus et ultimus ob מקרא קדש, *sacram congregationem*, reliquos excellentia praecedebant. Primus in specie dies. maxime solemnis erat, magnus ideo dictus. DIETER· *Antiq. Bibl. V· T· p. 182.* Atque sic dies μεγάλη uocatur *non ob gemini festi, Sabbathi et Paschatis, concursum*, sed *ob solemnitatem et sanctam congregationem*, uti dies ultimus Scenopegiae, *Ioh. VII· 37.* quorsum LXX· Senes respexisse nonnulli putant, quando uerba.

Ef. I. 13. מקרא קרא reddunt ἡμέραν μεγάλην. Exinde Iudaeos μεγάλην ἡμέραν tum nondum celebrasse, id est, agnum nondum manducasse, dissentientes inferunt. Atenimuero μεγάλη ἡ ἡμέρα apud *Iohannem* est *dies Chagigae*, siue laetitiae solemnis, ad quam omnes sine exceptione erant adstricti, id quod a nobis supra est demonstratum.

§. 14. 4.) Quarto uerba Pilati *Ioh. XIIX. 19.* EST AVTEM CONSVETVDO VOBIS, VT VNVM VOBIS DIMITTAM ἐν τῷ πάσχα, obiiciunt, ubi per τὸ πάσχα illi Pascha Iudaeorum, quod nondum comedissent, intelligi malunt. Respond. cum CASAVBONO *l. c. p. 423.* qui a dissentientium partibus fortiter hactenus stetit: *Melius igitur* τὸ πάσχα, IN PASCHA, *interpretabimur laxe et simpliciter, tempore festi Paschatis et Azymorum. Quare Matthaeus et Marcus dicunt, liberationem hanc fieri solitam* κατὰ ἑορτὴν, *tempore festi huius, quod plurium fuit dierum; Nisi malit aliquis extendere illa uerba ad festa etiam alia nobiliora: Non enim dixerunt Matthaeus et Marcus* κατὰ δὲ ἑορτὴν, *tempore huius festi, sed ambo sine articulo,* κατὰ δὲ ἑορτὴν, *tempore festi, quod Gallice diceremus, es festes, uel etiam a chasque feste. Docti iudicent. Mihi quidem Articulus non temere uidetur praetermissus.*

§. 15. Quinto hypothesin uerbis Iohannis *c. 13. 1.* πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, tuentur, quippe inde colligunt, postridie demum Iudaeos comedisse agnum Paschalem. Responsio est in promptu. Haec facta sunt Bethaniae, non in coena CHRISTI Paschali, *Luc. XXXIII. 3. Ioh. XIII. 17.* Vid. LIGHTF. *ad Matth. XXVI. 3.* et FRISCHM. *l. c.*

§. 16. Sexto sequentem in modum argumentantur: *Synedrium, ui decretorum et legum, non consedit die festo, nec reum aliquem censuit, uti legere est apud Seldenum.* Nam illo tempore *nefas Iudaeis erat, iudicia exercere.* Immo *Matth. XXVI. 5.* notanter legitur: Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ. *Maimonid.* disertis uerbis: אין דנין דיני נפשות לא ערב שבת ולא ערב יום טוב: *Iudaei res capitales non iudicant*

dicant in parasceue Sabbati, aut in Parasceue diei festi etc. Sic disputant *Casaubon* et *Cappellus*. Sed, uelim, obseruetur, praegrandes peccatores diebus etiam festis dedisse poenas, praesertim si in decem DEI Attributa, ut cum Hebraeis loquar, et Templi sanctitatem peccatum commiserint, aut euaserint blasphemi, quos in primis ἐν αὐταῖς ἑορταῖς plecti, consueuerunt Antiqui. Quin immo delinquentes contra Maiestatem diuinam, qui blasphemiam euomuerant et in sanctitatem Templi, wieder diese heilige Stätte, habebantur iniqui, illico, ex iure Zelotarum, punire, fas erat. Vnde lapides in Christum, cum in Templo commoraretur, coniiciebant impii, et Prophetas in Templo, immo ad aram etiam, occisos esse, constat. *Maim. de Rebell. c. 4.* עד הרגל משמרין וחונקין ברגל שנאמר וכל ישראל ישמעו ויראו: *Vsque ad festum custodiunt, et ipso festo strangulant, quia dictum est:* (Deut. XVII. 13.) ET OMNIS ISRAEL AVDIET ET TIMEBIT. *Extraordinarius* igitur Synedrii *consessus*, qui locum inuenit ob dies etiam festos, ab *ordinario consessu* probe discernendus est. Tum delictorum habenda ratio, circumstantia temporis non neglecta. Certe etiamsi inter hostes Christi initio sic conuenerit, mentem tamen et consilia occasione, tempore, turba illis fauentibus, statim mutarunt, existimantes, maledictum sine mora de medio tolli oportere, ut iram abs se diuinam et maledictionem auerterent. Vid. GROT. *de I. B. et P. l. 2. c. 20. §. 8.* Diss. nostra V. Ant. Pass. *Paul* FAGIVS ad *Deut. XVII. 13.* alii, de quibus infra quoque dicendi erit locus.

§. 17. Septimo contendunt acriter, Synedrium tulisse legem, ut Pascha transferretur in diem Sabbathi, ad uitandum duplicis festi concursum, idque propter mortuos et olera, uel ob fimetum. Dicunt, quod molesta et intolerabilis, immo ἀδύνατος fuerit per duos continuos dies operum seruilium u. c. ciborum adpararus et coctura, uestium et lectorum compositio, ignis et lucernarum accensio, fasciarum et cunarum infantilium lotio atque purgatio, mortuorum pollinctura et funeris procuratio, ob nimiam in primis aestus uehementiam. Allegant sui ad defensionem canonem Iudaicum BEZA *ad Ioh. XVIII. 28. p. 258.* CAPPELL. *p. 23.* לעולם לא בד״ו פסח, *nunquam Pascha*

 incidit

incidit in secundam, quartam et sextam feriam, quae literis בד״ו notantur. Translationem feriarum, et Paschatis, utut non eodem semper modo, defendendam in se susceperunt, aut certe non improbarunt e Pontificiis PAVL. *de S. Maria* BVRGENS. in Hisp. Episcop. PAVL. MIDDELBVRGENS. Episcop. Forosempron, ONVFRIVS PANVINIVS, Eremita Augustin. IANSEN. Episcop. Gandauens. MALDONAT. Iesuita; E Protestantibus MVNSTER. HEINR. BVNTING. SCALIG. CALVIS. CASAVBON. cuius uid. *Exercit. 16. contra Baron. p. 414.* Sed ad haec adlata regerimus, propter necessitatis et amoris opera, diebus festis peracta, nihil DEO decedere. Ac licet canones rituales contrariam in partem ire, et superstitiones Iudaicae, quae CHRISTI aetate cum nimia sanctitate et traditionum obseruatione uigebant, nobis uideantur obstare, scimus tamen bene, canones Iudaicos recentioris esse aetatis, quos CHRISTI memoria utique ignorauit. Superstitio et nimia sanctitas uero nihil euincunt aliud, quam quod, ui superstitionis et nimiae sanctitatis, diem Paschatis transferre, Iudaeis nefas habitum fuerit, etiamsi legis diuinae, quae diem definiuit et praescripsit sancte seruandam, nullam habuerint rationem. Quin immo Iudaei manifesto fatentur in *Talmud. Massech. Succ. c. 5.* יום טוב סמוך לשבת בין לפניה בין לאחריה: *Festum Sabbato coniunctum, siue antecedat, siue subsequatur.* ABEN ESRA satis clare *ad Exod. XXIII. 4.* במשנה גם בתלמוד ראייה שהיה פסח בבד״ו: *In Mischna et Talmud exempla habemus, quibus probari queat, Pascha incidisse in feriam.* Obiicitur a CAPPELLO pollinctura CHRISTI et funebris pompa facta a *Iosepho Arimatheo.* At enim hic sanctus uir nullam habuit pollutionis curam, qui aliter edoctus SERVATORI hactenus adhaeserat, bene sciens, charitatis necessitatisque opera leges non subire. Ceterum in fine diei XV. ac initio XVI. Iudaeos Pascha comedisse, e Reformatis statuunt, praeter supra nominatos, CALVIN. PISCAT. DEODAT. BAILIVS, ADNOTATORES ANGLICANI; E Pontificiis PETAV. ex nostratibus CALOVIVS *ad Matth. l. c.* DIETER. *Antiq. Bibl. p. 102.* et plures alii.

§. 18.

§. 18. Denique recurrunt ad duplicem Φάσιν, id quod prolixe agit CAPPELLVS *l. c. p 53.* cum ait: *Dixi enim, duplicem esse apud Iudaeos rationem inchoandi menses Lunares, nempe uel ἀπὸ τῆς Φάσεως, uel ἀπὸ τῆ συνόδε, indeque natam uideri, quae inter eos a prima antiquitate obtinuit in Nouiluniis conuiuandi per biduum, consuetudinem. Prior illa numerandi ratio magis est popularis, posterior ista magis naturalis, adeoque certior, sed paulo abstrusior. Hanc sequuntur hodie, iam a multis seculis, Iudaei omnes in hoc suo exilio, et diuturna captiuitate; Illam sequebantur olim Hierosolymitani, omnesque terrae Israelis incolae ueteres, stante eorum Republica, teste Maimonide ex Misna et Talmude.* Hinc enata consuetudo festa solemnia *per biduum celebrandi*, atque sic *duplex potuit esse dies legitimus festum celebrandi atque inchoandi, pro duplici mensis initio*, immo CHRISTVS hoc pacto anteuertere Pascha Iudaicum uno die, *sine legis uiolatione et moris inter Iudaeos recepti euersione potuit.* Hactenus CAPPELLVS. Ad incertam Nouiluniorum computationem refugiunt PETAVIVS, *et* LVDOV. *de* DIEV. *Cum enim*, aiunt, *iis, qui procul aberant Hierosolymis, innotescere tam cito haud posset, quo die praecise festum celebrari debeat, unde factum, ut singula festa per duos dies celebrarent, quod hodiernis Iudaeis in consuetudinem uenit, ut* BVXTORFF. *tradit.* CAPPELLI assertum maximam, non diffiteor, ueritatis speciem habet. Sed enim unde, illam duplicem computandi rationem CHRISTI aetate Iudaeis fuisse notam, probare poterit? *Talmudici* ipsi in Φάσεως recensione admodum ambigunt et haerent, immo mens eorum est, stante Republica et templo, diem Paschatis nec transferri, nec immutari, nec duplicari ulla ratione potuisse, quippe, florente Republica, leges de dierum festorum praescriptione illibatas semper mansisse, ad unum omnes pertendunt, extra Templum ad legum obseruationem se non esse adstrictos, existimantes, unde ipsis hodie noua est ratio Pascha celebrandi, quod nimirum, ut aiunt, extra terram Israelis iam nunc uiuant. Adhaec incerta sunt, quae CAPPELLVS magno nisu disputat et contendit. Nam *Scriptura* tacet, *Talmudici* magis pro nobis stare uidentur, *Antiquitas*, ut alia silentio praetereamus, ipsa reclamat. Idem

regero

regero ad argumentum PETAVII et LVDOV· de DIEV· Vius Iudaeorum hodiernus id euincit, quod iam asseruimus de temporum discrimine scite obseruando. Ante CHRISTVM et diebus Seruatoris, hoc est, florente Republica Iudaica, ferias unquam, nedum Pascha, mutasse, negamus et pernegamus, quia iussit DEVS, et praescripsit et diem et locum, *Ex. XII· Deut. XVI· 6.* Vid. FRISCHM· *l. c. c. 2. 1.*

§. 19. II. Notetur eorum etiam hypothesis, quibus, CHRISTVM anticipasse diem legitimum, persuasum est. 1.) Argumentum palmarium sequentis est tenoris : CHRISTVS dicitur κύριος τῦ νόμυ, *Matth. XII· 6.* Hinc potuit Pascha comedere die XIII· ut die, quo Iudaei essent manducaturi, posset pati, GROTIVS ad *Matth. XXVI· 18.* HAMMOND· *p· 262.* Resp. Si Iudaei post CHRISTVM crucifixum celebrarunt Pascha, non fuit ἔννομον, seu κατὰ νόμον ; Quod si CHRISTVS etiam anteuertit diem, denuo non fuit secundum legem. Atque Iudaei, stante Republica, tenacissimi legum extiterunt obseruatores, exactores, defensores ; Et CHRISTVS legis diuinae accuratissimus erat et acerrimus obseruator et uindex, quem ne minimi quidem peccati poterant arguere, nec inuenimus, Iudaeos illum aliquo uitio et ἀνομίᾳ potuisse grauare, *Marc. XIV· 55.* E. id manifesto relinquitur, et Iudaeos et CHRISTVM iusto legitimoque tempore Pascha instituisse. Seruator quidem κύριος est τῦ νόμυ, et maior templo, sed subiectus tamen per omnia legibus, *Gal. IV.* ut nos DEO lucraretur, quod Theologis exponendum relinquimus. 2.) Dissentientes inferunt, CHRISTVM, inuitis Sacerdotibus, et clam Pascha suum comedisse. Resp. Hoc a ueritate alienissimum est. Agnus non potuit edi, nisi sanguine eius ad altare sparso et adipe combusto. Mactandus erat publice in atrio totius consensu populi. Nefas fuit summum, si extra Templum, aut die ederetur illegitimo. *Deut. XVI· 6.* MAIM· פסחים, *c. 1.* אין שוחטין את הפסח אלא בעזרה כשאר הקרושים: *Non mactant Pascha, nisi in atrio, more reliquorum sacrificiorum.* ABARB· *ad Ex. XVI· 6.* 3.) CAPPELLVS superaddit aliam rationem *p. 7.* *Nimirum*

ut

ut τὸ τυπωθὲν ad amussim typo suo responderet. Nam sic cruci affixus fuit *eo die, eaque hora, qua a Iudaeis secundum legem agnus Paschalis immolatus fuit, nempe* בין הערבים, *hora circiter tertia pomeridiana, tribus, aut quatuor, ante solis occasum horis.* Atenimuero argumentum bene inuertitur, id quod omnino commemoratione dignum, a uiris doctissimis, in primis a CLOPPENBVRGIO, subsequentem in modum: *Si Iudaei Pascha suum post Christum crucifixum, atque e cruce depositum, celebrarunt, non fuit ἔννομον, seu κατὰ νόμον. Nam, Christo crucifixo, et quum de cruce deponeretur, ob corporis τοῦ τυποθέντος praesentiam, cessabat omni iure typica Agni θυσία. Neque si pridie facta non esset, tum fieri debuit. Quapropter sic contra censeo, ut τὸ τυπωθὲν typo responderet accurate; necesse fuisse, ut et Iudaei et Christus pridie crucifixionis suae agnum immolarent.* 3.) GROTIVS excogitauit distinctionem inter πάσχα θύσιμον et μνημονευτικὸν, quam expensam et explosam inuenies apud D. CALOVIVM *ad Matth. XXVI.* BVXTORFF. *Dissert. de Coena*, et CAPPELL. *l. c. p. 124.* qui sententiam GROTII accuratissime percenset. *Distinguit ergo hic inter Pascha θύσιμον et μνημονευτικόν. Θύσιμον uult esse epulum illud sacrum, quod initio XV. diei Nisan, sub uesperam, celebrabatur, in quo Agnus Paschalis in Templo a Sacerdotibus immolatus, certis ritibus obseruatis, comedebatur. Istud uult a solis Iudaeis, qui Ierosolymam Paschatis tempore ascendebant, celebratum esse, eo, quod alibi, quam in Templo, et ab aliis, quam a sacerdotibus, mactari non debuerit Agnus Paschalis. Verum, quia non omnes Iudaei, maxime uero dispersi post captiuitatem Babylonicam, ascendebant, neque poterant semper ascendere Ierosolymam singulis annis tempore Paschatis, uult ab illis, qui domi remanebant, nec Hierosolymam ascendebant, agitatum fuisse epulum quoddam illius ueluti uicarium, in quo, ante iustam coenam, tortae Azymae et πικρίδες certo ritu edebantur - - Hoc epulum* GROTIVS *uocat, distinctionis gratia, Pascha μνημονευτικὸν, et Pascha quidem, quia tempore festo Paschatis, a DEO praescripto, celebratur, μνημονευτικὸν uero, quia fuit μνημόσυνον, memoriale, quoddam solemne liberationis Maiorum suorum ex AEgypto. In hoc autem differre uult a θυσίμῳ, quod in μνημονευτικῷ nullus*

 fuit

fuit agnus mactatus et esu absumptus, quodque alio loco, et alia die agitari potuit, quam θύσιμον. Sed enim quis crederet GROTIO, CHRISTI Pascha fuisse μνημονευτικὸν Iudaicum. 1.) Tale Pascha aetate CHRISTI, et stante Republica nunquam fuit. Est figmentum GROTIANVM. 2.) CHRISTVS sic egisset contra legem, quod saltim cogitare impium est, et, *iudice* CASAVBONO, absurdum. Nam CHRISTVS fuit τελειωτὴς τῦ νόμυ, minime uero τῶν παραδόσεων, siue νόμυ πατροπαραδότυ, id est, *statutorum Iudaicorum.* 3.) CHRISTVS Hierosolymis erat, ubi haberi potuit Pascha θύσιμον. 4.) Hodierni Iudaei, quod non ignoramus, utique habent Pascha, non θύσιμον, quod dudum cessauit, sed μνημονευτικὸν, quod recentioris est aetatis, et accurate loquendo, ne titulum quidem Paschatis meretur. Templo enim exciso, putant Iudaei, se ulterius ad ritus agni primi adstringi non posse. Quae singula ubi altius expendamus, adparebit, nulli harum sententiae subscribi oportere. Quapropter assentimur illis, qui, CHRISTVM uno eodemque cum Iudaeis et legitimo die Pascha comedisse, pertendunt.

§. 20. IV. Sententia haec nostra ad ueritatem quam proxime accedit. 1.) SPIRITVS S. diserte ait *Luc. XXII. 7.* Ἦλθε δὲ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. Illud igitur τὸ ἔδει confirmat, Christum ex praescripto legis die XIV. Pascha comedisse. Syrus fontes apposite admodum uertit: ומטי יומא דפטירא דבה אית הוא עידא דנתנכסי פצחא: *Et aduenit dies Azymorum, in qua* RITVS uel CONSVETVDO erat immolare Pascha. 2.) Confirmant thesin nostram dicta *Exod. XII.* etc. *Matth. XXVI. 2. Marc. XIV. 1. Luc. XXII. 1.* 3.) CHRISTVS fuit τελειωτὴς acerrimus, nec Iudaei a praescriptione legis, hoc in passu, recesserunt. CHRISTVS certe nunquam contra leges et bonas regulas iuit, ut egisset, quod summum nefas erat. OTHO *Lex. Rabbin. p. 443.* 4.) Argumenta, quae contra nos erant directa, feliciter sunt remota, hinc, uelimus, nolimus, nobis statuendum est, ui praesertim uerborum ἐν ᾗ ἔδει, Pascha ueterum in unum, eundemque semper diem incidisse. Consentiunt

tiunt e Pontificiis ALCVINVS, BELLARMIN· BARONIVS, CORNELIVS a LAPIDE, BARRADIVS et ESTIVS; E Reformatis BRVGTHON; Ex nostratibus BROCHMANDVS, FRISCHMVTHVS, LVNDIVS· Controuersiam, quae diu exagitauit Ecclesiam Graecam et Latinam, in qua quaerebatur, quo die Christianorum celebrari Pascha debeat, ac utrum ἄζυμος, an ἔνζυμος panis in coena Domini sit adhibendus? suo loco et tempore expendemus.

§. 21. Modus celebrandi Pascha, siue forma, consistit in ritibus, qui pro ratione temporum mutarunt. Plurium hinc inde cerimoniarum mentionem iniecimus, quare, quod res est, paucis dicam. 1) Agnus mactabatur in tribus coetibus, *Pes. Cap. V· u. 5. 6.* Pascha נשחת בשלש כיתות, *mactabatur in tribus coetibus, siue turmis, sicuti dicitur:* Atque agnum mactabit omnis coetus congregationis Israel. *Ingreditur coetus primus, et repletur totum atrium, portas atrii serunt, tubis canunt, sacerdotes stant seriatim, atque prae manibus habent phialas aureas, et argenteas, series altera argenteas, altera aureas, et non confunduntur, et non erant Phialis fimbriae, ne eas seponerent, et sic condensaretur sanguis. Israelita mactat, et sanguinem recipit sacerdos, et proxime adstanti dat, ille porrigit proximo, qui phialam plenam recipiens uacuam ei dat. Sacerdos altari proximus sanguinem spargit aspersione una iuxta fundamentum altaris. Exit turma prima, et ingreditur secunda, et post secundum tertia* etc. Verba Hebraea l. c. sic habent: שחט ישראל וקבל הכהן נותנו לחבירו וחביר לחבירו ומקבל את המלא ומחזיר את הריקן כהן הקרוב אצל המזבח זורקו זריקה אחת כנגד היסוד: *Israelita mactat, sacerdos autem sanguinem excipit, atque illum socio porrigit, hic uero adstanti: Sacerdos, qui altari uicinus, peluim sanguine refertam accipit et uacuam restituit; Tum una sparsione uersus altaris fundamentum sanguinem effundit.* 2) Assationis modus recensetur *Pes. Cap. VII·* Sumebant baculum ligni Malogranati, et per os agni ad posteriora eius protrudebant, illoque agnum assabant. Dicunt מקולס, *galeatum*, quia, cum totus assabatur, cum capite, cruribus, et intestinis, pedes autem et intestina ad late-

ra ligabantur inter aſſandum, agnus ita armatum quaſi repraeſentauerit, qui galea in capite et enſe in latere eſt munitus. Veru erat ligneum, cruribus et inteſtinis ad latera ſuſpenſis, atque alio ueru ligneo affixis, adeo, ut duo uerua, crucis in modum transfixa, fuerint uiſa, id quod tamen in medio relinquimus. 3.) Coena paſchalis orditur a poculo uini. Adponuntur herbae amarae, azyma et embamma חרסת, atque agnus et caro etiam Chagigae diei XIV· Paterfamilias incipit et benedicit. Miſcent ei poculum ſecundum. Infantes quaerunt: QVID VOBIS ILLE CVLTVS. Dicit: Aliis noctibus non intingimus, niſi ſemel etc. Hoc eſt Paſcha, quod comedimus etc. Dicimus ergo Halleluia ab initio Pſalmi CXIII· ad finem Pſalmi CXIV· Deinde lauans manus duos accipit panes miſeriarum, et frangit unum. Pauperibus enim panis frangitur, ut in Aegypto. Tandem editur de carne Paſchatis, ſaltem pro quantitate oliuae, atque exinde nec quicquam cibi geſtat omnino. Et iam tempus erat, ſubiicit LIGHTFOOTVS, *Hor. Hebr. ad Matth. XXVI· p. 378.* quo CHRISTVS panem accipiens Euchariſtiam inſtituit. Poſtea tertium poculum benedicitur et ebibitur, quod uocant אכסה דברכתא, ſiue כוס ברכה, *poculum benedictionis, τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας.* Tandemque ſequebatur poculum quartum, ſuper quod perficiunt Hallel ab initio Pſalmi CXV· usque ad finem Pſalmi CXVIII· Panis erat inſtitutionis diuinae, uinum rubrum ex traditione pendebat humana. Vnusquisque tamen debebat ebibere quatuor pocula. Quales CHRISTVS adhibuerit ritus, cum res ſit incerta, anxie non quaerimus. Certe Canticum adhibuit, cum ait Euangeliſta, *ὑμνήσαντες*, quae uox הימנון occurrit in *Midras Till. fol. 4. 2. et 42. 1.* Vid. LIGHTF· *l. c.* et OTHO *Lex. Rabbin. l. c.* Lex ſimpliciter iniungit מררין, *amaritudines. Miſchn. Tract.* פסחים, *Cap. II· 6.* ואילו ירקות שאדם יוצא כהן ידי חובתו בפסח בחזרת ובעולשין ובתמכא ובחרחבינא ובמרור יוצאין בהן בין לחין בין יבשין: *Olera, quibus homo in conuiuio paſchali debito ſuo ſatisfacit, haec ſunt lactuca, intybus, gingidium, chirchabina, meror, ſiue ſint uiridia, ſiue ſicca.* Vid. MAIMONID· *Tract.* חמץ ומצה, *Cap. VII· c. f.* MISCHN· *Tract.*

Tract. פסחים, *Cap. X· 3.* iam embamma memorat, et R· OBAD· de BARTEN· חרוסת שעושים מתאנים ולוזים ובטנים ושקדי וכמה מיני פירות ומשימין בה תפוחים ודכין הכל במדוכה ומתערבין בחומץ ונותנין עלית תבלין קנה וקנמון כעין פתילות דקות ארוכות זכר לקש וצריך שתהיה עבה זכר לטיט: *Embamma componitur ex ficubus, auellanis, pistaciis, amygdalis, pluribus aliis fructuum speciebus; Indunt ei poma: Tum haec omnia in mortario contundunt, atque aceto commiscent: Addunt dein aromata, ueluti calamum, cinnamomum, instar funiculorum tenuium et oblongorum, ut essent μνημόσυνον paleae. Requiritur ut crassiusculum sit, quo lutum in memoriam reuocet.* Huc HOTTINGERVS non male refert uerba Matthaei Cap. XXVI· 23. *Qui intinxit mecum manum in catino, hic me proditurus est.* Vid. GOODW· *Mos. et Aar. Libr. III· Cap. IV· 16. p. m. 550. Mischna Babyl. fol. 114. 1. Inferunt mensam stratam, super quam est* מרור וירק אחר, *embamma amarum, atque herbae aliae.* LIGHTFOOT· *Hor. Hebr. ad Matth. XXVI· 26.* 4) Notabilis est accubitus, quem uocant מיסב, הסיבה et מסב, ἀνάκλισιν uel κατάκλισιν, ab radice סבב, *circulo sedit, aut stetit, circumdedit mensam, discubuit ad mensam. Cantic. I. 12.* item אסחרות, a Chaldaeorum אסתחר, *accubuit ad mensam rotundam*, aut quadratam in circuitu. Accumbebant inclinando corpus in latus sinistrum, pedibus ad terram porrectis, singuli per lectos singulos ad mensas quadratas, uti uolunt HIERONYM· MERCVRIAL· CIACCONIVS et DASSOVIVS, non ad rotundas, prouti pictores aliquando effingunt, et nonnulli cum VILLALPANDO sentiunt. Interdum tamen aliquot personae accumbebant in uno lecto, uelatis capitibus, ad aliquot tantum coenae Paschalis cibos. Accubitus signum erat libertatis, *Pes. Cap. X· 4.* אפילו עני שבישראל לא יאכל עד שיסב: *Etiam pauperrimus inter Israelitas non edit, nisi prius accubuerit.* MAIMONID· *Pes. l. c.* Tenemur ad accubitum, ut, dum comedimus, more comedamus regum et magnatum. SERVATOR noster inter coenandum

accubitu usus est, uti iam p. 328. commemorauimus. Id uenit in quaestionem, quid de lege *Exod. XII* quae alios prorsus ritus, quam CHRISTI aetate erant usitati, praescribit, sit sentiendum. DIETERIC. *Antiquit. Biblic. V. T. p. 102.* hunc in modum scribit: Procul dubio institutionem primam CHRISTVS obseruauit, ut accinctus, calceatus, baculum in manibus tenens comederet, et deinde ad coenam uulgarem accumberet. Ex Hebraeorum tamen mente ritus *Exod. XII. 7. et 11.* praescripti tantummodo in Aegypto fuerunt obseruati, ad quos deinceps amplius non erant adstricti. Nonnulli eo recurrunt, ut, initio discubuisse priscos ad mensam, deinceps uero, ubi esuri agnum essent, a discubitu illos surrexisse, stantesque accinctos, calceatos et baculum tenentes in manibus agnum manducasse, statuant. Sed enim et discumbentes et accinctos illos potuisse comedere, non repugnat. Sed hac in re parum est situm. De Graecorum Accubitu uid. PFEIFFERI *Antiqu. Graec. Libr. IV. Cap. XXXIV. p. 699. sqq.* STVCKII *Antiqu. Conuiu. Libr. II. Cap. XXXIV. f. 255.* Conf. VILLALPANDVS, *Explanat. in Ezech. T. I. p. 293.* CIACCON. *de Triclin. p. 98.* DASSOV. *Differt. de Accub. ad Agn. Pasch. Vet. Hebr.*

§. 22. *Norma* festi erat lex diuina primitus Accessit παράδοσις, siue *lex oralis*, uerbum ἄγραφον. *Finis* erat partim gloria DEI, partim hominum salus. *Adiuncta* sunt SOLEMNITAS, de qua iam inter nos satis constat, NECESSITAS *Exod. XII. 5. Num. IX. 13.* SANCTITAS, quam comitabatur pauperum et adflictorum exhilaratio; Denique DVRATIO. Cessauit statim post crucifixionem et mortem CHRISTI. Pascha ergo fuit festum maxime solemne a DEO primitus per Mosen institutum, quo Israelitae agnum Paschalem et reliqua, certis adhibitis ritibus, iuxta legem, die XIV. atque sequentibus diebus statutis, primum in Aegypto, deinde in peregrinatione eremitica, tandem Hierosolymis, sancte offerebant, in Numinis diuini gloriam, et suorum ipsorummet salutem. Antequam pedem hic remoueamus, paullo sollicitius, quamuis breuiter ac succincte, in uerba Matthaei

thaei κατὰ τὴν ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ, *in festo autem consueuerat praeses, turbae dimittere unum uinctum*, quae etiam extant *Marc. XV· 6. Luc. XXIII· 17. Ioh. XVIII· 39.* est inquirendum. SYRVS בכל עאדא, sic et ARABS פי כל עיד, *in omni*, uel *unoquoque festo*. BEZA *singulis festis*. Quanquam moris fuit olim, ut singulis festis maioribus, siue solemnioribus, unus et alter dimitteretur, ad prodendam maiorem laetitiam et plausum publice significandum, Hebraeis tamen mos iste cum primis usu uenit uetustissimo tempore Paschatis, unde Iohannes συνήθειαν consuetudinem Hebraeis relinquit his usus uerbis : *Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in Paschate*, id quod CASAVBONVS *l. c. p. 423.* interpretatur laxe et simpliciter, tempore festi Paschatis et azymorum, et ERASM· *XXIII· 17.* de singulis festis Paschatis, quod quotannis recurrebat, intelligit. Hoc autem dimittendi ritu liberationem ex seruitute Aegyptiaca reuocabant in memoriam, summam in simul mentis hilaritatem prodituri, quam ob caussam Pascha Marco, Matthaeo, Paullo insigni cum emphasi salutatur ἑορτὴ κατ᾽ ἐξοχήν. Vid. *Matth. XXVI· 2. 5. Ioh. IV· 45.* ob insignem nempe festiuitatem et maximum animi gaudium, qua de re uide ea, quae paginis antecedentibus prolixe sunt disceptata. MEVRSIVS *Atticarum Lection. Libr. IV· Cap. XXI·* laudat Marcellinum ad Hermogenem sic scribentem : Νόμος ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις, λύεσθαι τοὺς δεσμώτας ; *Captiuos soluere lex, uel mos est in festiuitatibus Cereris.* GROTIVS ad h. l. *Credibile est a Romanis hoc esse. Nam in Liuii historia inuenimur* lectisternii indicti diebus uinctis demta uincula, religioni deinde fuisse, quibus eam opem dii tulissent uinciri. *Ad hoc exemplum putem ab Augusto hanc gratiam concessam populo Iudaico ; Idque mandatis procuratorum fuisse comprehensum. Nam alioqui praesides Romani nullam habebant ignoscendi libertatem, ut leges nos docent.* Sed enim uidetur mos iam diu antea inter Graecos extitisse, quemadmodum ex HOMERO, PAVSANIA, PLATONE, aliis confirmari potest, et item apud Persas, teste XENOPHONTE· Nonnullae gentes saltim per dies festos captiuum exhilarabant, quibus finitis, uincula repetebant,

bant, et reos tradebant morti. Huc refertur Saccarum festum, quod a DIONE CHRYSOSTOMO, *Orat. IV. de Regno* describitur, in qua Diogenes Alexandrum alloquens, ait, ὀυκ ἐννενόηκας τὴν τῶν Σακκῶν ἑορτὴν, ἣν Πέρσαι ἄγουσιν, λαβόντες τῶν δεσμωτῶν ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ, καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾷν, καὶ ταῖς παλλακαῖς χρῆσθαι, τὰς ἡμέρας ἐκείνας τοῦ βασιλέως. Καὶ ὀυδεὶς ὀυδὲν αὐτὸν κωλύει ποιεῖν, ὧν βούλεται. *Nonne animaduertisti* Saccorum *diem festum, quem Persae celebrant? Accipiunt unum ex captiuis ad mortem, collocantque in regis thronum, et eundem illi dant uestitum, sinuntque eum deliciari, et concubinis regiis uti illis diebus, et nemo illum uetat, quicquam facere, quae uelit.* Seruos ueste splendida circumcinctos per quinque dies hoc Saccarum festo, aeque ac Saturnalibus, Dominis imperasse, totique familiae praefuisse, ATHENAEVS *Libr. XIV.* commemorat: Βήρωσος δ᾽ ἐν πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ λώῳ, φησὶ, μηνὶ, ἑκκαιδεκάτῃ, ἄγεσθαι ἑορτὴν Σακέαν προσαγορευομένην, ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ ἡμέρας πέντε· Ἐν αἷς ἔθος εἶναι ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καὶ καλεῖσθαι Ζωγάνην. *Berosus libro primo Babylonicorum, ait, mensis Loi sexto decimo, per quinque dies Babylone festum celebrari.* Saccum *nominant, cuius tempore serui dominis imperant, et ex seruis unus quidam praeest aedibus ueste indutus regiae simili, quam Zoganam uocant.* Lex Mosis erat χωρὶς οἰκτιρμῶν, *absque misericordia, Hebr. X. 28.* nec homini data ignoscendi potestas unquam fuit. Vnde consuetudo traditionibus nitebatur Maiorum, quae primitus nihil iniusti decernerent, siquidem procul dubio reis uel relaxatio quaedam tempore festi, aut quaedam exhilaratio permissa, uel ii tantum uinculis expediti fuere, qui leuiusculum peccatum commiserant. Ast, crescente populi et iudicum malitia, abusus nonnunquam accessit non exiguus, ita ut aliquando sceleratissimi exirent carcere. MAIMONIDES *Hilc. Sanhedr. Cap. VII.*

הדרך

הדרך מקדם חג של פסח ופלטו ממוסרותיו עושי אשם הקל ושמחו שמחה גדולה מאד בפסח עם כל העם ורשעים וחטאים משמחים חג של פסח ונותנים עושי עלותה לבית משמרת ומות מתו : *Mos est antiquus tempore Paschatis, quo dimittunt ex uinculis eos, qui leuius delictum commiserunt, ut gaudere possint gaudio magno*, id est, *solemniter, in festo Paschatis, cum uniuerso populo. At enim sceleratos homines ac peccatores* κατ' ἐξοχὴν *exhilarant quidem tempore Paschatis, sed remittunt hos, uelut operarios iniquitatis, in domum custodiae, ut morte plectantur.* Deuenit consuetudo ad Christianos. Sic commemorabilis constitutio in CODICE THEODOSIANO TIT. DE INDVLGENTIIS: *Ob diem* Paschae, *quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatus adstringit, carcer inclusit, claustra dissoluimus. Attamen sacrilegus, in maiestate reus, in mortuos ueneficus, siue maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris separentur.* Rursus: *Paschae celebritas postulat, ut, quoscunque nunc aegra exspectatio quaestionis poenaeque formido sollicitat, absoluamus. Decretis tamen ueterum mos gerendus est, ne temere homicidii crimen, adulterii foeditatem, maiestatis iniuriam, maleficiorum scelus, insidias uenenorum, raptusque uiolentiam, sinamus euadere.* CHRYSOSTOMVS *Homil. XXX. in Genesin de magna hebdomada* significanter admodum: *Enim uero et reges ipsi declarant, quam uenerabiles illos dies habeant, mandantes, ut omnibus sint induciae et feriae, qui ciuilibus funguntur negotiis, claudendo fores iudiciorum, et auferendo omnes litium et contentionum species, quo magna tranquillitate et quiete liceat ad spiritualia recte perficienda festinare. Et non hoc solum, sed et aliam liberalitatem ostendunt.* Habitantes *enim in carceribus a uinculis soluunt, et pro humano uirili Dominum suum imitantur, quia, sicut ipse graui nos peccatorum carcere exsoluit, et innumeris bonis frui fecit, eodem modo et nobis faciendum est, ut simus imitatores misericordiae Domini DEI nostri.* Vid. IACOB. LYDIVM *in Flor. Spars. ad Passion. Iesu Christi p. 133. sqq.* Reliquos, quos caput hoc habet inuolutos, ritus in sequentibus Euangelistis

 tradam

tradam, quo beneuolum Lectorem duxi remittendum. Antequam uero ab argumento de Paschate commemorabili discedamus, de Christianorum ritibus nonnulla, quae repetitione digna uidebuntur, adiiciam.

§. 23. *Pascha ueterum Christianorum* potissimum duplex est, nimirum *ϛαυρώσιμον* et *ἀναϛάσιμον*, quae duo antiquos apud Christianos ab se inuicem differebant. *Σταυρώσιμον πάσχα* sic adpellant propter *transitum CHRISTI ex uita in mortem*, aut *crucifixionem*, quo die cruci erat adfixus, feria nempe magnae hebdomadis sexta. Vnde aliqui, hoc praecise celebrandum die Pascha, putarunt, et ideo dixerunt *ϛαυρώσιμον*. Pascha *ἀναϛάσιμον* ita uocabatur *a transitu ex morte in uitam*, quod incidebat in diem, quo surrexit, feriam scil. hebdomadis Paschalis primam. Hinc aliis, Pascha ipso Resurrectionis die celebrari oportere, persuasum erat, unde *πάσχα ἀναϛάσιμον S. Resurrectionis* et nomen et ortum habet. Porro, ueteres omne tempus, inde a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis, Pascha nominasse, obseruamus, qua uoce a *πάσχω*, patior, deducta in primis Passionem, die Marter-Woche, innuere uolebant. Adhaec dies 50. qui inter Pascha et Pentecosten intercidunt, omnes Paschatis nomine complectebantur. Celebratissimum quondam erat PASCHA ANNOTINVM, seu *adnotatium*, ab *adnotare*, dictum, dum anniuersarium Baptismi sui diem in Kalendario adnotatum, religiosa colebant deuotione, DEIque gratiam propterea dignis excipiebant laudibus, siquidem eo tempore plurimi S. Baptismatis lauacro initiabantur. Deinde hic commemorandum est PASCHA FLORIDVM, quo nomine *Dominicam in Palmis* insigniebant, alta uoce sibi inuicem acclamantes: *Occuruunt turbae cum floribus uirtutum et palmis uictoriarum.*

§. 24. *Antiquitas festi* satis est nota. Vid. CAVEVS im ersten Christenth. *P. I. c. 7. p. 197.* Unter allen aber hat das Oster-Fest den Vorzug, beydes so wohl wegen seines Alterthums, als auch wegen der grossen Dinge, so daran vorgiengen. Daß aber schon

schon zu, und von denen Zeiten der Apostel an . . dieses Fest zum Gedächtniß der Aufferstehung Christi gefeyret worden, wird kein Mensch läugnen. Ritus memoro 1.) *κατὰ θέσιν*, et *uerbis affirmatiuis*. Notabile *sanctum osculum*, quod *pacis* dicitur, primo statim congressu, adplicatum, adiecta solemni salutandi formula; *Surrexit Dominus*, ubi, osculo reddito, respondebant: ET DEO GRATIAS, ET ADPARVIT SIMONI. Deuotionem incipiebant ab *hymnis et precibus*: *Homiliae et conciones sacrae ac religiosae confabulationes tum erant frequentissimae*: *Notabilis Baptismatis usus obtinuit*: *Catecheses, non infrequentes, saepius repetebantur, et albarum uestium adplicatio* in usu erat: *Aperto capite* incedebant: Vtebantur *S. Synaxi*: *Eleemosynarum* et *operum charitatis* exercitium: *Captiui dimissi*; unde *Theodosius Imperator* festo instante Paschali epistolam misit in omnes potestati suae subiectas terrarum partes, quae iuberent singulos captiuos dimittere, adiecto uoto: VTINAM EGO MORTVOS AD VITAM REVOCARE, ATQVE EXCITARE POSSEM! *Serui manumissi, delinquentibus uenia data*, atque sic amplius. Vnum tamen, antequam ad finem properemus, superaddo, nempe MORTVORVM VISITATIONEM PASCHALEM ANNIVERSARIAM IN CRYPTIS ET COEMETERIIS, quando ante solis ortum, accensis faculis, Patriarcharum, Martyrum et sanctorum sepulchra intrabant, quem morem debuerunt Hebraeis et Orientalibus, quos saepius balsamationem repetiisse nouimus. Vid. *Marc. XVI.* et M. IOH. HERBINII *Religios. Kiouiens. Cryptas c. 8. p. 70.* qua de re infra etiam fusius nobis erit agendum, nempe apud Iohannem *de Sepultura Christi*. 2.) Commemoramus ritus *κατ' ἄρσιν* et *uerbis negatiuis*, quorsum referimus 1) *Abstinentiam a ieiunio*, 2) *laboribus*, 3) *superbia in uestitu*, 4) *a uindictae libidine*, 5) *a uoluptatibus et choreis, spectaculis, immodico potandi ritu*, reliquis, de quibus conferri merentur QVENSTADIVS, HILDEBRANDVS, CAVEVS et plures alii. Sufficiant haec in praesenti.

CAPVT XXVIII

§. 1.

Ad u. 1. Dies hebdomadis Iudaei, ex recensione LIGHTFOOTI *Hor. Talmud. ad h. l. p. m. 500.* sequentem in modum numerant:

בשבת (אחד / תרי) *Babylon. Maccoth. fol. 5. 1.* Adueniunt duo testes, dicuntque בחד בשבת, *prima sabbathi*, furatus est iste etc. ובתרי בשבת, et *secunda sabbathi*, consummatum est iudicium eius.

שלישי בשבת. Virgo ducitur in uxorem die hebdomadis quarto. Nam curatur de conuiuio אחת בשבת, *die primo hebdomadis*, שני בשבת, *die secundo hebdomadis*, שלישי בשבת, et *die tertio hebdomadis. Babyl. Chetuba*, *fol. 2. 1.*

ברביעי בשבת, *quarta sabbathi*, eum segregarunt, qui combusturus erat uaccam rufam. *Glossa in Parah. Cap. 2.*

בחמישי בשבת. *Hierosl. Megill. fol. 75. 1.* Instituit Ezra, ut legem publice legerent diebus sabbathi secundo et *quinto* etc. Instituit ille sessionem iudicum in ciuitatibus diebus secundo et quinto. Instituit etiam Ezra, ut uestes lauarent בה״ בשבת, *quinto sabbathi*, *Babyl. Baua Kama*, *fol. 82. 1.* Per Sabbathum saepe intelligunt hebdomadem a septenario numero Hebraeis sacro dictam, et sextum diem uulgo uocant ערב השבת, *uesperas sabbathi*. Ibid. ut uestes lauarent quinto sabbati, et cepe comederent uesperis sabbathi. Et *fol. 37. 2.* חמישי בשבת וערב שבת ושבת Quinto sabbathi, et uespere sabbathi et sabbatho. Diem hebdomadis primum, qui iam in sabbathum, uel Dominicum, transiit, Talmudici uocant יום נוצרי, *diem Christianorum*, uel Christianum. *Babylon. Auodah Zarah fol. 6. 1. et 7. 2.* יום נוצרי לעולם אסור, *die Christianorum semper prohibitum est* (Iudaeo cum Christiano negotiari) Vbi sic Glossa: נוצרי, *Nazaraeus*, uel Christianus is est, *qui errorem sequitur istius uiri, qui iis praecepit*

pit לעשות להם יום אחר בא״י בשבת, *ut sibi sacrum facerent primum diem hebdomadis : Et secundum uerba Ismaelis semper prohibitum est cum iis negotiari, tribus diebus ante istum diem, et tribus eum sequentibus, id est, ne quidem per totam septimanam.* Controuersiam circa ueterum horas et uigilias, in primis in explicandis locis *Matth. XXVII· et XXVIII· u. 1.* grauissimis subortam, sacratiorum literarum indagatori sagacissimo apprime profuturam, hic discutiemus, uel ideo, quod uolumini praesenti circa ipsum Paschatis festum ultimam adiecimus manum, argumentum illud plurimis, iisque non leuibus, difficultatibus impeditum, locis SCRIPVVRAE faculam compluribus accendit, atque adeo illud prae ceteris discussione maxime dignum censemus. Vid. *Cap. XVI· p. 282. sqq.* Verba l. c. ita sonant. Πρωΐας δὲ γενομένης συμβούλιον ἔλαβον πάντες etc. SYRVS : כד דין הוא צפרא, *cum autem esset diluculum* ; צפר enim significat proprie auroram horizontem circumuenientem. ARABS cum articulo emphatice אלצר, uel, si ad ע punctatum inflectas oculos, אלגר, *cum esset diluculum mane.* Graecis cum BVDAEO πρωΐα est hora matutina, cuius ultimam ex Hebraea gente memoriam si uis repetere, SACER tibi CODEX perlustrandus est. De *die* ueterum Hebraeorum *naturali* et *ciuili* iam prolixius non agam. Hic saltim horae nobis ueniunt examinandae, quae diuidebantur in *minores* et *maiores.* MINORES DIEI CIVILIS erant duodecim, Matth. XX, 6. *Circa undecimam uero exiit.* u. 9. *Et quum uenissent, qui circa undecimam horam uenerant.* Ioh. XI, 9. Respondit IESVS : *Nonne duodecim sunt horae diei ?* MAIORES diei sacri non nisi tres numerabantur, uidelicet tertia, sexta et nona, in primis precibus cotidianis designatae, Ps. LV, 18. *Vespere, et mane et meridie,* LVTHERVS : Des Abends, Morgens, und Mittags wil ich klagen. Ante migrationem ex Aegypto primus mensis erat תשרי, *Tisri*, pars nostri Septembris et Octobris, quem in rebus, negotiisque ciuilibus, ac in annis Sabbathicis ordinem obseruabant. Post migrationem annum auspicati sunt a mense ניסן, *Nisan*, uel אביב, Abib, qui nostri Martii et Aprilis parti respondet dimidiae. Primam computandi rationem adpellabant Calendarium ciuile, alteram Calendarium Ecclesiasticum, siue sa-

crum, quod dies per annum festos distribuebat. Hebdomas itidem fuit duplex 1) ordinaria septem dierum, siue *diaria*, 2) extraordinaria et prophetica septem annorum, siue *annalis*. *Dan. IX, 24.* IOSEPH. *Antiquit. Iud. Libr. I. Cap. 4.* Ἐν μηνὶ δευτέρῳ, Δίῳ μετὰ ὑπὸ Μακεδόνων λεγομένῳ, μαργχασουὰν δὲ ὑπὸ Ἑβραίων· Οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τὸν ἐνιαυτὸν ἦσαν διατεταχότες. Μωϋσῆς δὲ τὸν Νισὰν, ὅς ἐστι ξανθικὸς, μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισεν; *Mense secundo, Dio postea a Macedonibus dicto, Μαρχασουὰν autem ab Hebraeis. Sic enim Aegyptii annum erant metati. Moses autem Nisan, qui est Macedonibus Xanthicus, primum mensem festis praestituit.* HOTTINGERVS in Notis ad GOODWIN. *Libr. III. Cap. I. not. 10.* quatuor annorum principia ex *Mischna* Tract. ראש השנה memorat: ארבעה ראשי שנים הם באחד בניסן ר״ה למלכים ולרגלים באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה רבי אלעזר ור׳ שמעון אמרים באחד בתשרי באחד בתשרי ראש השנה לשנים ולשמיטין וליובלות ולנטיעה ולירקות באחד בשבט ראש השנה לאילן כדברי בית שמאי בית הלל אומרים בחמשה עשר בו:
Quatuor sunt annorum principia. Primo die mensis Nisan (Martii) *Regum et festorum principium anni est. Primo die mensis Elul* (Augusti) *nouus annus est pecoris decimandi. R. Eliezer et R. Simeon, in primum Tisri incidere, statuunt; Primo die mensis Tisri* (Septembris nouilunio) *est caput anni ad figendos annos, intermissiones et Iubilaea, simulque nouus annus est plantationis omnium arborum et herbarum. Quartum denique anni principium in primum mensis Sebat* (Ianuarii nouilunium) *quod est pro arboribus secundum sententiam scholae Schammaeanae, Hillelis uero schola decimo quinto die statuit.* Quemadmodum annus dies festos, ita *dies ciuilis ecclesiasticus* horas precibus destinatas complectebatur, quas tres per diem HORAS MAIORES uocant horas templi, siue horas precationis, Vid. DRVSIVS in *Praeterit. Act. III. 1.* Hebraeorum Magistri tertiam ab Abrahamo, sextam ab Isaaco, nonam a Iacobo ducunt. Sed, missis Iudaeorum traditionibus, ad SCRIPTVRAM prouocasse, satis est. Ps. LV. 18. *Vespere, mane, et meridie meditabor,*

bor, et annunciabo, et exaudiet uocem meam. *Hora tertia* descendit SPIRITVS S. super Apostolos, Act. III. 5. Circa *horam sextam* adscendit Petrus ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι, *in solarium ad precandum*, Act. X. 9. *Hora nona* Petrus et Iohannes adscendebant una in templum ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην, *sub horam precationis*, nempe nonam. *Act. III. 1.* quam precationis horam SYRVS cum ARABE et AETHIOPE adpellitat ערנא רצלותא, *tempus illud defixum usitatae precationis.* Antequam propius ad horas diei nos accingamus, de nocte Iudaeorum dispiciendum est. Ab hora nostra III. ad VI. incidebat Hebraeis παρασκευή, *tempus praeparationis* ad Sabbathum et dies festos, der heilige Abend, der Feyer-Abend. Hoc in primis tempore sequebatur exterminium fermenti. Inter hanc et sequentem uesperam agnos mactarunt paschales, בין הערבים, *inter duas uesperas*, *Exod. XII. 6. Num. IX. 5. Leu. XXIII. 5.* nimirum sole ad occasum uergente, *Deut. XVI. 6.* בערב כבוא השמש מועד צאתך ממצרים: *Vespere secundum, id est, circa solis occasum, tempore exitus tui ex Aegypto.* הערבים, duae uesperae, fuerunt typus, siquidem CHRISTVS agnus DEI, Pascha nostrum, mactabatur inter duas has uesperas, quo tempore nos omnes ex Aegypto, hoc est, ex seruitute Satanae, sumus egressi. *Exod. XVI. 12.* eadem occurrit loquendi formula הערבים, *inter duas uesperas comedetis carnem.* Illud praeterea memoratu dignum, quod hanc Hebraei uesperam ἰδικῶς, significatu specialiori, uocitent ערב השבת, *uesperam Sabbathi*, IOSEPH. *Antiquit. Iud. XVI. C. 10.* sicuti γενικῶς, sensu generaliori, Veneris dies, qua patet, aliquando propter προπαρασκευὴν adpellaretur ערב קדש, *uespera sacra*, uel ערב השבת, *uespera sabbathi*, der heilige Abend, quae loquendi ratio nec hodie uenit apud nos in desuetudinem. Vnde dies Veneris SYRIS uocatur ערובתא, uespera κατ' ἐξοχήν.

§. 2. Nox in quatuor HORAS MAIORES, siue NOCTVRNAS VIGILIAS, distributa, principium erat *diei naturalis* XXIV. horarum, et *diei ἀπράκτου, festi*, qui ab occasu solis coepit, et cum occumbente sole terminatus est, quemadmo-

quemadmodum *dies ciuilis*, *ἐργάσιμος*, duodecim horarum ab ortu ſolis originem duxit, et cum ſequente ſolis occaſu ad finem properauit, quia Moſes, cum uiciſſitudines temporum recenſet, ueſperae, ſiue noctis, primum meminit. *Gen. I· 2. 5. 8. 13. 19. 23. 31.* De uigiliis RASCHIVS in *Gloſſa ad Talm. Tract.* ברכות f. III· 1. monet איכא מאן דאמר ג' משמרות הוי הלילה במשמרות עבודת המלאכים ושיר שלהם נחלק לשלש חלקים ראשונה לכת אחת שנייה לכת אחרת שלישית לכת שלישית ואיכא מאן דאמר ארבעה משמרות הוי הלילה: *Sunt, qui adſerunt, tres eſſe noctis uigilias, quibus Angeli ſeruiunt, atque eorum canticum tribus conſtare partibus, primam ab una, alteram a ſecunda, tertiam a tertia cantari. Sed alii putant, quatuor uigilias noctem conſtituere.* Ab hora ergo VI - IX· ὀψὲ SERO, der andere, oder ſpäte Abend, praeterfluxit ראש אשמרות, *uigilia prima*, Thren. II· 19. Quoniam, uti iam a nobis eſt dictum, in recenſione Moſaica tenebrarum mentio primum iniicitur, Hebraei diem et naturalem et ciuilem eccleſiaſticum ſunt auſpicati ab horae VI· ingreſſu, ex quo capite Magiſtri tempus illud uocitant. ביאת השבת, *introitum Sabbathi*, בקר השבת, den Morgen, hoc eſt, ex mente LVTHERI, den Anfang des Sabbaths, *illuceſcens Sabbathum*, et, horis XXIV· effluxis, מוצא השבת, *exitum Sabbathi*, ערב השבת, *ueſperam*, ſiue noctem, Sabbathi. Praeſertim hoc tempus et mane et ueſpera ſimul uocabatur, ſi aliquot dies ſe feſti proxime exciperent. Cauendum tamen eſt, ne שבת הערב, SABBATHVM VESPERAE, quod incidit hora VI· ueſpertina, et ab ערב השבת, VESPERA SABBATHI, ſeu Paraſceue, fuit diſtinctum, cum שבת חג, ſiue שבת חגיגה, SABBATHO FESTIVITATIS, ſiue ſolemnitatis, quod mane, cum de lecto ſurrexiſſent, capeſſebat initium, temere confundatur. Certe, hoc obſeruato diſcrimine, ex multis te difficultatibus expedies. Iudaei tempus hoc, uti iam a nobis eſt dictum, uocant ביאת השבת, *ingreſſum*, *introitum Sabbathi.* Vnde intelligitur Lucas, Cap. XXIII· 54. σάββατον ἐπέφωσκε,

ἐπέφωσκε, et dies erat Parasceue, et sabbathum illucescebat, Matth. XXVII· *62.* τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐςὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν, *postera autem die, quae sequitur Parasceuen.* Ioh. XIX· 24. *Erat autem parasceue Paschatis, hora ferme sexta.* Matth. XXVIII· 1. ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων; *Vespera autem Sabbathorum, quae lucescit in unam Sabbathorum.* Syrus ברמשא דין בשבתא דנגה חד בשבא, *in uespere autem in Sabbatho, cuius uesperae lux prima est in septimana,* Sonntags Frühe in der Demmerung. Quae uerba non sunt accipienda de שבתות הערב, *sabbatho uesperae*, sed de שבתות חג, *sabbatho festiuitatis*, qua de re uide ea, quae *circa uigiliam quartam* monuimus. MAIMONIDES utriusque sabbathi facit mentionem, Tract. שבת, de sabb. Cap. V· 11. cuius priora uerba uocabulo *ἐπέφωσκε* Luc. XXIII· 54. lucem adferunt. Illucescebat enim 1) stellis, cum solis abitu exortis, משתשקע החמה עד שיראו שלש כוכבים בינוניים הוא הזמן הנקרא בין השמשות בכל מקום: *Sabbathum - ex quo sol occidit, donec tres mediocris magnitudinis stellae conspiciuntur. Hoc tempus communiter dicitur inter duos soles.* 2.) *Candelis et lampadibus, hoc tempore accendendis.* IOSEPH· KARO *in Ord. Orach Chaiim n. 263.* אחד האנשים ואחד הנשים חייבים להיות בבתיהם נר דלוק בשבת אפילו אין לו מה יאכל שואל על הפתחים ולוקח שמן ומדליק את הנר שזה בכלל עונג שבת הוא: *Viri, feminaeque tenentur, in domibus suis sabbatho lucernas incendere, licet non, quod comedant, habeant. Ostiatim petant, et emant oleum, atque lucernas incendant. Nam lucernae ad delicias sabbathi pertinent.* Ex mente doctissimi LIGHTFOOTI lucebant uesperi candelae sabbathicae, in honorem diei accensae, et uespera Iudaeis uocabatur ideo אור et אורתא, lux, ac Gemaristis eodem sensu, sicuti prolixius id Hebraeorum ex Magistris probatur, *Hor. Hebr. ad Luc. XXVII· 54. p. m. 892.* Subnectit uir clarissimus p. 894. *Quamuis ergo incongruum sonare potuerit auribus Graecanicis et Romanis, cum audirent, uesperam, uel ingressum*

noctis, enuntiari per ἐπέφωσκε, auribus tamen Iudaicis non erat insolens, aut alienum. Et promptissime intelligerent illi Euangelistam cum gente loquentem, cum σάββατον ἐπέφωσκε, illuscebat sabbathum. In agris cum uespere rusticorum mulieres ad uicinas uisendas deuolant, usque hunc in diem, hac utuntur formula, zum Lichten gehen. Sequentia MAIMONIDIS uerba, quae extant l. c. C. VI. 2. duplicem uesperam commemorant, una cum duplici sabbatho : איכה הערבים אמר להן משה רבינו בן הערבים ובערב כבוא השמש מלקדמים ערב השבת שקדם השבת עת לתכונת כגבר אל והיה ביום הששי והכינו את אשר יביאו וכן אמרים חכמים שמכין בערב שבת יאכל בשבת ויקרא קדם ערב אור למען עת להיות בבתיהם נר לדלק : *Quomodo uesperae? Respondet illis Moses Magister noster*, INTER DVAS VESPERAS, *et rursus* uespere circa occasum solis. *Erat olim uespera sabbathi, quae praecedit sabbathum, tempus praeparationis, sicuti Deus dicit :* Et erit in die sexto, et parabunt ea, quae adferent, *unde prouerbium maioribus usitatum :* Qui praeparat in uespera sabbathi, comedet in sabbatho ; *Et haec uespera olim uocabatur uespera lucis, quia tum tempus aduolauit, quo lucernam in domibus suis accenderent.* Intelligit παρασκευὴν, tempus, quo praeparant, ante festum et sabbathum, Iudaei, quibus in sabbatho utantur, sternunt mensam et lectum, et accendunt lucernam, quo ἐπέφωσκε, illucescebat, sabbathum. Nam lux accensa significabat aduenions sabbathum. IOSEPH KARO l. c. אות הנר שזה בכלל ענג שבת הוא : *Lucerna accensa erat signum deliciarum sabbathi.* GOODWINVS *in Mos. et Aar. Libr. III. Cap. III. n. 8. p. m. 517.* perbelle : *Antiquis temporibus hanc praeparationem significabant tinnitu tubae, uel cornu, sed hodierni Iudaei eam notificant per aedituum, uel alium inferiorem Synagogae ministrum, quem uocant* שליח צבור, *Accensum Synagogae.* RAMBAM *Tr.* שבת, *Cap. V. 18. 19. 20.* כל מדינות ועיירות של ישראל תוקעין בהן שש תקיעות בערב שבת ובמקום גבוה היו תוקעין כדי להשמיע

כל

כל אנשי המדינה וכל אנשי המגרש שלה תקיע ראשונה נמנע העמדים בשדות מלחרוש ומלעדור ומלעשות מלאכה שבשדה ואין הקרובין רשאין ליכנס לעיר עד שיבאו הרוקים ויכנסו כולם כבת אחת ועדיין החנות פתוחות והתריסין מונחין התחיל לתקוע תקיעה שניה נסתלקו התריסין וננעלו החניות ועדיין החמין והקדרות היו מונחין על גבי כירה התחיל לתקוע תקיעה שלישית סלק המסלק והטמן המטמין והדליקו את הנרות ושוהה כדי לצלות דג קטן או כדי להדביק פת בתנור ותוקע ומריע ותוקע ושובת תקיע׳ ראשונה תוקע אות׳ במנח׳ והשלישית קרוב לשקיעת החמה וכן תוקעין במוצאי שבת אחר צאת הכוכבים להתיר העם למעשיהן׃ *In omnibus prouinciis atque urbibus, quae Israelitis, uespera sabbathi sexies clangebant: Clangebant autem loco excelso, ut sonum omnes homines eius regionis et suburbii percipere possent. Quando primum clangebatur, tum illi, qui in agris reperiebantur, ab aratione, sarritione atque aliis agrestibus operibus prohibentur. Qui urbi propinquiores, non licentiam illam intrandi habent, priusquam remotiores accesserunt, quando una omnes urbem intrant. Tum adhuc tabernae et tabulae mercatorum locis suis relinquebantur. Quando uero altera uice clangebatur, remotae sunt tabulae et clausae tabernae. Hactenus tamen cibi calidi et ollae super foco relinquebantur. Clangore tertio edito (* ollae *) remouebantur, et (* fauillis *) obtegebantur cibi, atque lucernae incendebantur. Tum exspectat tantum, quantum requiritur ad minutum piscem assandum, aut ut panis in furno coquatur, et sonum aequalem, fractum denuo aequalem edit, cessatque. Primus clangor edebatur in Mincha tertia parte elapsa, quando sol iam occidebat. Ita quoque, sabbatho exeunte, stellis ortis, eum in finem clangebatur, ut quisque ad opera agenda licentiam acciperet.*

§. 3. Sed recurrendum est ad secundam Hebraeorum uesperam, cuius initium erat hora VI uespertina, VIGILIA PRIMA. MAIMONIDES l. c. שבתות של ערב ביאת השבת

השבת ערב משתשקע השמש שבתות של חגיגה ביאת חג או שבת בקר כמוצא השמש: SABBATHVM, *quod incidit uespere, est* INTROITVS SABBATHI *uesperae, cum sol occidit;* SABBATHVM *uero* festiuitatis *erat* INTROITVS FESTI *et* SABBATHI MATVTINI, *cum sol horizontem ascenderet.* Sabbathum ergo incepit hora sexta uespertina, at, cum de lecto surgerent mane, ibatur in templum, et festiuitas habebat originem. Quae si uolutes animo, ritibus ueterum in auxilium uocatis, duplex illud Sabbathum uerba Matth. XXVIII. 1. egregie collustrant, ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, *uespera autem sabbathorum*, id est, circa exitum שבתות של חגיגה, *sabbathi festiuitatis*, diei ciuilis ecclesiastici, *quae lucescit in unam sabbathorum*, hoc est, cum שבת של חגיגה, *sabbathum festiuitatis* imminens, uel sequens illucesceret, LVTHERVS optime in glossa marginali. Am Abende, d. i. am Ende, oder Ausgange der Sabbather einer, welcher war an Morgen, d. i. am Anfange und Eingange des folgenden Sabbaths. Atque sic, praeter rem et necessitatem, uir haud indoctus ceteroquin in hoc Matthaei loco uexatissio, tria quaerit σφάλματα, in uersione nempe huius commatis Germanica, ab incomparabili WERNSDORFFIO modeste monitus, in Programmatibus, more ipsius, solide ac pererudite conscriptis.

§. 4. Ab hora IX ad XII incidit μεσονύκτιον, VIGILIA SECVNDA, Luc. XII. 38. Si uenerit ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ Iud. VII. 19. אשמרת תיכונה, *uigilia mediae scilicet noctis*, non quod esset media inter tres noctis uigilias, uti sentit DRVSIVS ad Iud. VII 19. sed quod ea flueret ad adultam, seu mediam noctem. Vid. GOODWINI *Mos. et Aar. Libr. III. Cap. I. n. 4. p. m. 463.* VIGILIA TERTIA, ἀλεκτοροφωνία, קריאת הגבר, *cantus Galli*, transiit ab hora XII ad III. Huius mentio iniicitur Tr. יומא, Cap. I. 8. בכל יום תורמין את המזבח בקריאת הגבר או סמוך לו בין לפניו בין לאחריו: *Singulis diebus purgabant altare ad galli cantum, aut non multo citius, uel tardius.*

RAM-

RAMBAM Tr. שבת, Cap. V· l. c. אחרי קריאת הגבר קמים מחררו מתכונים לשבתות חגיגה: *Post* ἀλεκτοροφωνίαν *Israelitae surgebant e cubiculo, ut praesto essent comparere in sabbatho festiuitatis.* Matth. XXVI· 34. *Amen dico tibi, hac nocte ternis uicibus me abnegabis*, πρὶν ἀλεκτοροφῆσαι, *prinsquam Gallus cantauerit.* Marc. XIII· 35. *Nescitis, quando herus uenturus sit*, ὀψὲ, *uesperi, sero, prima uigilia*, ἢ μεσονυκτίου, *aut media nocte, secunda uigilia*, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, *aut gallicinio, uigilia tertia*, ἢ πρωῒ, *aut diluculo, uigilia quarta.* Vid. BOCHARTVS in *Hieroz. Tom. II. p. 119.* VIGILIA QVARTA ab hora III ad VI uocabatur אשמרת בקר, *uigilia matutina.* Exod. XIV· 24. ויהי באשמרת הבקר וישקף יהוה אל־ מחנה מצרים: *Et cum esset uigilia matutina, Dominus prospexit in castra Aegyptorum.* Matth. XIV· 25. QVARTA *autem noctis* VIGILIA, τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς, abiit ad illos IESVS. Hanc uigiliam Euangelistae adpellitant πρωῒ, *diluculum*, utpote Matthaeus noster Cap. XXVII· 1. Πρωΐας δὲ γενομένης, *mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi aduersus* IESVM, *ut eum morti traderent. Marc. XV· 1.* Καὶ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ; *Et confestim diluculo consilium inierunt.* Luc. XXII· 66. καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, LVTHERVS: Als es Tag ward. Ioh. XX· 1. Quod uero Matthaei uerba, quae extant sequenti Capite XXVIII· 1. huc sint referenda, et, cum quarta uigilia flueret, mulieres ad monumentum excurrerint, testimonium Iohannis Cap. XX· 1. clarius euincit: Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης. *Vno uero die Sabbathorum Maria Magdalena uenit*, mane, *quum adhuc tenebrae essent, ad monumentum.* Cum Iohanne Lucas consonat, Cap. XXIV· 1. *Vno autem Sabbathorum*, ὄρθρου βαθέως, *profundo diluculo;* Et Marcus Cap. XVI· 2. Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων; LVTHERVS: An einem Sabbather sehr frühe, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, da die Sonne aufgieng. Πρωῒ ergo significat primum mane, den frühen Morgen, ut discernatur ab secundo sequenti mane, quod hora VI· sumebat initium, unde addit Marcus λίαν & ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, Lucas ὄρθρου βαθέως, Iohannes denique σκοτίας ἔτι οὔσης, ubi σκοτία neutiquam noctem infert,

fert, ſed diluculum. GROTIVS : *Fine noctis exiit, peruenit, ubi nonnihil illuxerat, una Sabbathorum, id eſt, primo die hebdomadae, poſtridie Paſchae.* Quae ſi paullo attentius, accuratiusue examines, ex multis te difficultatibus, quae poterant euoluendis in SCRIPTVRAE commatibus ſuboriri, facilius explicabis. Dicuntur feminae aduolaſſe θεωρῆσαι τὸν τάφον, *ut uiderent ſepulchrum*, quae uerba SYRVS, ARABS, AETHIOPS, PERSA κατὰ πόδα ſunt inſecuti. Vide ea, quae ad hunc textum in ſequentibus Euangeliſtis adnotauimus. Hic ritus, ſepulchra mortuorum reuiſendi, perantiquus examinandus uenit. Veſtigia iſtius non tantum hic, ſed praeſertim *Ioh. XI. 31.* inuenies. *Maſſecheth Semacoth Cap. VIII.* פוקדין על מתים ג׳ ימים *Prodeunt ad ſepulchra, atque inuiſunt mortuos, tribus diebus,* ואין חוששין משום דרכי האמורי, *Nec ſolliciti ſunt, ne incurrant infamiam ſuperſtitionis Amorrhaeorum. Hiſtoria, inuiſerunt quendam, atque ille reuixit, uixitque uiginti quinque annos, et poſtea eſt mortuus.* Vid. LIGTHFOOTI *Hor. Hebr. Talmud. ad Ioh. XI. 39. p.m. 1073.* Exiſtimant autem Iudaei, animas tribus uagari diebus circa ſepulchrum, *Bereſch Rabba fol. 114. 3.* Qua inani perſuaſione commoti, in montes aduolantes gentes olim conuiuia, multis ſuperſtitionibus ſuperſtructa, quam ſolemniſſime celebrarunt, quorſum SPENCER. *de Legib. Hebr. Rit. Libr. II. Cap. XI.* uerba legis, quae extant *Leuit. XIX. 26.* לא תאכלו על־הדם, *non comedetis ſuper ſanguinem*, retulit, quanquam ſoli LXX VIRI, cum OKKELOSIVS, IONATHAN, SAMARITANVS, ARABS, SYRVS, atque adeo plerique omnes textum Hebraeum ſint inſecuti, habeant : Μὴ ἔσθετε ἐπὶ τῶν ὀρέων, *non comedetis ſuper montes*, Gentium ſcilicet ritu, quibus in morem abiit, in montibus et locis, coelo propioribus, immolare, et, ſacris peractis, epulari, *Ezech. XVIII. 6. XXXIII. 25. 26.* על הדם תאכלו, *ſuper ſanguine comeditis, et oculos ueſtros leuatis ad idola ueſtra, et ſanguinem funditis* etc. IOSEPHVS ALBO *Sepher Ikkar. Diſc. 3. c. 16. Quae mactantur extra Tabernaculum, primo interdicta ſunt, cum Iſraelitae Aegypto egrederentur* לפי שהיו שטופים בעבודת השדים והיו אוכלים על הדם ואוכלים חלב ודם וגו׳: *Propterea quod tunc immerſi eſſent in cultu Daemonum, et comederent ſuper ſanguinem, et comederent*

rent

rent adipem et sanguinem. Addatur AVCTOR *Libri Zohar in Leuit. in Paras.* אחרי מות *fol. 135.* וכד מצראי וגו׳ *Et quando Aegyptii coetum cogere uolebant ad incantamenta sua peragenda*, חור נפקי לחקלא לטורי רמאי ורבחין דבחין ועברין גומין בארעא וגו׳׳: *Ad agros exibant in montem excelsum, et mactabant sacrificia, et faciebant foueam in terra, et spargebant sanguinem circa foueam illam, sanguinis autem residuum in ipsam foueam congregabant: Offerebant uero sacrificia sua malignis spiritibus, et simul conueniebant, et inter se familiaritatem contrahebant in illo monte. Israelitae etiam, qui erant in seruitute eorum, accedebant, et discebant ab illis, et errabant post illos, iuxta quod scriptum est:* Et non sacrificabunt ultra sacrificia sua לשעירם, hircis, post quos fornicantur, *Leuit. XVII. 7. Ex ea traditione intelligimus, quod eo tempore, quo accederent ad eos, et praepararent sanguinem illum, et offerrent sacrificia, congregabantur isti Spiritus maligni, et apparebant ipsis, instar hircorum hirsutorum*, ומודעי להון מה דהינן בעיין, *et notum faciebant illis, quicquid quaererent.* Et item ABARBANEL ad *Leuit. XVII. 3. 4.* אבל היותר נכון אצלי הוא שהאיש השוחט ההוא בחיותו סבה שבני אדם יבואו ויאכלו שם על הדם הנשפך בשדה וגו׳׳: *Verum, quod mihi probabilius uidetur, est, quod uir ille, qui sic mactat, in caussa sit, ut homines accedant, et comedant ibi super sanguinem effusum in agris ex illa mactatione, quod est e cultu Daemonum, eratque mactator ille, ac si mortem et excisionem attulisset omnibus, qui sacrificabant in eo die.* Phrases autem *edere super sanguinem* et *edere super montes* SPENCERO *l. c. p. 492.* eiusdem sunt notionis, quod idololatrae ueteres ad sanguinem comedendi ritum in montibus plurimum exercuerint. Cum enim ritu illo, subiicit, diuinandi et mortuorum umbras euocandi caussa, uterentur, consentaneum uidebatur, ut eum in monte aliquo celebrarent, ubi Heroes, quos consultum ibant, sepulturae plurimum tradebantur. Hoc e uerbis ISIDORI *Libr. XV. C. 11.* discimus: *Apud maiores potentes, aut in montibus, aut sub montibus, sepeliebantur. Inde tractum est, ut postea super cadauera aut piramides fierent, aut ingentes*

ingentes columnae collocarentur. Videlis ea, quae de hoc disceptauit argumento SPENCERVS *l. c. p. 493. sqq.* De ὀφιομαντεία et ὀρνιθομαντεία, id est, *de diuinatione a serpente et auibus petita*, cum primis in montibus, legi merenrur HEINSIVS *in Aristarch. S. p. 18. 19.* SELDENVS *de Diis Syris Syntagm. II. Cap. XVII.* SPENCERVS *l. c. p. 498.*

§. 5. Feminae pientissimae, quae SERVATORIS ad sepulchrum adproperant, nihil minus, quam idolomaniam intendunt, quin potius accedunt uisitandi, flendi, ungendique caussa, id quod aliis, per orientem, gentibus nondum uenit in desuetudinem. FVRER· *Itiner p. 32.* DE TVRCIS NOTANTER ADMODVM : *Die Veneris*, QVI EST SABBATHICVS *Turcis*, *mulieres Turcarum, ante solis ortum, ad sepulchra defunctorum, quae extra urbem sunt, abeunt, ubi mortem amicorum lugent, monumentaque floribus et aqua conspergunt.* Idem testatur Salom. Schweigger, *Itiner. Libr. II· Cap. 59. p. m. 200.* Uber etliche Tage kommen dann die Weiber und Töchter mit ihren Gespielen, verrichten ihre Klage bey dem Begräbnis, fragen den Todten, was er damit meynet, daß er gestorben sey, so er doch an Essen und Trincken keinen Mangel gehabt. – Sie bringen auch ihr Opffer, Brod, Käß, Eyer, Fleisch, legens zum Grab etc. De *Russis* et *Persis* uid. ADAM· OLEAR· *Itiner. Persic. fol. 11. 12.* etc. Confer. HOTTINGERVS *de Cippis Hebraeorum, p. 4.* POCOCKIVS *in Not. Miscellan. ad Portam Mosis, p. 224. sqq.* GEIERVS *de Luctu Hebraeor. Cap. VI· §. 26.* De ueteribus *Graecis Ruthenicis* conferatur HERBINIVS *de Cryptis Kiiouiensibus*, qui pererudite integro uolumine consuetudinem istam est persecutus. Mulieres in primis ad sepulchra mortuorum sedebant flentes et tacitae, *Neh. I· 4. Ps. CXXXVII· 1. Thren. II· 10. Ezech. VIII· 14.* Vnde *Matth. XXVII· 60.* καθήμεναι sedentes inducuntur ἀπέναντι τοῦ τάφου ex aduerso sepulchri, et Hebraeis perbelle idcirco uidua salutatur אלמנה, *tacita et obmutescens*, Graeci ἀγκυλόγλωσσον adpellitant, cui linguae iniicitur impedimentum ac uinculum; Hinc nummus Titi Vespasiani exscribit feminam sub palma sedentem, lugentis specie, additis uerbis : IVDAEA

DAEA CAPTA, cuius imaginem exhibet IACOBVS LYDIVS *in Flor. Sparſ. ad Paſſion. IESV CHRISTI p. 280.* Similis monetae iniiciunt mentionem MAIMONIDES et ABARBANEL, adiecta ἐπιγραφῇ אלמנה יהודית, VIDVA IVDAEA. *Thren. I. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populi*, Cap. II. 10. *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiae Sion, conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis, abiecerunt in terram capita ſua uirgines Ieruſalem.* Iob. II. 13. *Sedebant cum eo in terra ſeptem diebus et ſeptem noctibus, et nemo loquebatur ei uerbum.* ABARBANEL *ad Ieſ. XXIII. 2.* SILETE HABITATORES INSVLAE, NEGOTIATORES SIDON, perbelle: *Significatio haec* שתיקה, *ſilentii pro ratione luctus, ſicut* Thren. III. 28. MANEBIT SOLITARIVS, et TACEBIT etc. *Adeoque ſenſus eſt: Incolae uniuscuiusque inſulae ſilebunt ac lugebunt.* Ier. VIII. 14. *Ingrediamur ciuitates munitas* ונדמה, *et ſilebimus illic, quia Dominus Deus noſter* הדמנו, *ſilere nos fecit, potauitque nos aqua fellis. Pſ. XXXI. 18. 19.* MAIMONID. *Tr.* תענית *Cap. V. 11.* de ieiunio propter templi deuaſtationem inſtituto concinne: *Sapientum diſcipuli non ſalutant ſe inuicem eo die, uerum ſedent* דוים, *miſerabiles ac ſuſpirantes, tanquam lugentes, et ſi eosdem quis de plebe ſalutet, referunt quidem, ſed labio ſubmiſſo, capiteque pendulo.* Vid. POCOCKIVM et HOTTINGERVM l. c. Idem MAIMONIDES Tr. אבל, *Cap. V. 20. Vnde eſt, quod lugenti interdicta* שאלת שלום, *ſalutatio. R. eo quod dicitur* Ezech. XXIV. 17. ingemiſce, ſile. *Totus ergo tres dies primos, cum quis ſalutem impertit lugenti, non reponit ille paria, uerum ſubinnuit, ſe uerſari in luctu. A tertio autem die usque ad ſeptimum ſalutanti reprecatur; et a ſeptimo usque ad trigeſimum ſalutat quidem alios ipſemet, uerum* אחרים אין שואלין בשלומו עד לאחר שלשים: *alii non ſalutant ipſum, niſi poſt triceſimum. Immo ſi patrem, matremue quis lugeat, non ſalutant eum, niſi* poſt 12. *Quandoquidem ergo lugenti inhibita eſt ſalutatio, quanto magis inhibita erit ſermonum multiplicatio, aut riſus, cum dictum ſit* דום, *ſile. Qua de cauſſa etiam non licet manu ſua tenere* תינוק, *puellum, ne ab eodem ad riſum inducatur, neque etiam uiſitare locum gaudii, u. c. domos conuiuiorum, aliaque his ſimilia.* Mos inter Ethnicos

non fuit infrequens. Sic ab HOMERO Antilochus, nuncio Patrocli interfecti attonitus, inducitur *Iliad etc. non procul a fine;* Et PINDARVS *Olymp. Od. X.*

- Ἴδε πατρίδα πολυκτέανον
Ὑπὸ στερεῷ πυρὶ, πλαγαῖς τε σιδάρου
Βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας ἵζοισαν ἑὰν πόλιν.
- *Vidit patriam prius diuitem*
Valido igne prostratam, et ferri ictibus
Sedentem urbem suam in profundo calamitatis gurgite.

PLVTARCHVS perbelle de Catone: ἐδείπνει δὲ καθήμενος ἀφ' ἧς ἡμέρας κατὰ Φάρσαλον ἔγνω ἥτταν ἢ τοῦτο τῷ λοιπῷ προσέθηκε πένθει μὴ κατακλιθῆναι, πλὴν καθεύδων. *Coenabat autem ex eo die sedens, quo cladem Pharsalicam intellexisset; Idque ad ceterum luctum addidit, neque recumbebat, nisi somni caussa.* Vid. PFEIFFERVS *in Antiquit. Graecis, non procul a fine.*

§. 6. Ad u. 9. χαίρετε, quae uox itidem *Matth. XXVI. 49.* obuenit, siquidem Iudas pessimus optimum ad SERVATOREM accedebat, praemissa salutationis formula Χαῖρε, *gaude,* uel *salue!* Talmudici dialecto communi efferunt per suum אישר, *Hierosol. Taanith.* fol. 64. 2. *Viderunt Rabbini sanctum quendam e Caphar Immi, et dixerunt* אישר, χαῖρε. *Ibidem Scheuiith, fol. 35. 2. et 36. 1.* מה שואלין בשלומן של ישראל יישר, *Quomodo salutant Israelitam?* יישר. Vid. etiam GITTIN, *fol. 47. 3.* quae uox non tantum habet notionem *recti, iusti, aequi,* sed et cum אשר cum significatione sua coincidit, *recta incessit, felicem rerum successum habuit, fortunatus fuit,* ita ut omnem et animae, et corporis, et fortunae felicitatem subinuoluat. De cetero ueteres in salutandi ritu uariis utebantur formulis, u. c. *Dominus Vobiscum,* uel *benedicat uobis Dominus, Ruth. II. 4.* Vnde ait Elisa ad Gehasin לא תברכנו, *non benedices, seu salutabis eum, 2. Reg. IV. 29.* Notissima tamen formula fuit שלום לכם, *pax uobis,* שלום לך, *pax*

pax tibi, לך שלום, *abi in pace*, si Rabbi occurreret, שלום על לך, *pax super te*, לכה שלום, *abi huc in pace*. DASSOVIVS concinne ad hanc formulam שלום לכם, *pax uobis*: *Solebant Hebraei*, inquit, *se inuicem salutare, in primis est notatu dignissimum, quod excubantes in templo Sacerdotes et Leuitae, si uiderent ad se accedere praefectum templi, qui noctu ardentibus facibus circumibat, illum inclamaret his uerbis*: Pax tibi, Praefecte templi, pax tibi. *Quibus uerbis se non dormire, sed uigilare, et bona quoque Praefecto adprecari indicabant, sicut etiam illi sacerdotes, qui ex loco, ubi ignis custodiebatur, matutino tempore facibus ardentibus circumibant, et in duos ordines diuisi erant, uno ordine ad austrum, altero ad Aquilonem tendente. Si sibi obuiam procederent, sibi inuicem acclamabant*: Pax, pax, *ut legitur apud* MAIMONID. *de Domo Elect. Cap. VIII.* *Neque CHRISTVS discipulos, qui Sacerdotes futuri erant, eadem formula adloquebatur, qua Sacerdotes se inuicem salutabant, sicut etiam ille salutandi modus aliis communis erat, in eo tamen salutatio CHRISTI ab aliorum salutatione differebat, quod CHRISTVS et pacem apprecaretur, et conferret.* Vbi cum primis illud addendum, quod שלום natiua significatione itidem omnem perfectionem et hic animae, corporis, fortunae felicitatem importet, praecipue dona SPIRITVS S. sanctificantia, quae apud MEGALANDRVM ὀρθόδοξον succincte traduntur: Glaube, Vergebung der Sünden, himmlischer Friede, Göttliche Freude, himmlischer Gnaden-Trost, Göttliches Vertrauen, die unfehlbahre Hoffnung der ewigen Freud und Seeligkeit, wahre Liebe in Christo JEsu, Hoffnung, Sanfftmuth, Keuschheit, Demuth, Gerechtigkeit &c. Quae singula et Graecorum χαῖρε intendit, quod cum proprie gaudere notet, HORATIVS eleganter admodum dixit: *Celso gaudere*. Graeci substituebant subinde suum ὑγιαίνειν, uel εὐπράττειν, quod etiam ex eo patet, quia epistolarum et uoluminum frontibus praemittebant promiscue et χαίρειν et ὑγιαίνειν, siue εὐπράττειν. In actionibus, ut scite ait DIETERICVS, εὐπραξίαν, in consiliis ὀρθότητα, in uitae necessariis εὐπορίαν adprecabantur. Apud INSTRVMENTI NOVI scriptores oculis subinde uox εἰρήνη, pax, שלום, obiicitur, quod nomen, ἀσπα-

ςικὸν ῥῆμα, idem significans, quod ישועתה, *omnimoda salus κατ ἐξοχὴν*, quam ob caussam ישועתה, more Chaldaeo, Syrio et Samaritano, in Statu Emphatico positum uidemus. Ita Augustus, teste PLVTARCHO *in Libro de Garrulitate*, Fuluium senatorem, dicentem mane *χαῖρε καῖσαρ*, alloquebatur: *ὑγίαινε Φούλβιε*, *salue Fului.* Vid. IACOB LYDII *Flor. Sparf. ad Passion. I. C. p. 17. sq.* Christianis olim, praeter uocem *χαίρειν*, in salutationibus, uocabulum *χάρις* uenit in usum, quemadmodum in epistolis adhibebant formulam *ἀγάπη μου*, meine Liebden, sicut hodie hic loquendi mos ab antiquis Germanis ad nos traductus, Ew. Liebden, nondum inueterauit. Graeci uetustiores, respectu ad ritus habito perantiquos, cohabitationem maris cum uxore *χάριν* adpellabant, teste eodem PLVTARCHO. Vnde *χαρίσασθαι gratificari*, *χάριν δοῦναι*, ידע, erkennen, begnadigen, quod obsequium Apostolo *1. Cor. VII. 3.* uocatur *ὀφειλομένη εὔνοια*, *debita beneuolentia*, id est, *χάρις*, *gratia*. Hoc ex argumento prisci Deam *χάριτα* et amasiam perinde *χάριτα* peramanter salutarunt. Vid. PFEIFFERI *Antiquit. Graec. Libr. IV. Cap. 21. p. 655.* *χαριτόω* designat pereleganter gratis gratum facere per intercessorem et aduocatos, Graecis *εἰσαγωγεῖς* dictos. Vid. *Dissert. II. nostram Antiquit. Passional. p. 13. sqq.* Hoc sensu *χάρις* illa est, qua DEO grati dicimur redditi *ἐν τῷ ἠγαπημένῳ*, *in illo dilecto*, scilicet CHRISTO. *χάρις* ergo et *χαῖρε* non quamcunque gratiam et comitatem, non quodcunque gaudium, sed singularem importat gratiam, intimam *εὔνοιαν*, excellentissimam uoluptatem, omnibus numeris absolutam. Vnde *1. Tim. I. 14.* iudice BEZA, emphatice praemittitur Articulus *ἡ*, cum ait Paullus *ἡ χάρις*, et Syrus perapposite transfert: סגית בי טיבותה, *superabundauit in me gratia illa*, uel ipsius *χρηστότης* supereminens, complectens omnes omnimodae gratiae diuitias. Huc referimus mandatum CHRISTI ad Apostolos *Matth. XVIII. 12. 13.* *Intrantes domum, salutate eam. Et quando digna fuerit haec domus, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ᾽ αὐτήν, ueniat pax uestra*, id est שלום, *χαῖρε*, ישועתא, salus Iesu Christi, iam a nobis fusius exposita, *super eam: Si autem non fuerit digna, pax uestra ad uos reuertatur.* Salutationem istam comitabatur saepe numero flexio, siue incuruatio corporis, interdum *τὸ καταφιλεῖν*, *deosculatio*, praesertim *καταφι-*

φιλεῖν τοὺς πόδας. Quapropter LIGTHFOOTVS ad uerba Matthaei ἐκράτησαν ἀυτοῦ τοὺς πόδας, adiicit non inerudite *in Hor. Talmud. p. m. 502. Videtur hoc fieri in exosculationem pedum. Sic 2. Reg. IV. 27.* Nam hoc non insolitum. *R. Iannai et R. Ionathani considentibus, accessit homo quidam, atque exosculatus est pedes R. Ionathanis. Hieros. Kidduschin fol. 61. 3.* Paulus φιλήματος ἁγίου, *osculi sancti, 1. Cor. XVI. 20.* Petrus φιλήματος ἀγάπης, *osculi meminit amoris, 1. Petr. V. 14.* Vid. GODW. *Mos. et Aar. Libr. III. Cap. II. n. 7. p. m. 479. sqq.* Dixeris, cur salutatio in SCRIPTVRIS aliquando prohibetur? Respondemus ad significandum animi dolorem et luctum intensissimum, quod τὸ χαῖρε non sit referendum ad impios, quibus silentium et squalidus luctus haberetur conuenientissimus. Plura hic addere, paginarum angustia non permittit.

§. 7. Matthaeus eodem uersiculo innectit προσκύνησιν, siue προσκύνημα, quod Hebraei השתחויה, RABBINI השתחואה adpellitant. Orientalibus populis designabat 1.) salutationem, 2.) supplicationem, 3.) adorationem, quia gentibus olim plerisque כריעה, siue כרית הראש עם קצת הגוף, *curuatio capitis cum aliqua parte corporis*, et בריכה *ingeniculatio super terram*, inter salutandum, in supplicationibus et in adoratione obtinuit. Vid. GOODW. *Mos. et Aar. Libr. III. Cap. II. p. m. 480.* Nam orientis populi cerimoniarum multitudine delectabantur, qualis mos nec hodie inter illas gentes emoritur, ut omnes fere topographi testantur. Hebraeorum Magistri honores salutandi, proximo delatos, fusius commemorant, hoc tamen obseruato discrimine, quod קריעה קל, *nuda curuatio*, ad omnes promiscue sapientes et sacerdotes esset directa, et כריעת הראש עם קצת הגוף, *curuatio capitis cum aliqua parte corporis*, cum בריכה, *ingeniculctione*, coniuncta, ad honorem spectatissimis senioribus, Pharisaeis, sacerdotum principibus, aliisque dignitate eminentibus doctoribus, quos אבא id est, *Patris* nomine salutabant exhibendum, pertinuerit. Quam ob caussam salutationem inter sapientum priuilegia referunt. De discrimine uocis רב, *magister*, רבי, *magister mi*, רבוני, *magister mi et noster*, אבא, *pater mi*, uidesis indicem rerum et uocabulorum

 in

in fine uoluminis adiectam. Hic de priuilegiis docentium et eruditorum quaedam annectemus, quae MAIMONIDES *Tract.* כבור, *Cap. VII·* 2. et ex illo DASSOVIVS *in Spicilegio, siue Appendice Antiquit. Hebr. Cap. II·* §. *6. sqq.* fusius in memoriam reuocant. (1.) Si eruditus caussam haberet in foro, prae omnibus audiebatur in synedrio, nisi quod uiduarum caussae praecederent. MAIMONID· *de Synedr. Cap. I·* 6. (2.) Eruditi primi erant in emptionibus, iuxta *Arba Thurim in Iura Dei n.* 243. (3.) Eruditi non soluebant tributum ad reparationem ciuitatis, uel ad excubias, ibid. (4.) Non adigebantur, ut scriberent obligationem, si rem mutuo acciperent. MAIMONID· *de Iuram. Cap. IX· n.* 27. (5.) Eruditi primo loco legebant in SCRIPTVRA S· et in Synagogis. MAIMONID· *Libr. de Precibus, Cap. XII· n.* 21. (6.) Eruditi incipiebant et finiebant ieiunia. MAIMONID· *de Iubil. Cap. III· n. 1. Cap. IX· n.* 6. (7.) Eruditi doctorum nomina consequebantur, creatura et ipsorum filii adpellati. *2. Reg. IV·* 1. Vid. etiam *2. Reg. II· 3. 5. IV· 38. V·* 22. ubi ARABS et IONATHAN phrasin Hebraeam בני נביאים, *filii Prophetarum*, constanter uertunt תלמידי נבייא, *discipuli Prophetarum.* Rationem denominationis reddit SALOM· Ben MELECH *2. Reg. II· 3. fol.* 80. *Filii Prophetarum, hoc est, discipuli Prophetarum, qui illis erant instar discipulorum. Sic enim aiunt sapientes :* Quisquis docet filium socii sui legem, aestimatur in Scriptura, ac si generasset eum. Conf. HOSPINIANVS *de Origin. Monach. Libr. I· Cap.* 8. DOVGT· et NORTON· KNATCHBVL *ad Anal. S· p.* 11. CAVEVS *in Antiquit. Apostol. p.* 548. Huc referunt uerba quoque SERVATORIS : *Sapientia iustificata est a filiis suis Matth. XI·* 19. Vide et ea, quae prolixius de uoce בריאה, *creatura*, tradimus p. 3. 8.) Eruditi, utut Studiosi essent, habebant uotum in Synedrio, quandoquidem coram Synedrio considebant tribus ordinibus Studiosi, et si pauca adessent uota, primus primi ordinis uotum suum adiiciebat Synedrialibus. MAIMONID. *de Synedrio, Cap. I·* 8. 9.) Eruditi non ueniebant in suspicionem immunditiei, siquidem illi regulas immunditiei et munditiei optime

me intelligebant, et hinc non praesumebatur, eos contra conscientiam peccare, iuxta MAIMONID. *de Immund. Sedilium et Cubilium, Cap. X. n. 1.* 10.) Eruditis uendebantur res dubiae decimatae, uel illae fruges, de quibus dubitabant, an decimas dedissent, uel non, cuiusmodi non uendebant plebeio, quia quodammodo habebantur pro sacris. MAIMONID. *de Decimis, Cap. X. n. 1.* 11.) Eruditi honestissime sepeliebantur, adeo, ut haec peragerentur in funeribus literatorum u. c. luctus non imminuebatur, sed potius augebatur, lacerationes uestium maiores erant, atque sic amplius. MAIMONID. *de Luctu Cap. XII.* 12.) Si iurare cuperent, non librum legis brachio amplectebantur, neque stabant, sed sedebant. MAIMONID. *de Juram. Cap. XI. 9.* 13.) Qui laeserant eruditos, magis puniebantur, ac illi, qui alios laeserant. Si quis alapam erudito impegerat, et quidem antrorsum, soluebat L. siclos argenteos, si retrorsum, C. siclos, sicut etiam, si illum exspuerat, soluebat C. siclos. MAIMONID. *de Laeso Proximo, Cap. II. et de Studios. Leg. Cap. VI. 12.* Similiter in unctionibus attendebatur, ut eruditi non aequipararentur seruis, siquidem, si uolebant in museis odorem excitare, et oleum effundere, solebant id effundere in capita seruorum, quod si autem non nisi eruditi adessent, ungere solebant parietes. MAIMONID. *de Benedict. Cap. IX. 4.* 14.) Docentes in scholis maiori afficiebantur honore, quam ipsi parentes, neque Magistri, uel praesentes, uel absentes, nudis nominibus adpellandi erant, sed additis honorificis, u. c. *Rabbi, Mari, Rabbuni, Abba.* DAVID COHEN *de* LARA *f. 1. 3 Talmud.* מכות, *f. 24. 1.* Si Magistri morerentur, uestes usque ad nudum corpus lacerabantur a discipulis. Solebant etiam, si per quatuor cubitorum interuallum discipuli a Magistris abessent, coram illis surgere, si obuiam irent Magistris, se inclinabant, genua flectentes, MAIMONID. *de Doctr. Leg. Cap. VI.* qui tandem subiicit, honorem Messiae futurum multo maiorem, quod iste sit Propheta maximus et rex Israelis futurus. IOSEPHVS de Dauide Saulem ueneraute notanter admodum. *προσκυνεῖται αὐτὸν πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ὡς ἔθος, adorat eum in faciem procidens, ut erat moris.* Vid. GROTIVM *ad Matth. II. 2.* et quae

nos

nos *Matth. II. 2.* adnotauimus. Quanquam autem προσκύνησις in oriente, ſicut hodie moris eſt, in conſuetudinem uenit ciuilis, mulierum tamen προσκυνεῖν plus inuoluit, quam ciuilem adorationem, quemadmodum alias de CHRISTO, inter ſapientes et Doctores principe, adhibitum adorationem, quam uocant, religioſam innuit.

§. 7. Ad u. 19. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. CAMERONI locutio eſt Hebraica. Nam תלמיד ſonat diſcipulus, unde Talmudici deſumunt uerbum תלמד, μαθητεύειν, *facere diſcipulum*, et התלמד, μαθητεύεσθαι, *fieri diſcipulum.* Deinceps denotat *docere, inſtituere.* Ex hoc capite primitus Chriſtiani μαθηταὶ dicti, ex Hebraeorum conſuetudine, qui, ſicut eſt apud CAMERONEM, eos omnes, qui ſingularem in modum religionis ſtudio incumbebant, doctore praeeunte, תלמידים, *diſcipulos*, uocabant. Vid. GROTIVS ad h. l. Ita non tantum Phariſaeis et Scribis erant diſcipuli, uerum et CHRISTVS ipſe ſibimet adlectos habebat diſcipulos, et Iohannem ſequebantur diſcipuli, quos ueluti κατ' ἰδίαν ſeorſim inſtituerent. Huiusmodi diſcipuli per omnem aliquando uitam, a doctoris ore pendebant, ueſtigiis eorundem inſiſtentes. Vnde Iohannes ex carcere miſit diſcipulos, qui ſequebantur Magiſtros ſuos, ad illos ueniebant in carcerem, ſicut etiam ad Aſyla fugientes Magiſtros ſequebantur, cum illis in Aſylis uerſati, teſte MAIMONIDE *de Homicid. in Aſyl. Cap. VIII. 1.* Soluere corrigias calceamentorum erant ſeruorum officia, et omnium abiectiſſima miniſteria, unde ne quidem ſeruis Hebraeis, ſeruis utpote honoratioribus, ſed ſeruis Cananaeis, competebant, quin immo inter miniſteria, ad balnea pertinentia, referebantur. Sed qui calceos portabant ad balnea, erant omnium hominum uiliſſimi. Itaque ſe Iohannes infra ſeruum Cananaeum abiicit, ſeque uiliſſimis hominibus uiliorem profitetur. Id enim moris erat, ut diſcipuli ex amore et reuerentia Magiſtrorum corrigias ſoluerent, et calceamenta portarent. MAIMONID. *de Sponſal. Cap. I. 3.* De uoce μαθητεύσατε, *diſcipulos facite*, et de Baptiſmo Proſelytorum alibi plura dicemus. Iam, miſſo Matthaeo, ad Marcum deproperandum eſt.

ANTI-